Fr. X. DEL PRADO, O. P.

IX UNIVERSITATE FRIBURGENSI APΓO HEt.VET. PROFESSOR

DE GRATIA

ET

LIBERO ARBITRIO

PARS TERTIA

CONCORDIA LIBERI ARBITRII CUM DIVINA MOTIONE

JUXTA DOCTRINAM MOLINAE

« Doctrinam Thomae Aquinatis studeant magistri in discipulorum animos insinuare, ejusque prae ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponant. »

(I.ιω III. Eucycl. *.Irteriii Pntrlt.)*

FRIBURG1 HELVETIORUM

EX TYPIS CONSOCIATIONIS SANCTI PAULI

1907

[redacted] VH·

ΛΙ'Ι'Ι HI \TH OH XIS

voluminibus comprehensum, jussu Reverendissimi Patris Hyacinthi M" Cormier, Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum, attente a nobis perlectum, plane dignum judicamus quod typis mandetur.

Friburgi Helvetiorum, die 28. Martii 1907.

Fr. Ambrosius MONTAGNE, O. P.
Sue. Theol. Magister.

Fr. .1. de LANGEN-WENDELS, O. P.
Sac. Theol. Magister.

Attentis approbationibus quæ supra, Opus a R. P. N. del Prado, cui titulus *De gratia et libero arbitrio* typis dari permittimus.

Romae, die 30. Martii 1907.

Loco † Sigilli.

Fr. Hyacinthus-M" CORMIER,
Magister Generalis Ordinis Praedicatorum.

APPROBATIO OBDINABIl

Imprimatur :

Friburgi Helvetiorum, die 13. Aprilis 1907.

Loco † Sigilli.

† JOSEPHUS,
Episcopus Lausannensis et Generensis.

PARS TERTIA

CONCORDIA LIBERI ARBITRII

CUM DIVINA MOTIONE

JUXTA DOCTRINAM MOLINAE

PROLOGUS

Liber Concordiae. — *Concordia* Molinae nihil est aliud nisi ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione, quam ipse Molina exponit in suis Commentariis supra I. Partem Summae Theologicae, se. toto articulo 13. q. 14. et articulo 6. q. 19. et q. 22. et tota q. 23. Haec siquidem Commentaria, quae Molina dividit in *disputationes*. quae iterum subdividit in *membra,* edita fuerunt seorsum sub forma manualis voluminis sub titulo : *Concordia Uberi arbitrii cum gratiae donis, divinapraescientia, procidentia, praedestinatione et. reprobatione, ad nonnullos I. Part. D. Thomae articulos, doctore Ludovico Molina, primario quondam in Eborensi Academia. Theologiae professore, e Societate Jesu, auctore.*

Prima editio hujus libri facta fuit Olyssipone 1588 et postrema Parisiis 1876. Utramque prae manibus habemus. Celeberrimus evasit liber iste propter Congregationes *De Auxiliis* dictas, in quibus discussa atque ad examen revocata fuit doctrina *Concordiae* ab anno 1597 ad annum usque 1607 coram Clemente VIII. et Paulo V. Romanis Pontificibus, et collata in judicio publico cum doctrina S. Augustini et Angelici Doctoris L De historia hujusce libri longum esset

1 Vide Serry *Histor. Congreg. de Auxiliis* lib. 2. et lib. 3. Romae litem instruit Fr. Didacus Alvarez, Praedicatorum Hispaniae procurator; et contra Molinae *Concordiam* ejusque in 1. Part. D. Thomae *Commentarios,* libellum supplicem Clementi VIII. obtulit mense

dicere, et. nondum est linis. Nos autem non nisi de doctrina loquemur.

Qualitates Concordiae. — Qualitates Concordiae ab ipso Molina enumeratae (q. 23. disp. 1. memb. ult.)ad tres commode reducuntur, nempe *utilitatem, excellentiam* ac *novitatem.*

Quoad *utilitatem* sic Molina modeste fatetur : « Quae (Concordiae principia) si data explanataque semper luissent, fortasse : *a)* neque Pelagiana haeresis fuisset exorta; *b)* neque Lutheran! tam impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum divina gratia, praescientia et praedestinatione cohaerere non posse ; *c)* neque ex Augustini opinione concertationibusque cum Pelagianis tot lideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent; *d)* facileque reliquiae illae Pelagianorum in Gallia, quarum in epistolis Prosperi et Hilarii bt mentio, fuissent extinctae, ut patet ex iis. in quibus homines illos cum catholicis convenisse et ab eis dissensisse eaedem Epistolae testantur ; *e)* concertationes denique inter catholicos facile fuissent compositae. »

Quoad *excellentiam* autem doctrinae ipsemet Molina sic : « Neque vero dubito, quin ab Augustino et ceteris Patribus unanimi consensu comprobata fuisset haec nostra de praedestinatione sententia, ratioque conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione, si eis proposita fuisset. »

Quoad *novitatem* vero doctrinae in modo conciliandi, sic : « Longior fui in hac disputatione quam optaram, vereorque

Junio anno 1597. — Fr. Thomas de Lemos ad disputandum ingressus est in Congreg. 2. die 8. Julii 1602, et stetit tamquam vir pugnator et ■*procurator divinae gratiae* usque ad Congreg. 47. quae habita est coram Paulo V. 22. februarii, die Cathedrae S. Petri anno 1606. Ex parte autem contraria, ad propugnandam doctrinam Molinae, quae in libro Concordiae continetur, plures ex Societate Jesu, unus post alterum, dimicarunt, nempe : a disput. 1. usque ad 9. P. Valentia ; a disputat. 10. usque ad 19. P. Arrubal ; a disput. 20. usque ad 47. P. Vastida. « Et ista fuit (ait P. Lemos) ultima omnium Disputationum in ista magna controversia *de Auxiliis divinae gratiae.* Laus Deo et gratiae ipsius, j

ne, aliquarum rerum repetitio lectori molestiam attulerit; quia tamen res est magni momenti ac valde lubrica, et haec nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina praedestinatione a nemine, quem viderim, hucusque tradita : ideo satius haec duxi paulo fusius explicare, ne forte eorum pressior explicatio efficeret, quominus mens nostra ab his, qui minus ingenio pollent, perciperetur. »

Quid dicant de Concordia Molinae Salmanticenses et quid Molinistae. — Ad has praeclaras *Concordiae* dotes ab ipso Ludovico Molina enumeratas ac ponderatas subsequens addere voluerunt Salmanticenses admirationis testimonium : « O virum eo tempore necessarium ! O remedium validissimum et tanti caecitati opportunum ! O qualem hominem, et supra Augustinum doctum, summae turbationi fatum invidit ! Quasi Deus uni Molinae tandem revelaverit, quidquid Augustino et SS. Patribus ac sapientissimis theologis per innumera saecula ad illud usque tempus minime aperuit! » Hucusque Salmanticenses L E contra vero unus ex ipsa Societate alumnus non dubitavit dicere : « Primores scientiae mediae patroni e nostra Societate sunt. Inter eos Molina, deinde P. Petrus Fonseca. In qua ego re divinam veneror submisse providentiam, et singulare ipsius beneficium in Nostrae Religionis magistros collatum agnosco; et doctissimos ejusdem Familiae scriptores coelesti lumine perfuderit hacque illustraverit scientia, qua libertas arbitrii contra Lutherum et Calvinum aliosque sectarios defendi possit. Itaque ut singulari obedientia venenum inobedientiae, quod homines imbibebat, sanavit Ignatius : ita hac scientia conditional! salanicum dogma contra libertatem funditus evertitur. »[2]

Ac postremo unus inter modernos fervidus Molinae discipulus scribit : « Quid ergo Angelicum Doctorem hac in re

1 *Cursus Tlieol.* tom. IX. tract. 11. *De gratia Dei.* De gratia actuali disp. 5. dub. VII. Editio nova Parisiis 1878.

2 P. Valent, de Herice S. J. in I. Part, tract. 1. disp. 7. cap. 1.

sensisse dicemus? Libertatem sub gratiae influxu manere integram, eum clarissime asseruisse probavimus. At quid de modo, quo gratiae efficacis cum humana libertate concordia explicetur?Non liquet. Neque mirum. Angelicus enim, cum scriberet antequam Reformatorum et .lansenistarum errores libertati humanae infensi exorirentur, adeo de hac. re accurate explicanda sollicitus esse non debuit. Qua tamen re minime existimamus nos prohiberi, quominus apud posteriores, quoad ejus fleri possit, ampliorem lucem quaeramus. Nolumus enim, quantumvis Angelicum religiose observantes. adstipulare iis. qui eam adament obscuritatem, quam ipse non illuminavit. » A Quasi I). Thomas nihil sollicitus fuisset, immo nec essi* debuisset, hac de re accurate explicare ! Vel quasi Augustinus, qui propugnavit libertatem hominis contra Manichaeos et gratiam Dei contra Pelagianos, nihil scripsisset de gratia et libero arbitrio ! Quaeramus ergo *ampliorem lucem* apud posteriores ; et videamus utrum Molina fugaverit tenebras, quas nec S. Augustinus nec D. Thomas illuminare valuerunt.

Divisio et ordo materiae tractandae. — Atque ut tantam amplioremque lucem adinvenire possimus, examen lotius *Concordiae* ad subsequentia capita reducendum arbitramur, videlicet :

1° Quot et qualia sint fundamenta *Concordiae* Molinae.

2° Utrum *Concordia* Molinae concordet cum doctrina I). Thomae.

3° Utrum *Concordia* Molinae concordet cum recta ratione quoad suum *primum principium*.

4° Utrum *Concordia* Molinae concordet cum recta ratione, quoad suum *secundum principium*.^ i Ax ı

5” Utrum *Concordia* Molinae concordet cum recta ratione quoad suum *tertium principium*. ἰγ^·'·"·'νὁ 'TvuAu.

I *Institui, theol. dogmal.* tract, de gratia divina, auctore Petro Einig, Treveris 1896. P. I. cap. 5. in fine, Scholion.

6° Utrum *Concordia* Molinae concordet cum recta ratione quoad suum *quartum principium.*

7° Utrum *Concordia* Molinae revera conciliet liberum hominis arbitrium cum Dei praescientia et divina motione.

8° Utrum *Concordia* Molinae sil quid novum, a nemine antea traditum.

9° Utrum *Concordia* Molinae dealbata per *Congruismum* Bellarmini et Suarezii mutaverit speciem suam.

10° Utrum *Gongruismus Sorbonicus* revera a *Molinismo* recedat.

11° Utrum *Banezianismus* sil vera comoedia adinventa a Molinistis.

12° Utrum detur *nia media* inter Molinam et D. Thomam, seu inter *Scientiam Mediam* et *Physicam Praemotionem.*

CAPI T PRIMUM

Quot et qualia sint fundamenta Concordiae Molinae,

I

Quot sint fundamentalia principia Concordiae.

Sic breviter dinumerantur ab ipso Molina q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. ult. :

1. « *Primum* principium ac fundamentum est : *Modus ille divinitus influendi,* tam per concursum generalem ad actus liberi arbitrii naturales, quam per auxilia particularia ad actus supernaturales, qui (q. 14. a. 13.) a disputatione 8. a 25. et a 37. explicatus est. »

2. « *Secundum* est : *Legitima seu potius orthodoxa de modo doni perseverantiae explicatio...* Haec omnia manifesta sunt ex dictis, praecipue q. 15. a. 13. disp. 14. et a disp. 17. »

3. « *Tertium* est: *Praescientia illa media* inter scientiam Dei liberam et mere naturalem, qua, ut (eodem a. 13.) disp. 48. et duabus sequentibus ostensum est, ante actum liberum suae voluntatis cognovit Deus, quid in unoquoque rerum ordine per arbitrium creatum esset futurum, ex hypothesi, quod hos homines aut angelos in hoc vel illo ordine rerum collocare statueret, qua tamen cogniturus erat contrarium, si contrarium, ut potest, pro libertate arbitrii creati esset futurum. Atque ex hoc principio ibidem ostendimus libertatem creati arbitrii cum divina praescientia cohaerere. »

4. « *Quartum* est : Quod *Deus hunc potius ordinem rerum quam alium voluerit creare; et in eo haec potius*

auxilia quam aliti conferre, cum quibus praevidebat hos et non illos, pro libertate sui arbitrii, perventuros in vitam aeternam, *nullam fuisse causam aut rationem* ex parte, adultorum praedestinatorum et reproborum... Quod vero voluntas creandi eum ordinem rerum et in eo conferendi 'haec el non alia auxilia, *rationem praedestinationis* comparatione horum adultorum et non illorum fuerit sortita, *pendens fuit* ex eo, quod imus potius usus quam alius, pro libertate arbitrii eorum, esset futurus: atque adeo quod Deus futurum eum praeviderit, quia pro eorum libertate erat futurus. Atque ex hoc capite diximus dari rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi. »

Observatio. — Haec igitur sunt veluti quatuor angularia fundamenta totius *Concordiae,* ab ipso Ludovico Molina enumerata ac descripta. At ut facilius integra hu.jusce Concordiae fabrica ab omnibus capiatur et usque ad ultimos apices penetretur, oportet habere continuo prae oculis doctrinam philosophicam circa notionem *causae,* ac praesertim circa notionem *causae Ubere agentis,* quam Molina ac ipsius magister Fonseca. Bellarminus, Suarez et universa Molinistarum et Congruistarum schola firmiter relinet constanterque tradil tamquam *praeambulwm* ad quatuor ipsa Concordiae principia: et veluti *postulatum metaphysicum.* necessario praesupponendum, absque quo ipsamet Concordiae fundamenta supra arenam videbuntur aedificata.

Hocce autem ipsorum fundamentorum fundamentum est quoad causas secundas in genere, ipsas habere non tantum propriam causalitatem (quod omnes recte philosophantes fatentur), sed etiam propriam causalitatem completam ita, quod nulla alia virtute transeunto ac instrumental! indigeant ab agente primo, qui est Deus, recipere, ut possint procedere in actum. Et quoad causas secundas libere agentes, implicare in terminis et libere agere et a Deo ipsas ad agendum determinari.

Molina. — Ita Molina q. 14. a. 13. disp. 26. : » Habent into-

gram virtutem ad operationem... Non indigeni motione e|. applicatione superaddita a causis principalibus... Neque, intelligi valet, quo motu de novo a Deo moveatur et applicetur ad agendum... Neque is est necessarius. »

Et q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 7. : « Ipsamel innata voluntatis natura, quae sic a Deo libera est condita ac domina suorum açtuum ad imaginem et similitudinem divinae ipsius voluntatis... Determinatio voluntatis... est ab ipsa voluntate pro sua innata libertate se libere applicante ac determinante, ad consensum aut dissensum ; et non a Deo sua omnipotentia illam determinante, ut potest; quoniam tunc actus non esset liber, sed necessarius ex parte nostrae voluntatis... Determinare voluntatem ad ipsius consensum, pugnat cum libertate voluntatis... Non ergo actio et cooperatio Dei est determinatio voluntatis. »

Suarez. — Quam quidem fundamentalem notionem de causis ad integrum systema Molinistarum ac (-'.ongruistarum retinet Suarez, in suis *Disputationibus Metaph.* disp. 22. : *De concursu primae causae cum secundis,* sect. 2. : ı Hoc loco nihil nos agere de actionibus supernaturalibus, nec de etïicacia gratiae, sed solum de generali concursu primae causae cum secundis : ad quem negamus illam praedeterminationem esse necessariam, aut in causis liberis posse in concordiam redigi cum usu libertatis earum. »

Bellarininus. — Et adhuc planius Bellarininus *III. De. urat, et lib. arb.* cap. 10. ubi ex professo intendit probare et conatur demonstrare hocce praeambulum ad totam eoncordiam Molinae et Suarezii. nimirum : « Liberum arbitrium non esse potentiam tantum passivam nec partim passivam et partim activam, sed simpliciter et absolute activam. »

Fonseca. — Hanc autem doctrinam circa naturam causae, et specialiter causae liberae, jam tradiderat P. Petrus Fonseca, Molinae magister, in suis disp. metaph. *In Metaph. Aristot.* lib. 6. cap. 2. q. 4. sect. 8. : « Eas enim (creatas voluntates) semper nobis persuasimus non ab alio physice.

hoc est vera el reali actione, sed a seipsis ad actus liberos determinari; ad operationes quidem naturae eum concursu· Dei generali; ad operationes autem gratiae, cum concursu ejusdem speciali. » Et infra q. 54. sect. 14. : « Cum agitur de. liberis actibus, semper actio Dei ad flectendas voluntates intelligenda est moraliter, hoc est, suadendo rationibus, alliciendo commodis, terrendo periculis, erigendo spe consecutionis ; ... non autem pure efficienter, hoc est sola efficientia interna, quam physicam appellant : quod ea efficientia, si determinative sit absoluti consensus voluntatis et non motiva tantum per modum affectus, cuique actui libero eliciendo repugnet. » Et lib. 9. cap. 2. q. 5. : « Denique Deus ipse non solum ut auctor gratiae semper nos movet illustrando intellectum et commovendo affectu aliquo voluntatem, ut aliquid velimus;... sed etiam ut auctor naturae aliquando nos excitat... Nec tamen ulla hujusmodi motio nostram voluntatem determinat aut etiam determinare potest ad ullum actum liberum aut liberam ejus cohibitionem suspensionemve, ut ostendimus lib. 6. Itaque hae omnes causae modo aliquo disponere possunt et praeparare voluntatem ad aliquem actum liberum aut liberam actus abstinentiam; determinare autem non possunt, eum proprium et peculiare sil voluntatis seipsam determinare : quod' nihil est aliud quam eligere. »

Laynez. — Et jam antea praedictam causae secundae liberae notionem sibi cfformasse manifestavit P. Laynez in ipso Concilio Tridentino. dum ageretur de divina motione el de libero arbitrio. Non enim illi placebat audire : *liberum arbitrium, a Deo motum:* sed nihil non laboravit ut diceretur : *mentem a Deo motam.* Unde P. Lemos in sua *Panoplia* tom. I. tract. 6. de P. Molinae et aliorum recentiorum placitis cap. 1. ait : « Et profecto non leve conjecturae fundamentum est, quod ante haec tempora sub annum 1547 suum habuerit initium (Molinae doctrina); enim vero ex *Actis* sacri Concilii Tridentini constat, (quae asservantur Romae in Castello Sancti Angeli, quae et nos vidimus et

legimus) P. Laynez ex eadem Societate in eodem Concilio Tridentino, cum ageretur de formando canone 4. sess. .sextae, suadere praetendit nullatenus esse dicendum : *liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum* (haec sunt Concilii verba), sed : *mentem a Deo motam et excitatam.* Haec fuit P. Laynez elocutio non admissa. Quae quidem sessio celebrata fuit die 13. .Januarii dicti anni 1547. » Hactenus P. Lemos, qui eadem narrai et asserit aliis locis [1].

II

Quale sit primum principium Concordiae.

Qualia sint Concordiae principia. Molina ipse nos edocebit. Ac primo, de modo quo Deus influit ad actus liberae voluntatis in ordine naturae. Hujusmodi autem divinus influxus denominatur a Molina *concursus generalis Dei.*

1° « Concursus generalis Dei cum causa operante per Actionem immanentem, ut cum intellectu ad intellectionem et voluntate ad appetitionem, non est influxus Dei *in causam, ea ratione qua agens est,* quasi eo prius mota et excitata agat: sed cum causa, ea ratione qua agens est, *in ipsammet ea ratione qua patiens est,* atque in se suscipit effectum ab eadem causa atque a Deo, partiali influxu utriusque simul productum. » *(Concord.* q. 14. a. 13. disp. 29.)

2° « Concursus generalis Dei jcum libero arbitrio creato... ex iis, (piae hactenus de eodem concursu cum causis secundis in genere diximus... intelligetur. Sic concursus Dei generalis eum causa agente per actionem transeuntem, ut cum igne producente calorem in aquam, *non est influxus Dei in ignem,* sed in aquam, in quam recipitur effectus a Deo et Ab (igne simul productus. » (ibid.)

3» « Dicendum itaque est Deum immediate immediatione

1 Vide *Prini. Pari.* p. 315 nuta C.

suppositi concurrere cum causis secundis ad eorum operationes et effectus; ita videlicet., ut quemadmodum causa secunda immediate elicit suam operationem et per eam terminum seu effectum producit, sic Deus concursu quodam generali immediate influai cum ea in eandem operationem, et per operationem seu actionem terminum illius atque effectum producat. Quo iit, ut concursus Dei generalis non sit in · fluxus Dei in causam secundam, quasi illa prius eo mota agat et producat suum effectum ; sed sit influxus immediate cum causa in illius actionem et effectum. » (q. 14. a. 13. disp. 26. i

4° Ergo concursus Dei generalis : *a)* « Non est immediatus in causas ipsas, et mediatus per causas in ipsarum actiones et effectus ; sed est. immediatus immediatione suppositi in actiones ipsas et effectus »; *b)* « et indifferens ad varias actiones et effectus » ; *c)* « determinatur vero ad species actionum et effectuum a particulari influxu causarum secundarum, qui pro diversitate virtutis cu.jusque ad agendum diversus est »; *d)* « aut si causa libera sil, in ipsius potestate est ita influere, ut producatur potius haec actio quam ilia; puta velle quam nolle, aut ambulare quam sedere; et hic effectus potius quam ille, nempe hoc arteiactum potius quam aliud : vel etiam suspendero omnino influxum, ne ulla sit actio. »

5° « Porro concursus Dei generalis determinatur a particulari concursu causarum secundarum, non secus ac influxus solis, qui etiam universalis est. determinatur ab influxu hominis, ut producatur homo, et ab influxu equi, ut oriatur equus. »

6° « Hi duo influxus mutuo ab invicem pendent, ut in rerum natura existant : quia neuter sine altero est *actio productiooe* cujuscumque effectus. »

7° « Immo vero neque sunt duae actiones, sed una numero actio: quae, ut a Deo illo modo praecise influente, dicitur *concursus Dei generalis ;* ut vero a causa secunda, puta ab igne, calefaciente, dicitur *concursus* seu *influxus* ignis. »

8° « Neque actio illa habet, quod sil hujus speciei, nempe calefactio potius quam frigefaclio, quia est a Deo per con-

cursum universalem: sed quia est ab igne cum Deo coopérante per suam particularem virtutem. »

!)° « Deum per concursum universalem cum causis secundis efficere unam integram causam, coalescentem ex pluribus non integris comparatione cujuscumque effectus; ita ul neque Deus per concursum universalem sine causis secundis, neque causae secundae sine concursu universali Dei sufficiant ad effectum producendum. »

10° « At cum dicimus neque Deum per concursum universalem neque causas secundas esse integras sed partiales causas effectuum, intelligendum id est de partialitate causae ut vocant, non vero de partialitate effectus. Totus quippe effectus et a Deo est et a causis secundis : sed neque a Deo nequea causis secundis ut a lota causa, sed uta parte causae, quae simul exigit concursum el inlluxum alterius : non secus ac cum duo trahunt navim, totus motus proficiscitur ab unoquoque trahentium, sed non tamquam a tota causa motus; siquidem quivis eorum simul efficit cum altero omnes ac singulas partes ejusdem motus. » (q. 14. a. 13. disp. 26.)

11" « In nostra potestate situm esse uno aut altero modo concursu Dei generali *uti,* ul ratione virtutis ac praemii capaces simus; a nostroque liberi arbitrii iniluxu in unam aut alleram partem provenire, quod illis *bene utamur* operaque eliciamus moraliter bona, vel illis abutamur et eliciamus opera moraliter mala et peccata. »

12" « Sane, quod bene aut male ea opera exerceamus, quae per solam arbitrii nostri facultatem et concursum Dei generalem possumus efficere, in nos ipsos tamquam in causam particularem el liberam, el non in Deum, est referendum. »

13" « Non igitur causa est Deus virtutis nostrae ac vitii, sed propositum nostrum et voluntas... Virtutem nostram et vitium non in Deum, sed in nostrum arbitrium nosque ipsos... esse referenda. » (q. 14. a. 13. disp. 33. i

14° « Deus dicitur *causa prima : a)* quia causa ipsa secunda habet totum suum *esse* et *vim* operandi a Deo ; *b)* atque ab actuali immediato influxu Dei pendent, ea omnia, quae in ea sunt : *c)* quia etiam concursus Dei generalis, quo

cum causis secundis ad agendum concurrit, maxime *universalis* est secundum rationem causae efficientis ad universos effectus se extendens. »

15° « Si in communi spectetur, concursus generalis Dei poterii dici *prior* natura quocumque influxu causae particularis. Si sumatur in singulari, hic et nunc, concursus generalis Dei neque illo modo est *prior* concursu hujus causae secundae ad eundem effectum, sed a se mutuo pendent. »

16° « Deus per concursum universalem et causa secunda immediate influunt in effectum causae secundae tamquam *dutte partes* unius integrae causae; quarum neutra, illis praecise influxibus singularibus, influit in alteram : sed utraque immediate in effectum. » Et ita « fit, ut neutra, illis praecise influxibus singularibus, prius altera concurrat. Datur influxus hujus causae secundae; ergo datur etiam concursus generalis causae primae. Non vero e contrario bene colliges : Datur concursus generalis Dei : ergo datur etiam concursus hujus causae secundae. » (q. 14. a. 13. disp. 30,)

Talis ergo est concursus simultaneus, quem Molina propugnat, evolvit ac declarat in libro suae *Concordiae,* videlicet : *a)* non in potentiam voluntatis creatae, sed in actum: *b)* non in actum mediante potentia voluntatis, sed in actum sine voluntatis intermedio: *c)* indifferens ad hanc vel ad illam actionem, ad actionem bonam sicut ad malam, et ad malam sicut ad bonam; *d)* dependet a concursu creaturae ita. quod si datur creaturae concursus, semper datur concursus Dei ; sed non e contra : *e)* unde quamvis mutuo ab invicem pendeant. magis tamen pendet concursus Dei a concursu creaturae quam e converso : *f)* in singularibus effectibus producendis concursus Dei nec *prior* natura est dicendus; *g)* causa prima est *partialis,* ipsiusque influxus completur per influxum causae secundae : *h)* homo per suum liberum arbitrium *utitur* divina motione: *i)* divinus influxus determinatur a libero arbitrio creato ad hoc vel ad illud : et

non est Deus qui habet dominium supra influxum liberi arbitrii, sed liberum arbitrium supra influxum Dei : *j)* potentia voluntatis creatae, ut potentia agendi, ut virtus est operandi, non cadit sub Dei motione; sed Dei motio cadit sub libero hominis arbitrio; *k)* quotiescumque homo vult agere. Deus vult concurrere; sed non semper quando Deus *vult* concurrere, homo agere vult ; *l)* quod homo velit agere aut non velit, hoc non a Deo pendet, nisi dumtaxat in quantum homini dedit potentiam voluntatis et in esse eam conservat ; *m)* quod homo *libere* agat, quod agaljwste ac *honeste:* hoc non est in Deum reterendum tamquam in causam, sed in solam hominis liberam voluntatem; *n)* Deus per concursum generalem non causât nec efficit *esse liberum* et *esse bonum* humanorum actuum. « Non igitur causa est Deus virtutis nostrae », ait Molina. Et q. 14. a. 13. disp. 32. : « Actiones liberi arbitrii a concursu generali Dei non habent quod sint tales vel tales in particulari, ac proinde nec quod sint studiosae (honestae): sed ab ipsomet libero arbitrio. »

III

Quale sit secundum principium Concordiae,

Audiamus nunc ab ipso Molina, qualis sit influxus Dei in ordine supernaturali gratiae.

1° « Latissimum est discrimen inter *concursum generalem,* Dei cum causis secundis ad actiones earum naturales, et *auxilium, particulare* gratiamve praevenientem, qua Deus liberum arbitrium ad opera supernaturalia credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi, ut ad salutem oportet, evehit et coadjuvat : quod pauci animadvertunt. Etenim auxilium particulare, quod praeveniens gratia nuncupatur, motio quaedam est. qua liberum arbitrium excitatur et praevenitur potensque redditur, ut ita adjutum libero suo influxu cooperetur ulterius ejusmodi supernaturales actus, quibus

proxime aul remote ad gratiam gratum facientem disponatur- Quare motio quaedam est in ipsam causam, ut ea mediante in se habeat unde libere exercere ulterius possit, si velit, ejusmodi opera, qualia ad salutem sunt necessaria. » (q. 14. a. 13. disp. 29.)

2° « Omnino est dicendum concursum Dei particularem gratiamve praevenientem semper, vel tempore vel natura, antecedere influxum liberi arbitrii ad actiones suas supernalurales, quibus ad gratiam gratum facientem disponitur, tamquam *causa principiumque efficiens* in liberum arbitrium *immissum,* quo mediante Deus ulterius uno cum libero influxu ejusdem arbitrii in hujusmodi operationes supernaturales influit. At vero cum Deus per concursum universalem et causa secunda immediate influant in effectum causae secundae tamquam *duae partes* unius integrae causae, quarum neutra illis praecise influxibus singularibus influit, in alteram, sed utraque immediate in enectum, ita ut neutra, illis praecise influxibus singularibus, prius altera concurrat. » (q. 14. a. 13. disp. 30.)

3° « Liberum arbitrium et gratiam illam praevenientem esse *duas partes* unius integrae causae actus credendi, sperandi aul poenitendi, prout ad salutem oportet; singulosque hujusmodi actus pendere *ab influxu* tam liberi arbitrii quam gratiae praevenientis. Atque a libero arbitrio habere, ut actus illi quoad substantiam sint *credere, sperare nui poenitere.* Ab influxu vero gratiae praevenientis habere, ut *sïnl supernaturales* et quales ad salutem sunt necessarii... Gratiam praevenientem rem esse distinctam ab actibus, ad quos liberum arbitrium a Deo per eam excitatur... Actus namque illi a libero emanant arbitrio, gratia vero praeveniens minime. Item gratia illa *causa* est *efficiens,* una eum libero arbitrio, eorundem actuum ; causa vero efficiens res est. distincta a suo effectu. » (q. 14. a. 13. disp. 37.)

4° « Cum simili modo contradictionem non involvat compensare influxum, quo gratia praeveniens in genere causae efficientis in illos actus influit, poterit Deus de potentia absoluta tanto ac tali influxu immediato in eosdem actus

cum libero arbitrio cooperari, ut efficiantur tales, quales essent, si praeveniens gratia antecederet. » (Ibid. disp. 37.)

5° « Unam et eandem numero gratiam, quatenus excitat, allicit et invitat arbitrium nostrum ad actus credendi, sperandi, diligendi aut poenitendi, appellari *praevenientem* et *excitantem* gratiam ; caque consideratione praevenire arbitrium nostrum ad ejusmodi actus. Quatenus vero consentiente jam nostro arbitrio et coopérante ad actus, ad quos illa invitat et allicit, ipsa quoque novo influxu et actione cooperatur eosdem actus, appellari *adjuvantem* ac *coopérante™* gratiam. » (q. 14. a. 13. disp. 40.)

6° Ratio seu quidditas gratiae praevenientis, ac proinde etiam gratiae adjuvantis et coopérants, secundum Molinam constituitur formaliter per *quosdam motus* causatos a Deo in intellectu et voluntate hominis; non quidem per influxum physicum, quo praevie prioritate causalitatis moveat intellectum et voluntatem humanam, sed *a)* « quasi se inserendo » aliis motibus *naturaliter* in voluntate antea jam causatis : *b)* « quasi acuendo » hujusmodi naturales ac bonos voluntatis motus : *c)* « efficiendo supernaturales » ipsosmet antea jam productos motus et affectiones *naturales* voluntatis, (q. 14. a. 13. disp. 45.)

7" De hujusmodi motibus et naturalibus affectionibus humanae voluntatis, quibus se inserendo Deus ad ordinem supernaturalem evehit, ait Molina : *a)* « Actiones esse vitales intellectus et voluntatis: » *b)* « proprie loquendo non sunt actus liberi arbitrii... neque cooperatio ad illos voluntatis est in libera potestate voluntatis ; « *c)* « non cooperatur voluntas, qua liberum arbitrium est : » *d)* « velit nolit, praesente cognitione insurgant ; » *e)* voluntas « patitur illos supernaturales rationemque habentes gratiae praevenientis, si Deus simul in eosdem specialiter influat; » *f)* « motus illi, actiones quaedam vitales sunt, quas in seipsa experitur voluntas; et ad quas proinde necesse est concurrat efficienter, non quidem qua liberum arbitrium est, sed qua voluntas et natura quaedam est, eo modo, quo efficienter etiam concurrit ad motus primo primos: » *g)* « rationem tamen virtutis

nr vim min hiibent. eslo circa bonum aut malum objectum vui'm'iiliii i'<> quod liberae non sint. » (q. 14. a. 13. disp. 45.)

H" ‖ ilonjiincluni ex libero arbitrio et gratia praeveniente il r.iii „ı secunda. » (ibid. disp. 27.) « Tam liberum arbitrium ıµıııııı gratia praeveniens sunt causae secundae actuum credendi. sperandi et poenitendi ut oportet... Nulla vero causa secunda, etiamsi supernaturalis sit, efficere quidquam possit, nisi a Beo, influente simul immediate per concursum generalem in effectum, adjuvetur. « (ibid. disp. 37.)

9° « Liquido sane constat, ut liberum arbitrium una cum gratia praeveniente producat quemcumque illorum actuum, necessarium esse, ut Deus quoque una cum illis immediate in actum producendum per concursum suum universalem influat. » (ibid. disp. 37.)

10° « Quo fit, ut quivis illorum trium actuum (supernaturalium credendi, sperandi, diligendi), licet *unica actio,* 1res nihilominus habeat paries unius integrae causae, a qua emanat lotus : ut a singulis, etiam partialitate causae, totus etiam emanet, diverso tamen modo. Etenim : *a)* A *Deo influente* per solum concursum generalem emanat ut a causa universali, a qua proinde non habet magis quod sit assensus credendi aut dolor de peccatis quam vel actus oppositus vel actus cujuslibet alterius potentiae, *b) Ab influxu cero liberi arbitrii,* una eum notitiis et ceteris necessariis, ut quoad substantiam actus producatur, habet tamquam a causa particulari, ut quoad substantiam actus sit potius assensus fidei aut dolor de peccatis quam aliquis alius diversus actus, *c)* A *gratia vero praeveniente,* seu a Deo, ut per illam tamquam per suum instrumentum una eum libero arbitrio influit in eundem actum, habet, ut sil actus supernaturalis, specie distinctus ab actu pure naturali credendi aut dolendi de peccatis, quem liberum arbitrium solis suis viribus tunc eliceret, si cum eo non influeret simul gratia praeveniens. Quare a concursu Dei per gratiam praevenientem habet actus ille, ut sit dispositio congruam proportionem et accommodationem habens cum dono justificationis supernaturali. » (q. 14. a. 13. disp. 37.)

11« « Gratiani praevenientem esse *motum liberi arbitrii.* quo a Deo movetur, sollicitatur et invitatur, ut concurrat ad eliciendum actum... Quod actus, a gratia praeveniente et ab arbitrio libero elicitus. liber sit eaque de causa capax rationis, laudis, virtutis, honoris : *profecto non est effectus gratiae praevenientis, sed arbitrii per suum influxum.* Gratia namque praeveniens determinata est ad unum. » (q. 23. a. i. et 5. disp. 1. memb. 10.)

IV

Qualis sit doni perseverantiae explicatio, quae pertinet etiam ad secundum principium Concordiae.

« LegitiiUà seu potius orthodoxa de modo doni perseverantiae explicatio » ad sequentia capita potest reduci :

1. « Quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur praestove est ad conandum totum id, quod ex sese potest, tam circa ea, quae tides habet, addiscenda et amplectenda, quam circa dolorem de peccatis ad .justificationem : a Deo conferri gratiam praevenientem auxiliave. quibus id faciat ut oportet ad salutem. » (q. 14. a. 13. disp. 10.)

2. « Non quidem quasi eo conatu dignus efficiatur talibus auxiliis, ullaque ratione ea promereatur; sed quoniam id obtinuit nobis Christus ob sua merita ; atque inter leges, quas tam ipse quam Paler Aeternus statuerunt de auxiliis et donis,... una fuit : ut quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere quod in nobis est. praesto nobis essent auxilia gratiae, quibus ea. ut oportet ad salutem, efficeremus. » (ibid.)

3. « Ut ea ratione, dum essemus in via, semper in manu liberi arbitrii nostri posita esset salus nostra. Libero arbitrio praesto adest per auxilium gratiae saltem sufficiens, ob merita Christi, qui, ut verus Redemptor, in nobis promeruit

atque obtinuit, eamque legem subveniendi hominibus cuih Patre constituit... In potestate eorum est, ut filii Dei fiant. » (ibici.)

4. « Fieri potest, ut duorum, qui aequali auxilio interius a Deo vocantur, unus pro libertate sui arbitrii convertatur, et alter in infidelitate permaneat. Saepe etiam accidit, ut cum quo auxilio unus non convertitur, alius convertatur. » (q. 14. a. 13. disp. 12.)

5. « Imnao fieri potest, ut aliquis praeventus et vocatus longe majori auxilio pro sua libertate non convertatur, et alius cum longe minori convertatur. » (ibid.)

6. « Si duo, aequales per omnia in omnibus, conspiciunt eandem mulierem pulchram, evenire posse a sola libertate arbitrii utriusque, ut unus consentiat in peccatum eam concupiscendo, alter non item. Eademque est ratio de eodem modo affectis aequaliterque a Deo ad (idem vocatis; pro sola namque eorum libertate potest evenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat. » (ibid.)

7. « Nos non negare communem illam distinctionem auxilii sufficientis in *efficacem* et *Inefficacem...* ita ut sufficiens inefficax auxilium vere in seipso sufficiens sit... Divisio sufficientis auxilii in efficacem et inefficacem, nostra sententia ab effectu, qui simul ab arbitrii libertate pendet, sumatur... Uludque auxilium sufficiens, sive magis sive ininus in se sit, *efficax* dicatur, cum quo arbitrium pro sua libertate convertitur... Illud vero *inefficax* dicatur, cum quo arbitrium pro eadem sua libertate non convertitur. » (q. 14. a. 13. disp. 40.)

8. « Atque adeo in *libera* potestate nostra esse vel illa (auxilia praevenientis atque adjuvantis gratiae) efficacia reddere, consentiendo et cooperando cum illis ad actus, quibus ad justificationem disponimur: vel inefficacia illa reddere, continendo consensum et cooperationem nostram, aut eliciendo contrarium dissensum. » (ibid. disp. 40.) « Disputatione 40... ostendimus auxilia gratiae non habere ex sua natura, quod efficacia sint aut non sint; sed id pendere ex eo. quod arbitrium eis motum et excitatum consentire et

cooperari velit aut non velit, ut Concilium Tridentinum perspicue definit. » (disp. 53. memb. 1.) « E duobus, qui aequali motu gratiae praeveniuntur ac moventur, unus consentiat.... alter vero non : certe solum provenit ab innata et propria et intrinseca libertate ntriusque. » (q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 10.)

9. « Nulli Deum denegare auxilium, quod ad perseverandum sit satis... Cum auxilio, quod Deus confert praestove est conferre ei, qui non perseverat, posse perseverare. » (q. 23. a. 4. •et 5. disp. 1. memb. ult.)

V

Quale sit tertium principium Concordiae.

Quid sit scientia inedia. — « Triplicem scientiam oportet distinguamus in Deo, nisi periculose in concilianda libertate arbitrii nostri et contingentia rerum eum divina praescientia hallucinari velimus :

a) Unam mere naturalem, quae proinde nulla ratione potuit esse aliter in Deo. per quam omnia ea cognovit, ad quae divina potentia sive immediate sive interventu causarum secundarum sese extendit, tunc quoad naturas singulorum et complexiones eorum necessarias, tunc etiam quoad contingentes, non quidem quod futurae essent vel non essent determinate, sed quod indifferenter esse et non esse possent, quod eis necessario competit, atque adeo sub scientiam Dei naturalem etiam cadit.

b) Aliam mere liberam, qua Deus per liberum actum suae voluntatis absque hypothesi et conditione aliqua cognovit absolute et determinate, ex complexionibus omnibus contingentibus, quaenam reipsa essent futura, quae non item.

c) Tertiam denique mediam scientiam, qua ex altissima et inscrutabili comprehensione cujusque liberi arbitrii in sua essentia intuitus est, quid pro sua innata libertate, si in

hoc vel illo vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset ; cum tamen posset, si vellet, facere reipsa oppositum, ut ex dictis disp. 47. et 48. manifestum est. » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52.)

Characteres scientiae inediae. — *Primus :* « In primis respondendum est eam nulla ratione esse dicendam *liberam;* Ium quia antecedit omnem liberum actum voluntatis divinae, tum etiam quia in potestate Dei non fuit scire percam scientiam aliud quam reipsa sciverit. »

Secundus : « Deinde dicendum neque etiam in eo sensu esse *naturalem,* quasi ita innata sit Deo, ut non potuerit scire oppositum ejus, quod per eam cognoscit. Si namque liberum arbitrium creatum acturum esset oppositum, ut revera potest, id ipsum 'Deus) scivisset per eandem scientiam, non autem quod reipsa scit. »

Tertius : « Quare non est magis innatum Deo scire per eam scientiam *hanc partem* contradictionis ab arbitrio creato pendentem quam *oppositam.* »

Quartus : « ... Partira habere conditionem scientiae naturalis, quatenus praevenit actum liberum voluntatis divinae, neque in potestate Dei fuit aliud scire. Partira habere conditionem scientiae liberae, quatenus quod sit unius potius partis quam alterius, habet ex eo, quod liberum arbitrium, ex hypothesi quod crearetur in uno aut altero ordine rerum, esset potius facturum unum quam aliud, cum utcumque indifferenter posset facere. » (q. 14. a. 13. disp. 52.)

Quintus : « Scientiam mediam esse quidem in Deo ante omnem actum liberum suae voluntatis, esseque omnium universim effectuum, non solum qui reipsa futuri sunt per arbitria, quae statuit creare in eo ordine rerum et circumstantiarum, quem condere decrevit, daloque quocumque alio ex infinities infinitis, quos potuit creare, ; attamen ita eam mediam scientiam esse omnium horum effectuum, ut nullius sit nisi ex hypothesi praefinitionis divinae voluntatis, quod hunc vel illum ordinem velit condere ; atque hoc vel illo modo, eo ipso ordine mediisve et circumstantiis illius velit

providere et adjuvare... Nihil Deus per scientiam inediam ante actum suae voluntatis praevidit nisi ex hypothesi et sub conditione, quod hoc vel illo modo vellet providere per comparationem ad eundem effectum. » (disp. 53. memb. 3.)

Scientiae inediae et liberi arbitrii creati relationes. — 1" « Non quia (Deus) cognoscit aliquid esse futurum, ideo illud futurum est ; sed e contrario, quia illud futurum est ex suis causis, ideo cognoscit Deus illud esse futurum. »

2° « Res enim, quae a nostro libero arbitrio emanant aut ab eo pendent, non ideo sunt futurae, quia a Deo praecognoscuntur futurae ; sed e contrario, ideo a Deo praecognoscuntur hoc vel illo modo futurae, quia ita pro libertate arbitrii sint futurae. »

3° « Quod res libero arbitrio praedita, si in certo ordine rerum et circumstantiarum collocetur, in unam aut alteram partem se flectat, non provenire ex praescientia Dei : quin potius, ideo Deum id praescire, quia ipsa res libero arbitrio praedita id ipsum agere debet. »

4° « Neque provenire ex eo, quod Deus velit id ab ea fieri : sed ex eo, quod ipsa (creatura) libere id velil facere. » (q. 1'i. a. 13. disp. 52.)

Certitudo scientiae mediae. — I" « Certitudinem totam divinae scientiae, qua actus tam bonos quam malos arbitrii creati absolute futuros esse praenoscit, non provenire ex solis praefinitionibus conferendi auxilia et concursus; quoniam, eis nihil impedientibus, potest arbitrium se inflectere in partem contrariam : sed provenire ex *.scientia media,* qua ante omnem actum suae voluntatis cognovit in quam partem arbitrium pro sua libertate se esset flexurum. Per eamque scientiam dicimus Deum certo cognoscere futura omnia, quae auctores contrariae sententiae *conditionata* appellanl. »

2° « Certitudinem vero scientiae illius mediae provenire dicimus ex *altitudine illimitataque perfectione* intellectus divini, qua certo cognoscit, quod in se est incertum : [incertum et K fallax » disp. 51. | idque eminentissima comprehen-

stone, in divina sua essentia, cujuscumque arbitrii, quod sua omnipotentia creare potest. »

3° Scientia media « est *lumen* et *notitia* praerequisita in Deo ex parte sui intellectus ad perfectissimam atque exactissimam providentiam ; quoniam per eam scientiam... praevidet, quid per illud [liberum arbitrium creatum] futurum sit, non absolute, sed ex hypothesi et conditione, quod hoc vel illo modo velit illi providero. » (q. 14. a. 13. disp. 53. memb. 3.)

Observatio circa quidditatein scientiae inediae facta ab ipso Molina. — « Ad intuendum in re libera, in quam partem se inflectet.... necessaria est altissima atque eminentissima comprehensio, qualis in solo Deo comparatione creaturarum reperitur. Neque Deum concedimus per scientiam naturalem seu mediam (quam de hac re in eo negamus) intueri, ante omnem determinationem suae voluntatis, quam partem ipse sit electurus, eo quod intellectus in Deo ea altitudine et praestantia non superet essentiam ac voluntatem divinam, qua essentias et voluntates creatas longe superat. » (ibid, disp. 52.)

VI

Quale sit quartum principium Concordiae.

Quid sit praedestinatio. — « Praedestinatio est ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus *praevidet* creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam, cum proposito eundem ordinem exsequendi. » (q. 23. a. 1. et 2. disp. 1. i

Certitudo praedestinationis. — *a)* « Ex *sola praescientia,* qua Deus praevidet eum, cui ea media vult, quibus reddatur praedestinatus, perventurum in vitam aeternam (qui tamen, si vellet, posset ea negligere, eis abuti, nec ad vitam pervenire), *totam suam certitudinem* habet divina praedestinatio. » (ibid.)

b) « Ratio ordinis ac mediorum, quibus Deus per scientiam naturalem et mediam inter liberam et mere naturalem praevidit creaturam aliquam, mente praeditam, perventuram in vitam aeternam, cum proposito determinationeve divinae voluntatis ex parte sua id exsecutioni mandandi, est *praedestinatio talis creaturae.* »

c) « Certitudo tamen non esi ex parte mediorum effectusque praedestinationis, sed ex parte divinae praescientiae, qua Deus altitudine illimilataque perfectione sui intellectus supra id, quod natura rei habet, certo cognoscit praedestinatum taliter pro sua libertate cooperaturum per suum arbitrium, ut eisdem mediis in vitam aeternam reipsa debent pervenire. » (q. 23. a. 'i. et 5. disp. 1. memb. 11.)

Causa praedestinationis. — 1' « Praedestinatio adulti, quoad suum integrum effectum, nullam habet causam ex parte ipsius praedestinati ; sed tota ea in Dei voluntatem misericorditer praedestinantis tamquam in causam reducenda est. » (memb. 11.)

2° « Nullum adultum praedestinatum esse in vitam aeternam *nisi per propria merita...* Simul observa me non dixisse adultos praedestinatos esse *propter propria merita,* sed *per propria merita:* illud enim est falsum. Ime autem est verum. » (q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 9.)

3° « Totum et singulas partes ejus *supernaturalis usus* liberi arbitrii, qui in integro effectu praedestinationis adulti includitur,... habere *duas causas liberas ;* et a qualibet earum, tamquam *a parte* unius integrae causae, pendere. Prior ac praecipua Densest... Posterior ac minus praecipua, ipsum arbitrium. » (ibid. disp. 1. memb. 9.)

4° « Si vero *b»nus usus supernaturalis* arbitrii spectetur, ut praecise ab arbitrio creato emanat tamquam ab altera parte integrae illius causae, habet se ex parte praedestinati : estque id, quod Deus ab eo exigit, ut cooperetur etiam ad suam salutem, dignusque praemio aeterno per propria merita, quae dona etiam sunt Dei, efficiatur. » (ibid.)

5® « Liberum arbitrium adulti esse quidem partem quan-

dam causae liberae, a qua pendet non quidem tola res, quae est integer effectus praedestinationis, sed talis *pars* illius, sine qua neque res illa tota eril neque rationem habebit effectus praedestinationis. Nihilominus dicebamus rem illam non habere, quod sil effectus praedestinationis, ut emanat a libero arbitrio creato, sed praecise ut emanat a Deo per praedestinationem aeternam. » (q. 23. disp. 1. memb. 11.)

Ratio providentiae et ratio praedestinationis per comparationem ad liberam arbitrium creaturae. — 1° Ratio et conditio, « sine qua in Deo non fuisset praedicta praescientia ! praedestinationis esi, quod adultus ipse pro sua libertate ila sit cooperaturus per suum arbitrium, ut ad vitam aeternam perveniat ».

2° « Sic (diam ab hoc ipso, simili modo, fuit dependens quod reliquum, quod eadem praedestinatio includit, vel sortiretur rationem *praedestinationis,* vel relineret solum rationem *providentiae* circa 'illum in beatitudinem. »

3° « Deus adultis non praedestinatis... ex sua parte providit auxiliis et mediis, quibus, si per ipsorum arbitrium non staret, revera ad beatitudinem pervenirent; quin et aliquibus eorum providerit longe majoribus et potentioribus auxiliis et mediis quam multis ex praedestinatorum ordine. » (q. 23. disp. 1. memb. 11.)

4" Quod decreta Dei et rationes providendi vel *praedestinationis* rationem habuerint, vel solum *providentiae,* circa vitam aeternam, dependet ex Dei *praescientia.* Et *Dei praescientia,* sive « quod Dens de utroque non idem, sed contraria praesciverit, dependens fuit ex eo, quod uterque eorum pro sua libertate erat facturus ». (ibid.)

5° « Nihilominus in potestate nullius praedestinati est efficere, ut fuerit praedestinatus... Quod vero haec aut illa providentiae ratio tali adulto in particulari rationem habeat aut non habeat *praedestinationis* comparatione illius, ex eo etiam pendel... *er sola arbitrii utrorumque libertate.* » (ibid.)

6" « Cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus jusliti-

■eatur el salvatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec salvatur. Neque dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui multo majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in coelo divino conspectu fruuntur. » (ibid.)

Epilogus tutius doctrinae Molinae circa praedestinationem. — « Hac ergo conclusione comprehendi potest nostra sententia :

a) Quod Deus hunc ordinem auxiliorum et ceterarum rerum, in quo praevidebat tum quosdam adultos pro sui arbitrii libertate tum quosdam parvulos sine sui arbitrii libertate perventuros in vitam aeternam, reliquos vero minime, potius elegerit quam quemcumque alium, in quo res aliter evenisset: atque adeo quod, electione potius hujus ordinis quam alterius, hos praedestinaverit potius quam illos : *nulla fuit causa aut ratio* ex parte praedestinatorum : sed id lotum in liberam Dei voluntatem referendum est.

b) Quod vero electio hujus ordinis rationem habuerit *praedestinationis,* comparatione horum adultorum et non illorum : ratio seu conditio ex parte adultorum, a qua id pendebat, fuit, quod pro sua innata libertate hi et non illi ita per suum arbitrium essent cooperaturi, ut ad terminum viae in gratia pervenirent, Deusque altitudine sui intellectus id praeviderit. » (q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 13.)

c) « Ex hoc [primoj capite... praedestinationem non habere causam aut rationem ex parte, usus liberi arbitrii praedestinatorum et reproborum, sed in solam liberam Dei voluntatem esse reducendam. »

d) « Ex hoc [altero] capite diximus : *Dari rationem praedestinationis adultorum* ear *parte usus liberi arbitrii praevisi.* » (ibid. memb. ult.)

VII

Concordia D. Thomae et Concordia Molinae.

Primo : Gradus conjungens nostram libertatem et immutabilitatem divinae electionis non apparet. — Cajetanus in suis Commentariis supra epistolam Bom. cap. 9. respondet, quod in hae altissima atque inscrutabili quaestione de praedestinatione et reprobatione dupliciter possumus loqui : « vel inchoando ab iis. quae se tenent ex parte Dei et *descendendo ad nos ;* vel e converso, inchoando ab iis, quae se tenent ex parte nostri et *ascendendo ad Deum.*

Si inchoamus a Deo, profitemur primo, quod Deus ab aeterno elegit singulariter hunc vel illuni ; quia sic ei placet. Secundo, quod electio hujus infallibiliter (non dico *necessario.* sed quod *tandem)* habebit effectum suum. se. salutem istius.

Inchoando vero a nobis, profitemur primo, quod quilibet est liberi arbitrii ad bonum et malum eligendum. Secundo, quod quilibet faciens, quantum est in se ad salutem consequendam aeternam, salvus erit per divinam gratiam.

Quo pacto autem seu quo vinculo, quo glutino *ascensus* id *descensus* jungantur, non apparet. Nam ascendendo, deficit gradus conjungens hanc nostram libertatem et securitatem (quod, laciendo quantum in nobis est[1], divina non deerit gratia salvans) cum aeternitate et immutabilitati· divinae electionis, quae habet, quod soli electi salvantur. Et similiter descendendo ab aeterna, immutabili et efficaci divina electione, deficit gradus conjungens cum his nostris libertatibus et securitatibus. Et proplerea non esi mirum, si non quietamus intellectus quaerentium et inducentium inconvenientias...

Respondebo me *scire,,* quod verum vero non est eontra-

1 Vide *Part. Prim.* q. -1. a. 2. pag. 300 et a. 3. pag. 331.

rium ; sed *nescire* haec jungere; sicut nescio mysterium Trinitatis, sicut nescio Verbum caro factum, et similia, quae tamen omnia credo. Et sicut credo reliqua fidei mysteria, ita credo et haec mysteria praedestinationis et reprobationis. .Meum est tenere, quod mihi certum est, se. uti libero arbitrio et reliquis bonis mihi a Deo concessis omni studio ad consequendam vitam aeternam ; et spectare, ut videam in patria mysterium divinae electionis mihi modo ignotum, sicut et reliqua fidei mysteria. Haec ignorantia quietat intellectum meum. »

Secundo : Quo pacto declaratur a S. Augustino et a D. Thoma. — In *Concordia* juxta doctrinam S. Augustini et 1). Thomae, ut jam dictum est. nullus datur *gradus conjungens* immutabilitatem divinae electionis et nostram libertatem nisi ipsamet divina voluntas, quae « profundit totum ens et omnes ejus differentias » : ipse Deus, qui « movet quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis moventis, quae deficere non potest : sed propter naturam voluntatis motae, quae indifferenter se habet ad diversa, non inducitur necessitas, sed manet libertas. Et voluntas aliquid confert, cum a Deo movetur ; ipsa enim est, quae operatur, sed mota a Deo. » *(De Malo* q. 6. a. unico) Unde vinculum, quo conjunguntur *ascensus* nostrae libertatis usque ad consecutionem salutis'aeternae et *descensus* efficacis divinae electionis usque ad nostrae liberae voluntatis transmutationem in Deum et perseverantiam in bono, est ipsa efficacia divinae electionis.

Quare autem hos elegit in gloriam et illos reprobavit, I). Thomas respondet : « Non habet rationem nisi divinam voluntatem. » S. Augustinus dicit : « Noli velle judicare, si non vis errare. » (I. q. 23. a. 5.) Et Apostolus exclamat : « O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei!... Quis prior dedit illi, ut retribuetur ei ! » (Horn. 9, 20 et 11, 33-35.)

Quantum vero ad tenendum, quod nobis certum est, D. Thomas cum Apostolo jam nos edocuit : « Conandum

est ad bene operandum el orandum, quia per hujusmodi praedestinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter quod dicitur II Petri 1. In : *Satagite, ut per bona opera certam vestram, vocationem et electionem faciatis.* » (!.. q. 23; a. 8.) Et S. Augustinus gaudens ex eo, quod salus nostra omnipotentis Dei manui, non nostrae fragilitati commissa fuit, scribit *De dono persev.* cap. 5. : « Tutiores vivimus 1. si totum Deo damus. Non autem nos illi ex parte, et nobis ex parte committimus. » Et Apostolus Petrus I epist. 5, 10-11 : « Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. Arnen. »

Tertio : Quo pacto declaratur a Molina. — In *Concordia* vero juxta doctrinam Molinae omnia clara apparent, omnia videntur plana. Scientia media est *lumen* illuminans ascensum el descensum, si inchoamus a Deo descendendo ad nos : ‹•l ipsa innata arbitrii creati libertas est *vinculum,* quo junguntur infallibilitas divinae sapientiae el divinae electionis atque libera et secura nostrae salutis consecutio, si inchoamus a nobis, ascendendo ad Deum.

Si enim inchoamus a Deo descendendo ad nos, Deus praevidet non quod ipse faciet, sed quod hominis liberum arbitrium faciet. Deus utique eligit pro sua libera voluntate hunc rerum et circumstantiarum ordinem potius quam alium ; sed quod electio hujus ordinis habeat rationem praedestinationis ad vitam aeternam vel non habeat, « ex sola arbitrii libertate pendet ». Deus utique praevidet talem ordinem, qualem ipse elegit, habere rationem praedestinationis vel non; sed quod Deus praevideat illud vel contrarium, dependens est ex eo, quod pro sua libertate facturus est homo. Deus utique confert auxilia aequalia vel majora vel minora hominibus ; sed cum aequali aut etiam cum minori auxilio unus justificatur et salvatur, et alter cum

1 Vide *Part. Secund,* cap. 10. pag. 392 nota 1.

aequali aut etiam cum majori gratia non convertit se, vel si convertatur, non perseverat.

Si autem inchoamus a nobis, ascendendo ad Deum, *Concordia* Molinae non est minus miranda. Visne scire, *quo pacto* ascensus et descensus ab ordine supernatural] ad naturalem el ab ordine naturae ad supernaturalem gratiae conjunguntur? Audi : *pacto* Christi cum Patre conferendi gratiam lacientibus quod est in se viribus naturalibus tantum liberi arbitrii. Visne scire, quare unus convertitur et alter non item ? Ex sola liberi arbitrii libertate, in cujus potestate est gratiam divinam reddere *efficacem* vel *inefficacem.* Visne scire, quare ex duobus hominibus jam justificatis unus perseveret et alter non? Ex sola etiam liberi -arbitrii libertate. Visne scire, quare hic rerum ordo a Deo electus sortitur comparatione unius hominis rationem praedestinationis et non respectu alterius? *Eoe innata hominis Ubertate.* « Neque dubitandum est. concludit Molina, multos torqueri apud inferos, qui multo majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in coelo divino conspectu fruuntur. »

Deus utique praevidit usum liberi arbitrii, ex cujus parte « datur ratio praedestinationis adultorum »: sed « neque in potestate Dei fuit aliud scire ». Scivisset tamen Deus oppositum. » si liberum arbitrium creatum acturum esset oppositum ».

Itaque si quaeratur : Quo pacto, quo vinculo, quo glutino ascensus et descensus in via praedestinationis ad vitam aeternam junguntur? Quomodo conjungitur libertas creaturae rationalis et immutabilitas divinae electionis ac divinae providentiae ? Duobus, nempe : *Scientia media et libero arbitrio creato inflectente se in unam partem ante omnem actum liberum divinae voluntatis.*

Ac sic haec duo sub uno verbo velis claudere, respondendum est : *Ex usu liberi arbitrii creati praeviso ante •omne divinae voluntatis decretum.*

CAPUT SECUNDUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum doctrina D. Thomae.

I

PRAENOTANDA

Primo : Molina decrevit sequi D. Thomam. — Visis enim principiis *Concordiae* oportet nunc inquirere, utrum Molina supra fundamentum doctrinae ac quaestionum D. Thomae aedificaverit hujusmodi Concordiae fabricam. Et quidem Molina in *Praefatione* ita scribit : « Cum in Primam Partem D. Thomae, quem veluti scholasticae theologiae solem ac principem sequi decernimus, Commentarios ex obedientiae praescriptione, ordiremur... illud igitur optimum factu visum est, ut quae ad propositae Concordiae seriem rationemque intelligendam attinerent, seorsim extra Primam Partem ederemus, eo tamen ipso jacto fundamento doctrinae ac quaestionum D. Thomae, in quas illa commentabamur. » Deinde disp. 49. q. 14. a. 13. addit : « D. Thomam, quem in omnibus patronum potius quam adversarium habere percupio. » Praeterea, disp. 1. memb. 6. q. 23. a. 4. et 5. adjungit : « Cum vero in omnibus eum Doctore Sancto consentire percupiamus, gratum sane nobis erit, si quis ita eum exponat, ut solum illud primum, in quo convenimus, asseruerit. » Ac postremo disp. 1. memb. 13. q. 23. a. 4. et 5. superaddit : « Opto enim magis patronos omnes quam vel unum adversarium habere, nedum D. Thomam, cujus judi-

ciiini el. doctrinam tanti lacio, ut tunc me securius pedem ligere arbitrer, eum illum consentientem comperio. »

Secundo : Molhiistae imitantur exemplum Molinae. — Hinc quod Molinistae ad magistri exemplum multos scribentes libros *juxta principia D. Thomae, secundum D. Thomae mentem,* ex abundantia cordis haec et alia hujusmodi loquantur :

<z) « Sancti Thomae schola, inclinato jam ad Unem saeculo sexto decimo, in duas est divisa partes... Societatis autem Jesu theologi communem ac traditam quasi per manus veterem doctrinam retinuerunt constanterque explicuerunt. » '.

b) » Propriam Societatis Jesu theologis laudem tribui nolim nisi hanc : quod ea, quae apud S. Thomam delineata quidem, disjecta tamen et minus absoluta exstabant, ea diligentius excoluerint, uberius et luculentius evolverint, in unum corpus redegerint. » 1.

c) « Al a 1). Thoma de gratia et praedestinatione disserens certissime discessit (Molina) : qui locus alter erat accusationis. Istud quoque negandum esse dicimus. » 34

d) « Qua in re (de scientia Dei) non facile, ut videtur, rectum tenebunt iter, quicumque deflectunt a via, quam, inhaerendo principiis Angelici Praeceptoris, ostendit Molina in celebri libro *Concordiae.* » *T*

e) « Quoad praedestinationem placet doctrina, quam conformité)' ad principia Summorum Doctorum Augustini el Thomae docuit Molina in libro *Concordiae* (q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 11.) » ?.

Tehtjo : Quid dicendum de Molinae proposito. — Iit autem supradictorum valeat quisque judicare veritatem, quatuor

1 Schneemann, S. J. *Conlrovers. de div. gral.* etc. Ed. 1881 p. 217.
- Er ins S. .1. S. *Thomae Aq. doctrina de cooperatione Dei.*
Schneemann ibid. p. 234 De doctrina Molinae.
4 Billot *De Deo Uno* pars II. cap. 1. De scientia Dei.
Idem ibid. cap. 2. De praedest. variae sententiae p. 264.

principia *Concordiae* in antecedenti capite jam exposita, eum ipsius 1). Thomae doctrina breviter conferre intendimus : ac

1° De concursu Dei generali :
2° De concursu Dei speciali :
3° De dono perseverantiae :
4° De scientia inedia ;
5° De praedestinatione.

II

CONCLUSIO 1.

Doctrina Molinae circa concursum Dei generalem minime concordat cum doctrina D. Thomae.

Vrg. 1UI". — *Ex testimonio ipsius Molinae.* — Molina etenim q. 14. a. 13. disp. 26. ait : « D. Thomas I. q. 105. a. 5. docet Deum duplici ratione dici operari cum causis secundis. Imprimis, quia virtutes illis tribuit ad operandum easque actu conservat. Deinde, quia ita eas ad agendum movet, ut quodammodo formas et virtutes earum applicet ad operationem, non secus atque artifex securim applicat ad scindendum... Duo autem sunt, quae milii difficultatem pariunt circa doctrinam hanc D. Thomae. *Primum* est. quod non videam, quidnam sit motus ille et applicatio in causis secundis, qua Deus illas ad agendum moveat et applicet... Quare ingenue fateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam D. Thomas in causis secundis exigit... *Secundum* quod mihi difficultatem parit. est quia juxta hanc D. Thomae doctrinam Deus non concurrit immediate immediatione suppositi ad actiones et effectus causarum secundarum, sed solum mediate, mediis se. secundis causis. » — Hucusque Molina.

Arg. 2um. — *Ex oppositis proprietatibus divinae motionis* quam D. Thomas exigit in causis secundis, et *concursus divini* quem Molina tradit in sua *Concordia.*

Prima proprietas juxta *D. Thomam :* Deus movet et applicat formas et virtutes pperativas ad agendum, et influit in ipsas causas secundas, complendo ac perficiendo virtutem activam ipsarum.

Secunda : Ideo Deus influit immediate, immediatione suppositi et immediatione virtutis, in potentias creaturarum, et influit in earum operationes et effectus *immediate* quidem immediatione *virtutis,* sed *mediate* immediatione *suppositi.* cum inter Deum agentem et effectus atque operationes causarum secundarum medient ipsae secundae causae agentes.

Tertia : Deus et creatura sunt duae causae non partiales, sed totales; unaquaeque in suo ordine. Deus enim perfecte operatur ut causa prima : et ipse operatur in quolibet operante immediate, non exclusa operatione voluntatis et naturae. Creatura autem perfecte etiam operatur ut causa secunda, ita quod per suam ipsam subordinationem ad causam primam acquirit totam suam perfectionem ad agendum. Deus enim : 1" dat virtutem agendi permanentem ; 2° conservat eam : 8° applicat actioni : 4° applicando confert virtutem transeuntem, virtutis permanentis complementum.

Prima proprietas opposita juxta *Molinam* : Deus non applicat virtutes operatives ad agendum, nec influit, perficiendo, in ipsas potentias creaturae.

Secunda : Deus concurrit et influit *immediate* immediatione suppositi in ipsas actiones et effectus causarum: unde non causal effectus causarum secundarum illis mediantibus, sed illis dumtaxat concurrentibus.

Tertia : Unde Deus et creaturae sunt duae causae non totales, sed partiales ; non per se subordinate, sed ad invicem dependentes. Deus enim indiget influxu creaturae, sicut et creatura indiget influxu Dei. Nec Deus influit in causam creatam, sicut nec creatura influit in Deum. Et lamen tam influxus Dei quam influxus creaturae mutuo ab invicem pendent. Ita ad litteram Molina : « Quo iit, ut concursus Dei generalis non sit influxus Dei in causam secundam, quasi illa prius eo mota agat et producat effectum suum... Hi duo influxus mutuo ab invicem pendent, ut in

rerum natura existant : quia neuter sine altero est actio productive cujuscumque en'ectus. » *(Concord,* q. 1'i. a. 13. disp. 26.)

Arg. 3"m. —Juxta *b. Thomam,* Deus elcreatura operantur ad eandem operationem atque ad eundem effectum, sicut causa principalis et causa instrumentalis. Quamobrem : *a)* in operatione, qua Deus operatur movendo causam creatam, causa creata non operatur: *b)* ipsa causae creatae operatio est etiam operatio virtutis divinae: *c)* Deus influit in voluntatem creatam ea ratione, qua voluntas agit et actum elicit.

Juxta *Molinam.* Deus et creatura operantur sicut causae laterales ac parallelae. Unde : *a)* Deus non operatur movendo naturam: *b)* operatio naturae ea ex parte, qua prodiit seu emanat a virtute creaturae, non est operatio virtutis divinae; *c)* Deus non influit in voluntatem ea ratione qua voluntas elicit actum el agit.

Arg. 4ni". Juxta *Molinam,* concursus generalis Dei est : *a)* simultanées natura et causalitate cum concursu causae secundae: *b)* dependens a creatura. *c)* indifferens ad bonas sicut, ad malas actiones; *d)* sub dominio liberi arbitrii creati; *e)* et determinatur ad hoc vel ad illud per ipsam creaturae voluntatem.

Juxta *D. Thomam* autem est : *a)* Simullaneus tempore, sed praevius natura et causalitate: quoniam « motio moventis praecedit motum mobilis ratione el causa ». *(III. C. Gent.* cap. 149.)

b) Non dependet a concursu creaturae, sed concursus creaturae dependet a concursu Dei. Quoniam « virtus primi agentis est complementum secundi »: et « causa secunda non agit nisi ex influentia causae primae » : et « omnes secundae causae agentes a primo agente habent hoc ipsum quod agant». *(III. C. Gent.* cap. 66.: *be Pot.* q. 3. a. 4. et a. 7. ad 13.)

c) Non esi indifferens ad bonum el ad malum, sed semper est determinate ad bonum et numquam ad malum: ita quod, si actio creaturae rationalis est bona tam in ordine physico

quam morali. « utrumque Deus creaturae agenti influit, et ut agat et ut bene agat ». Si autem actio creaturae deformitati peccati substat. « quidquid est in actu deficiente, sc. peccato, de ratione actus et entis et boni, totum hoc a primo agente, sc. Deo, procedit mediante voluntate: sed ipse defectus, qui est in actu, hoc modo est a voluntate, quod a Deo non procedit ». *(II. Seni.* dist. 37. q. '2. a. 2.)

d) Non est sub dominio creaturae, sed creatura sub dominio Dei. Proprie loquendo, non utitur voluntas hominis influxu Dei, sed Deus per suum influxum utitur voluntate hominis. Etenim voluntas est quidem domina sui actus; et propterea hoc dominium, quod exercet agendo, habet a Deo in ipsam operante : at voluntas non est domina divinae operationis. *(De Pot.* q. 3. a. 7. ad 13.)

e) Non determinatur ad hoc vel ad illud per voluntatem creatam, sed ipsam voluntatem ad hoc vel ad illud facit seipsam determinare : quoniam hoc ipsum a divina motione accipit potentia voluntatis, quod est actualiter influere in suam liberam operationem. Non est contrarietas in hoc. quod agens primum determinet agens secundum, et agens secundum determinet semelipsum : cum a Deo sic movente et determinante in ordine causae primae secundum agens « habet hoc ipsum quod seipsum movet ». id est, reducat se de potentia in actum, quod est se movere et determinare ad agendum. (Ill. q. 47. a. 3. ad 2. et *De Malo* q. 3. a. 2. ad 4.)

At influxus causae primae, in quantum a voluntate Dei derivatur, potens est quemcumque effectum ex se producere; sed in quantum recipitur in potentia operativa causae secundae quam perficit, ad talem speciem actus et effectus determinatur, qualem causa secunda producere valet. Haec tamen determinatio non est activa, sed passiva; non aliquid addit perfectionis, sed limites apponit ; non auget activitatem, sed circumscribit, quomodo determinatur *esse* per formam in qua recipitur; sicut determinatur forma per materiam in qua subjectatur, vehit individuatur accidens per capacitatem subjecti cui inhaeret. Quo sensu aitD. Thomas *HI. C. Geni.* cap. 66. : « Secunda agentia... sunt quasi particulantia et

determinantia actionem primi agentis. » Quod aliis verbis declaravit Angelicus Doctor Ill. q. 57. a. 3. ad 3. dicens « Etsi virtus divina sit infinita et infinite operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus virtutis ejus recipitur in rebus secundum earum capacitatem et secundum Dei dispositionem. » '.

Arg. 5'l"'. — .Juxta doctrinam *1). Thomue,* Deus movet omnes causas secundas ad operandum, quasi applicando et virtutes rerum ad operationem sicut etiam artifex applicat securim ad scindendum. Et id, quod a Deo fit in causa secunda per hujusmodi applicationem, est illud, quo causa secunda actualiter agat; est « vis, qua agit ad esse ut. instrumentum causae primae ». (I. q. 105. a. 5.; *De Pol.* q. 3. a. 7. ad 7.)

Juxta *Molinae* doctrinam, causa prima et causa secunda concurrunt ad effectum producendum « non secus ac cum duo trahunt navem, totus motus proficiscitur ab unoquoque trahentium, sed non tamquam a tota causa motus ». Ac praeterea vis illa, de qua D. Thomas loquitur, traditur a Molina quasi « commentitium plane... nullaque ratione fulcitur, et res frustra multiplicat ». *(Concord,* q. 14. a. 13.. disp. 26.)

Arg. 6uni. — D. Thomas *I. Contra errores Graec.* cap. 23. expresse in terminis condemnat concursum simultaneum Molinae, inquiens : « Sciendum, quod aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter : Uno modo, quia operatur ad eundem, effectum, sed per aliam virtutem : sicut minister domino, dum ejus praeceptis obedit, et instrumentum artifici, a quo movetur. Alio modo dicitur aliquid cooperari alicui inquantum operatur eandem operationem cum ipso, sicut si diceretur *de duobus portantibus aliquod pondus, cel de pluribus trahentibus navem,* quod unum alteri cooperatur. »

« Secundum igitur *primum* modum creatura potest dici Creatori cooperari quantum ad aliquos effectus, qui liunl

1 Vide *Pari. Secund,* cap. et cap. 10.

mediante creatura: non tamen quantum ad illos effectus-qui sunt immediate a Deo, ut creatio et sanctificatio. »

« *Secundo* autem modo creatura Creatori non cooperatur: sed solae tres Personae sibi invicem cooperantur, quia earum est operatio una : non autem ita, quod quaelibet earum partem virtutis possideat, per quam operatio completur, *sicut accidit in multis trahentibus navem;* sic enim cujuslibet virtus esset imperfecta: sed ita, quod tota virtus ad operationem sufficiens esi in qualibet trium Personarum. »

III

CONCLUSIO 2.

Gratia praeveniens, qua juxta doctrinam Molinae Deus liberum arbitrium ad opera supernaturalia credendi, sperandi et diligendi evehit atque adjuvat, nequaquam concordat cum doctrina D. Thomae.

Arg. 1um. — *Ex testimonio ipsius Molinae.* — Natura enim sive ratio gratiae, praevenientis atque operantis declaratur a D. Thoma praesertim 1-11. q. 111. a. 2. et 3., ubi doctrina S. Augustini explicatur atque evolvitur. Sed Molina (q. 14. a. 13. disp. 42.) expresse fatetur se diverso modo, quo D. Thomas, explicare conditiones gratiae praevenientis et operantis, et aliter quam D. Thomas sensum ac mentem S. Augustini interpretari. Ait enim ad litteram : « tametsi aliter Augustinum intellexerint D. Thomas duobus articulis citatis, Sotus *I. De nat. et gral.* et quidam alii. » [1].

Arg. 2um. — *Etiam ex ipsius Molinae testimonio.* — Quid autem sit gratia operans ac praeveniens, maxime innotescit ex modo, quo in justificatione adulti explicatur motus liberi arbitrii in Deum per fidem, spem el caritatem, et in peccatum

1 Vide *Part. Prim.* q. 3. a. 2.

per detestationem ac dolorem: et qualiter actus credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi efficienter emanent a theologicis habitibus eo ipso instanti, quo gratia justificans infunditur; et qualiter ad gratiam sanctificantem ipsosque habitus infusos homo ultimo disponitur. Etenim justificatio impii est effectus gratiae praevenientis atque operantis. (1-11. q. 113.)

Atqui Molina conceptis verbis pronuntiat : *a)* se numquam valuisse intelligere D. Thomae doctrinam circa hanc de justificatione materiam : *b)* sententiam D. Thomae apparere tamquam periculosam et doctrinae Concilii Tridentini contrariam; *c)* sententiam D. Thomae tollere liberam voluntatem. Ita enim scribit in libro *Concordiae* q. 14. a. 13. disp. 46. : « D. Thomas I-Ll. q. 113. a. 7. ad 4. et a. 8. ad 2.; Cajetanus, Bartholomaeus Medina ad eundem a. 8.; Sotus *11. De nat. et grat.* cap. 18. et *IV. Sent.* dist. 14. q. 2. a. 6. et Canus in relectione *De Poenit.* part. 1. ad finem, in ea sunt sententia. ut dicant : *Ultimam dispositionem adulti ad gratiam efficienter emanare a gratia ipsa. in quo instanti gratia primo infunditur...*

a) Ego etiam fateor me numquam valuisse intelligere. quonam pacto gratia ipsa gratum faciens concurrere possit ad actum liberi arbitrii, qui ad eam dispositio est praerequisita ; unde semper probabiliorem multo judicavi communem opinionem contrariam...

b) Neque satis intelligo, quo pacto libera maneret voluntas ad eliciendum et non eliciendum actum contritionis, si prius in genere causae efficientis acciperet habitum caritatis et gratiae, intluxuque illius juvaretur ad actum contritionis eliciendum...

c) Atque id contrarium doctrinae D. Thomae plane satis aperte innuit Cone. Trid. sess. 6. si attente legatur ac expendatur. » [1].

Arg. 3“m. — Λ'.γ *oppositis notis, quae gratiae praeve-*

[1] Vide *Part. Prim.* q. 5. a. 8.

aienti atque operanti assignantur a D. Thoma et a Molina.

Gratia praeveniens et operans juxta *Molinam :*

a) Antecedit semper vel tempore vel natura influxum liberi arbitrii ad actiones ejus supernaturales.

b) Indiget concursu simultaneo sive generali, ita ut ad hoc, quod « liberum arbitrium una cum gratia praeveniente producat quemcumque actum, necessarium est. ut Deus una cum illis immediate in actum producendum per *concurswm. suum, universalem* influat ».

c) Potest compensari vel suppleri per ipsummet concursum universalem, simultaneum ac parallelum; quoniam « Deus de potentia absoluta tanto ac tali influxu immediato in eosdem actus cum libero arbitrio poterit cooperari, ut efficiantur tales, quales essent, si praeveniens gratia antecederet ».

Juxta *D. Thomam,* gratia praeveniens et operans :

a) Antecedit quidem semper influxum liberi arbitrii, quem complet atque elevat ad producendum actum liborum supernaturalem, natura et causalitate; sed non tempore.

b) Non indiget concursu generali, quoniam gratia operans ac praeveniens esi ipsa physica praemotio in ordine supernaturali.

c) Non potest compensari per concursum generalem eo ipso, quod alius est ordo naturae et alius ordo gratiae; et sicut actus supernaturalis differt ab actu naturali, ita differunt inter se motio qua voluntas movetur a Deo ut auctor naturae est, el motio (pia movetur a Deo ut auctor est gratiae.

Arg. 4UI". — *Ex diverso modo, quo juxta utriusque doctrinam effectus seu actus supernaturales causantur.*

Juxta *Molinam,* actus supernaturalis habet tres partes unius integrae causae, nempe : a gratia praeveniente, ab influxu liberi arbitrii, et ab influxu Dei per concursum generalem.

a) A Deo influente per solum concursum generalem actus non habet, quod sit assensus credendi aut dolor de peccatis magis quam actus oppositus.

b) Ab influxu autem liberi arbitrii actus habet, quod sil potius assensus fidei aut dolor de peccatis quam aliquis alius diversus actus.

c) A gratia ve.ro praeveniente, seu a Deo. ut per illam tamquam per suum instrumentum una cum libero arbitrio influit in eundem actum, habet quod sit actus *supernaturalis,* specie distinctus ab actu pure naturali credendi vel dolendi de peccatis.

Juxta *D. Thomam,* gratia actualis praeveniens (sive sit operans sive cooperansj :

a) Non est instrumentum, sed *vis instrumentalis,* qua libera voluntas hominis agit ut instrumentum Spiritus Sancti, sive jam inhabitantis per caritatem sive tantum per suum divinum impulsum moventis.

b) Complet virtutem propriam operativam liberi arbitrii et evehit atque illam elevat ad eliciendum actum supernatoralem.

C) I nde actus supernaturalis hominis habet a Deo potentiam voluntatis creatae physice per gratiam actualem praemovente : 1° quod sit assensus credendi; 2° assensus liber; :›I' assensus supernaturalis. Quapropter Deus et liberunr arbitrium creatum non sunt causae partiales nec parallelae, sed unaquaeque in suo ordine totalis : atque omnis vis ac perfectio supernaturaliter agendi a Deo procedit et in potentia liberi arbitrii recipitur: ac per liberi arbitrii creati potentiam influentia primi agentis pervenit ad causatum., atque in ipsum ingreditur vehementius.

Arg. 5um.— *E.'· diversis characteribus effectuum gratiae praevenientis.*

Juxta *Molinam,* ad effectus gratiae praevenientis in homine:

a) « Non cooperatur voluntas, qua liberum arbitrium est. »

b) « Motus illi actiones quaedam vitales sunt, quas in se experitur voluntas. »

c) « Velit nolit, praesente cognitione insurgunt in voluntate. »

d) " Voluntas *patitur* illos supernaturales rationemque

habentes gratiae praevenientis, si Deus simul in eosdem *specialiter* influat. » Tta ad litteram Molina, (vide cap. 1. 111.)

Juxta *D. Thomam,* ad effectus gratiae praevenientis in voluntate :

a) Cooperatur voluntas, qua liberum arbitrium est, id esi. voluntas ut voluntas, voluntas libere operans.

b) Motus illi seu actiones vitales non sunt ipsa gratia praeveniens, sed actiones prodeuntes 1 a potentia voluntatis physice mota a Deo per motionem supernaturalem, quae dicitur et est gratia praeveniens.

c) Hujusmodi vitales ac supernalurales motus voluntatis minime insurgunt, velit nolit voluntas: sed e contra liberrime eliciuntur ab ipsa voluntate, perlecta ac elevata a Deo per supernaturalem motionem, et in ipsa justificatione per motionem, quae est infusio gratiae sanctificantis p! habituum supernaluralium.

d) Hujusmodi actiones sive motus supernalurales non habent rationem gratiae praevenientis, sed sunt ipsius praevenientis gratiae *effectus.* Deus enim influit et causât illos *mediante potentia* liberi arbitrii liberaeque voluntatis, quam complet, actual ac transire facit in *actum* movendo motione gratuita, quae est gratia praeveniens.

Unde voluntas *patitur* quidem et *agitur* a Deo, dum recipit divinam supernaturalem motionem, quaè est gratia actualis *semper praeveniens,* sive sit operans sive sit coopérons; at voluntas agitur ut agat, patitur ut supernaturaliter operetur. Nam per omnem physicam praemotioneni, seu in ordine naturae tantum seu in ordine praeterea supernatural!, voluntas creaturae rationalis perficitur in ratione potentiae activae et liberae. « Instrumentum animatum agit et agitur. » *(III. Sent.* disl. 13. q. 1. a. 1. ad 4.) Et rursus : « Instrumentum anima rationali animatum... ita agitur, quod 'diam agit. » (III. q. 7. a. 1. ad 3.)

1 Vide *Pari. Prini,* q. 2. a. 2. pag. 146 et q. 3. a. 2. pag. 231 et sqq.

IV

CONCLUSIO 3.

Doctrina Molinae in explicando modo doni perseverantiae non concordat cum doctrina D. Thomae.

Doctrina Molinae. — Explicatio enim de modo doni perseverantiae, quam ipse Molina non dubitat appellare « legitimam seu potius orthodoxam explicationem », innititur subsequentibus principiis :

1. Facientibus quod est in se. sive « ex nostris viribus- naturalibus cenantibus facere quod in nobis est », Deus « ex lege statuta » non denegat gratiam.

2. Cum quo auxilio unus non convertitur, alius convertitur.

Fieri potest, ut aliquis, praeventus ac vocatus longe majori auxilio, pro sua libertate non convertatur, et alius cum longe minore convertatur.

i. Cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus justificatur et salvatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec· salvatur.

5. Nec dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui mullo majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in coelo divino conspectu fruuntur.

6. Auxilia gratiae non habent ex sua natura quod efficacia sint: sed id pendere a consensu liberi arbitrii. Ita quod e duobus, qui aequali motu gratiae moventur, imus consentiat, alter vero non, certe solum provenit ab innata et propriant intrinseca libertate utriusque.

7. Nulli Deum denegare auxilium, quod ad perseverandum sit satis.

Ita Molina ad litteram in libro *Concordiae* locis citatis supra cap. 1. V.

Doctrina D. Thomae. — D. Thomas vero haec, quae subse-

quuntur, velut fundamentalia tradit principia in materia de gratia et justificatione atque perseverantiae dono :

1. « Hoc ipsum, quod aliqui faciunt quod in se est, convertendo.se sc. ad Deum, ex Deo est movente corda ad bonum ipsorum. » (Rom. 10. lect. 3.)

2. « Cum dicitur homo facere quod in se est, dicitur hoc esse in potestate hominis, secundum quod est motus a Deo. » 11-11. q. 109. a. 6. ad 2.)

3. « Si in potestate hominis esse dicatur aliquid, excluso auxilio gratiae, sic ad multa tenetur homo, ad quae non potest sine gratia reparante. » (11-11. q. 2. a. 5. ad 1.)

4. Facientibus quod est in se viribus gratiae, Deus non denegat gratiam. (I-II. q. 112. a. 3. ad 1.) ›.

5. « Non est ratio inquirenda, quare hos convertat et non illos; hoc enim ex simplici ejus voluntate dependet. » *(Ill. C. Gent.* cap. 161.)

6. « Diversitatis gratiae ratio quidem est aliqua ex parte praeparantis se ad gratiam; qui enim magis se ad gratiam praeparat, pleniorem gratiam accipit. » (I-П. q. 112. a. 4.)

7. « Quaeeumque praeparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei moventis animam ad bonum. » (I-1J. q. 112. a. 2.)

8. « Ex hac parte [liberi arbitrii] non potest accipi prima ratio hujus diversitatis : quia praeparatio ad gratiam non est hominis nisi inquantum liberum arbitrium ejus praeparatur a Deo. Unde prima causa hujus diversitatis accipienda est ex parte Dei. » (I-II. q. 112. a. 4.)

9. « Quantitas caritatis non dependet ex conditione naturae vel ex capacitate naturalis virtutis, sed solum ex voluntate Spiritus Sancti... » (11-11. q. 24. a. 3.)

10. « Qui plus conatur, plus habet de gratia : sed quod plus conetur, indiget altiori causa. » (In Math. cap. 25.)

11. « Conatum liberi arbitrii praevenit Spiritus Sanctus, movens mentem hominis plus vel minus, secundum suam voluntatem. » (II-1I. q. 24. a. 3. ad 1.)

12. « Hoc ergo, quod unus habet caritatem longam, latam.

’ Vide *Pari. Prim.* q. 1. a. 3. pag. 331.

>iiliIiinpiii el profundam. el alius non. venit ex profundo divinae praedestinationis. » (Ephes. 3. led. 5.)

13. « Deus omnes homines diligit.... non lamen quodcumque bonum vult omnibus... Quibusdam non vult hoc bonum. quod est vita aeterna. » (I. q. 23. a. 3. ad 1.)

14. « Multis enim datur gratia, quibus non datur perseverare in gratia. « (I-II. q. 109. a. 10.)

15. « Perseverantia autem viae... dependet solum ex motione divina, quae est principium omnis meriti. Sed Deus gratis perseverantiae donum largitur, cuicumque illud largitur. » (I-II. q. 114. a. 9.)

16. « ünde si ex intentione Dei moventis est. quod homo, cujus cor movet, gratiam consequatur, infallibiliter ipsam consequitur. » (I-II. q. 112. a. 3.) Ac similiter si ex intentione Dei moventis est, quod homo, cujus cor movet, in gratia jam consecuta perseveret, infallibiliter in gratia usque in finem perseverabit.

17. « Quaerere, quare Christus illi non praedicavit, et quare gratiam illi non apposuit, est idem quod quaerere praedestinationis causam, quae nulla est nisi voluntas Dei. » (*III. Sent.* dist. 1. q. 1. a. 4. ad 4.)

Observationes ipsius D. Thomae. — 1. « Sed hic cavendum est de quodam errore ; quia videtur, quod ex studio et bonis naturalibus possemus acquirere gloriam aeternam. Sed Paulus dicit I Cor. 4. 7 : *Quid habes, quod non accepisti?* Unde et desiderium et studium et caritas et fides : omnia haec sunt a Deo. » (In Math. cap. 13.)

2. « Gratia enim, etsi non habeatur ex meritis, alioquin gratia non esset gratia, tainen oportet quod homo faciat quod in se est. Deus autem voluntate sua liberalissima dat eam omni praeparanti se. Apdc. 3, 20 : *Ecce sto ad ostium et pulso; si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum.* Et I Tim. 2, 4 : *Qui vult omnes homines salvos fieri.* Et ideo gratia Dei nulli deest, sed in omnibus, quantum in se est, se communicat ; sicut nec sol deest oculis caecis ...Sed cintra : Quia si gratia non datur ex operibus, sed tantum

' X hoc, quod aliquis non ponit obstaculum : ergo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio et non ex electione Dei, quod est error Pelagii. Respondeo : Dicendum est, quod hoc ipsum, quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit. Unde si aliquis ponat, et tamen moveatur cor ejus ad removendum illud, hoc est ex dono gratiae Dei vocantis per misericordiam suam. Gal. 1, 15 : *Cum autem placuit* '■*i, qui me segregavit ex utero matris meae et vocavit per gratiam suam.*. Hoc autem donum gratiae non est gratum faciens. Quod ergo a quibusdam removetur istud obstaculum, hoc est ex *misericordia Dei.* Quod autem non removetur, hoc est *exjustitia ejus.* " (Hebr. 12. lect. 3.'I

V

CONCLUSIO 4.

Scientia illa, quam Molina introduxit inediam inter scientiam Dei mere naturalem et scientiam Dei mere liberam, non concordat cum doctrina D. Thomae.

Arg. 1"“'. — *lix testimonio ipsius Molinae.* — 1). Thomas rejicit id ipsum quod in ratione scientiae mediae clauditur, sc. : « Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum : sed quia futurum est. scitur a Deo. » Hoc exprimere quiddilateni scientiae mediae attestatur Molina in sua *Concord.* q. 14. a. 13. disp. 52.: hoc ipsum damnari a D. Thoma palel ni terminis 1. q. 14. a. 8. ad 1. et *De Verit.* q. 2. a. 14. ad 1.

Arg. 2"'". — Fundamentum scientiae mediae habetur in verbis Origenis, a quo Molina hujusmodi scientiam accepit mutuatam, ut intra patebit. Sed verba Origenis *VIII. in epist.* ‹›d *Rom.* : « Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum ; sed quia futurum est, scitur a Deo, antequam fiat, « benigne interpretans Angelicus Doctor in contrarium sensum adduxit, per quem psa scientia media e medio tollitur. Quod ingenue fatetur Molina q. 14. disp. 52. scribens : « Quamvis,

ut verum fatear, contrarium innuere videatur D. Thomas supra a. 8. in responsione ad 1. dum exponit atque in contrarium sensum reducere conatur testimonium Origenis mox referendum, quod idem aperte docet. »

Arg. 3""l. — Juxta Molinam, certitudo praedestinationis oritur ex scientia media. Unde in sua *Concord,* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 11. : « fn aeterna praedestinatione non alia est certitudo, quod praedestinatus sempiternam sit beatitudinem consecuturus, quam quae est in divina praescientia. » Sed D. Thomas ex professo tractans istam materiam *De Verit.* q. 6. a. 3. totam rationem explicandi certitudinem praedestinationis a Molina adhibitam et supra scientiam mediam fundatam : *a)* rejicit : *b)* affirmat quod non potest dici; *c)* et quod est contra Scripturam et dicta Sanctorum. Ait enim : « Non enim potest dici, quod praedestinatio supra certitudinem providentiae niliil aliud addit nisi *certitudinem praescienHae;* ut si dicatur, quod Deus ordinat praedest natum ad salutem sicut et quemlibet alium : sed cum hoc de praedestinato scit, quod non deficiet a salute. Sic enim dicendo, non diceretur praedestinatus differre a non praedestinato ex parte *ordinis,* sed tantum ex parte *praescientiae* eventus ; et sic praescientia esset causa praedestinationis, quod est contra auctoritatem Scripturae et dicta Sanctorum. »

Juxta Molinam, praedestinatio nihil addit supra providentiam nisi certitudinem praescientiae mediae. Praedestinatio non differt a providentia ex parte *ordinis specialis,* sed solum ex parte *praescientiae.* Quod hic vel ille ordo rerum sortiatur rationem praedestinationis respectu unius et non respectu alterius, hoc pendet ex innata hominis libertati *praevisa* a Deo illa *scientia, media,* qua ante omnem actum suae divinae voluntatis praevidet, in quam partem se inlleetel et se determinabit creatura rationalis.

Arg. 4'"". — Secundum doctrinam *D. Thomae* tria sunt capita divinae cognitionis : *a) Caput idearum in mente divina;* et in hoc capite cognoscit necessario ct naturaliter-Deus omnia possibilia, *b) Caput decretorum divinorum;* et

in hoe capite [1] videt Deus omnia quae sunt, fuerunl vol erunt, et quidquid est in creaturarum potentia, etsi ratione alicu.jus conditionis apponendae, quae de facto non apponitur, nec sit actu nec erit nec fuerit, *c) Caput praesentiae rerum in aeternitate;* et in hoc capite Deus intuetur ac videt omnia, quae ipse decrevit fieri, vel ut liant permittere, si de non ente ac defectu agatur.

Ex primo capite non iit transitus ad secundum nisi mediante actu libero divinae voluntatis ; ex secundo capite oritur necessario tertium : quoniam quae Deus decrevit facienda, eo ipso jam subduntur conspectui divino secundum suam praesentia!itatem ; et tamen sunt futura contingentia suis causis proximis comparata.

In doctrina ergo D. Thomae nullus relinquitur locus inter scientiam Dei mere naturalem et scientiam Dei mere liberam. Inter hanc duplicem Dei scientiam nulla datur scientia inedia. Medium inter utramqqe utique datur: sed hoc medium non est scientia, sed decretum, quod est actus liber divinae voluntatis. Unde ipse D. Thomas *De 'Verit.* q. 20. a. 4. ad 1. : « Deus, cognoscendo scientia visionis omnes creaturas, comprehendit eas, et sic scit quidquid est in creaturarum potentia. » Et 1. q. 57. a. 2. : « Secundum quod causal, sic et cognoscit : quia scientia ejus est causa rei, ut ostensum est q. 14. a. 8. « Et I. q. 14. a. 11. : « In tantum se extendit scientia Dei, in quantum se extendit ejus causalitas. » Et IIZ. *C. Gent.* cap. 56. : « Deus voluntates nostras, sicut et alios suos effectus, cognoscit per hoc quod est nobis causa volendi. »

Molina, e contra, proprie loquendo, non assignat nisi unum solum caput divinae cognitionis, nempe : *Caput idearum in mente divina,* ex quo asserit Deum certam scientiam de futuris contingentibus habere ante omnem actum seu decretum divinae voluntatis. In libro *Concord,* q. 14. disp. 49. ait, quod Deus « *eœ altitudine* suae scientiae, prius nostro modo intelligendi, cum fundamento tamen in re, quam quicquam

[1] Vide *Part. Secund,* cap. 9.

statuerit, comprehendit in seipso omnia, quae contingenter aut mere libere, per causas omnes secundas ex sua omnipotentia possibiles essent futura, ex hypothesi, quod hos vel illos rerum ordines cum his vel illis circumstantiis vellet statuere ». Molina igitur nec admittit eaput *decretorum* seu actuum liberorum divinae, voluntatis, nec caput *praesentiae* rerum futurarum in speculo aeternitatis. Caput quidem *praesentiae* rerum in aeternitate fundatur supra caput *divinorum decretorum* [1]: nam ex solo capite *idearum* nec habetur nec haberi potest quare ex infinita multitudine rerum possibilium quaedam sunt praesentia in speculo aeternitatis, quaedam autem non. Molina tamen quaerit hujusmodi *quare* in ipsa altitudine divini intellectus ; sed altitudo divini intellectus eadem est et pro possibilibus et pro futuris; ratio ergo *futuri* non oritur ex sola divini intellectus altitudine.

VI

CONCLUSIO 5.

Doctrina Molinae circa praedestinationem non concordat cum doctrina D. Thomae.

Arg. 1°»'. — Juxta *Molinam,* praedestinatio est : « Ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus praevidet creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam cum proposito eum ordinem exsequendi. » Unde Deus : 1° praevidet sua scientia media non quae ipse faciet, sed quae faciet creatura rationalis ex innata libertate sua cum talibus mediis et in tali ordine; 2° postquam Deus praevidit, deinde proponit illum ordinem creare et illa media conferre ; 3° quod postea ille ordo cum illis mediis sortiatur rationem praedestinationis respectu hujus creaturae rationalis et non respectu alterius : totum hoc pendet a libero utriusque creaturae arbitrio.

Juxta *D. Thomam,* praedestinatio est : « Quaedam ratio ordinis aliquorum in salutem aeternam in mente divina

1 Vide *Pari. Secund,* cap. 9. pag. 318. conci. 3.

eiistens. Exsecutio autem hujus ordinis est passive quidem in praedestinatis, active autem in Deo. Est autem exsecutio praedestinationis vocatio et magnificatio secundum illud Apostoli. Rom. 8, 30 : Quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit. » (I. q. 23. a. 1. et 2.) Unde Deus : 1° eligit el proponit creaturam rationalem electam perducere in vitam aeternam : 2° praevidet in suo proposito exsequendi, quae ipse laciet : 3“ ipse faciet per suam divinam motionem, quod creatura rationalis, pro sua propria libertate, vocata veniat et audiat et consentiat Deo illam justificanti, et justificata mereatur et perseveret in gratia justificanti. Atque ita *ipse consensus* liberi arbitrii creati est etiam effectus divinae praedestinationis.

Arg. 2""l. — Juxta *Molinam,* praedestinatus differt a non praedestinato, non ex parte ordinis, sed ex parte solum *praescientiae* eventus. Sed hoc rejicitur expresse a D. Thoma *De Verit.* q. 6. a. 3.

Arg. 3um. — Molina in sua *Concord,* q. 23. a. 4-5. disp. 1. memb. 12. scripsit : « Licet D. Thomae auctoritas gravissima sil, propter eam tamen recedendum non esset a nostra sententia tot solidissimis fundamentis corroborata. »

Arg. 4“". — Ipse quoque Molina q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. me,mb. 5. in sua *Concordia* (edit. Olyssipone 1588) exponit sententiam 1). Thomae, incipiens his verbis : « Sententia 1). Thomae hoc loco, quae communior est inter scholasticos. » Et deinde concludit : « Salva reverentia, quae D. Thomae debetur magna, non miror, si communior scholasticorum sententia, praesertim eo modo intellecta, quo verba D. Thomae hoc loco (q. 23. a. 5.) ad tertium sonare videntur, a multis dura nimis indignaque divina bonitate et clementia judicetur. » Et praeterea :

a) Molina expresse impugna/ doctrinam D. Thomae. — Nam scribit ad litteram : « Communior scholasticorum de praedestinatione, sententia impugnatur. » '.

' Ita in 1. edit. *Concordiae.* In aliis sic : ‹ Communior sententia quousque sit vera... »

&) Molina sententiam 1). Thomae appellat duram, feram et crudelem. — Etenim ad litteram ail : « Certe id potius duri, feri et crudelis, quam clementissimi principis auctorisque totius consolationis, bonitatis ac pietatis esse videtur ; eaque ratione potius obscuraretur divina justitia quam commendabilis redderetur. »

c) Molina sententiam 1). Thomae audet asserere esse contrariam Sacrae Scripturae. — Ait enim : « Est praeterea eadem sententia parum consentanea Scripturis Sacris. »

(l) Molina sententiam I). Thomae affirmat irrisorias facere omnes exhortationes ad virtutem. — Inquit siquidem : « Profecto, si. quod impugnamus, verum est. fictiones potius el irrisiones comparatione eorum, qui vitam aeternam non consequuntur, viderentur istae invitationes atque objurgationes. quae ex' persona Dei factae in Scripturis Sacris continentur, quam veri animi significationes; quod tamen assertum non solum esset indignum divina bonitate et majestate, sed etiam blasphemia plenum. »

e) Molina sententiam I). Thomae asseverat homines ▮in desperationem inducere. — Scribit namque : « Haec sententia occasionem praebet hominibus despondendi animo, ne dicam desperandi, segnius operandi, obtendendi excusationes, atque sentiendi de Deo, non ut oportet, in bonitate: atque ea de causa minus hominum animos erga Creatorem diligendum ac colendum excitasse videatur. »

f) Molina sententiam I). Thomae asserit tollere libertatem hominis. — Addit adhuc : « Certe non video, quanam ratione patentissima libertas arbitrii nostri,quam experimur, quaeque tam aperte in Scripturis Sacris traditur, cum divina praedestinatione ita explicata cohaerere valeat. »

Observatio. — Hoc itaque modo tamquam per manus tradita veteris scholae S. Thomae doctrina, in novam religionem Societatis .lesu translata, strenue explicata atque amplificata est! Sic ea, quae apud S. Thomam delineata, disjecta tamen et minus absoluta exstabant, theologi Societatis luculentius evolventes in unum corpus rédigeront ! Ita inhae-

reliai Mulina principiis Angelici Praeceptoris, dum scriberet celebrem librum suae *Concordiae,* et conformiter ad doctrinam summorum Doctorum Augustini el Thomae tradidit suam famosam de praedestinatione sententiam ! |

| Concordia Molinae.

Quaest. 23. a. i. el 5. Disji. J. merui/. 6.

Edit. Olyssipone. apud Antonium Riberium, typographum regium.—M. D. LXXXV1II (1588). — Cum privilegio et facultate superiorum. — A cosla de Domingos Martinez, mercader de libros,

(nu- ‹ His ita confutatis, ut ad reni redeamus, salva reverentia quae D. Thomae debetur magna, non miror si communior scholastieorum sententia, praesertim eo modo intellecta, quo verba D.Thoinae hoc loco ad tertium (1. q. 23. a. 5.) sonare videntur, a multis dura nimis, indignaque divina bonitate et clementia judicetur; maxime, cum, quieumqneadulti, eo ipso quod ex aeternitate praedestinati non fuerint, permanserint reprobati, non solum ut a vita aeterna excluderentur, donisque gratuitis exspoliarentur, sed etiam ut aeternis acerbissimis cruciatibus manciparentur. Quae enim, non dicam bonitas et clementia. sed aequitas patitur, ut nulla omnino ratione usus liberi arbitrii habita, eo vel solo vel praecipuo tine Deus certos quosdam solum homines ex aeternitate elegerit et praedestinaverit; reliquos vero pene innumeros non electos et non praedestinatos

Ktia

Edit. Parisiis. Sumptibus et typis P. Lethielleux editoris 1876.

« Nunc ad Augustini, D. Thomae communioremque scholasticorum de praedestinatione opimonem, sine ejusmodi auxíliis ex se efficacibus et sine praefinitionibus ad actus universim liberi arbitrii non malos per concursum Dei ex se efficacem regrediamur. Sane, ut ex hactenus dictis constat, et ex iis. quae in hujus materiae progressu subjungemus, erit manifestum, eam sententiam amplectimur, quatenus affirmat praedestinationis quoad actum voluntatis divinae, per quem in esse praedestinationis completur, nempe quo statuit his adultis et non aliis, conferre ea media, per quae providebat eos pro sua libertate perventuros in vitam aeternam, nullam dari causam vel rationem, imo neque conditiones sine qua non, ex parte usus liberi arbitrii ipsorum praevisi ; sed quod hi fuerint praedestinati et non alii, ex sola libera et misericordi voluntate

«Conunut sentenii. quous‹,u vera. ›

reliquerit, sciens continuo eo ipso futuros reprobos, ut haberet quos puniret, et in quibus justitiam suam vindicativam commendaret ? Quo item aequitas, bonitas et clementia postulat, ut pro sua tantum voluntate, absque ulla consideratione usus liberi arbitrii cujusque decreverit, ut lii in particulari essent praedestinati. illi reprobati? Certe id potius duri, feri et crudelis, quam clementissimi principis autorisque totius consolationis bonitatis ac pietatis esse videtur : eaque ratione potius obscuraretur divina justitia, quam commendabilis redderetur : id quod latius, circa permissionem peccatorum ad eundem finem, a. 3. sumus prosecuti.

Est praeterea eadem sententia parum consentanea Scripturis Sacris. Etenim, si Deus ex aeternitate pro sua tantum voluntate, ut haberet in quibus suam misericordiam et justitiam vindicativam manifestaret, nulla habita ratione usus liberi arbitrii hominum et angelorum aut cujusquam alterius rei, quae ex parte eorum cerneretur, decrevit ut hi soli ab eo designati consequerentur beatitudinem et praedestinarentur; alii vero ab ea omnino excluderentur, etrepro bi persisterent ; ad eumque finem voluit homines et angelos totumque hunc uni versum creare : qua, quaeso, ratione verum est Deum velle omnes homines salvos fieri in sempiternamque felicitatem homines condidisse? Qua etiam ratione vere sub jure ju-Dei pendere, quae sua dona distribuere voluit pro solo libero suo beneplacito, nemini denegando sufficientia subsidia ad salutem; atque adeo sententiam amplectimur quatenus affirmat praedestinationem non esse secundum praescientiam usus liberi arbitrii, quasi pro qualitate usus praevisi statuerit praedestinare suave dona adultis distribuere.

Multi tamen.....

Utrum autem D. Thomas..... Cum vero in omnibus eum Doctore Sancto consentire percupiamus, gratum sane nobis erit, etc..... Quod ad Augustinum attinet..... Quare dubitandum non est, si ea de re vel Augustinus vel D. Thomas consulerentur, continuo responsuros, fuisse nihilominus praedestinationem et reprobationem non sine praevia illa scientia (media), habitaque consideratione usus liberi arbitrii futuri.....

Sub ea quasi caligine D. Augustinus ad hoc non attendit, arbitratus primo aspectu cuin sua de praedestinatione opinione esse conjunctum. Deum nouvelle omnes universiin homines salvos fieri, sed solos pradestinatos, in multis suae doctrinae locis, ita. locum Pauli 1 Tim. cap. 2. interpretatus est, ut de solis praedestinatis iutelligeretur.....

Ex his patet opinionem de praedestinatione quoad illud secundum... tribuendam non esse· Augustino neque item D.Thomae, qui Augustini solum est vestigia, secutus, manifesteque affirmat Deum velle omnes ttniversim ho-

rando apud Ezechielem cap. 18. affirmat non esse voluntatem suam mortem impii, sed magis ut convertatur et vivat? Qua item ratione in Scripturis omnes universim homines, absque ulla exceptione, ad poenitentiam et vitam aeternam invitat ? Aut quo jure de non praedestinatis conqueritur, quod non ut oportet vivant, suamque salutem negligant ?

Profecto, si quod impugnamus, verum est, *fictiones* potius et *irrisiones,* comparatione eorum qui vitam aeternam non consequuntur, viderentur istac invitationes atque objurgationes quae ex persona Dei factae in Scripturis Sacris continentur, quam veri animi *significationes';* quod tamen assertum non solum esse indignum divina bonitate et majestate, sed etiam blasphemia plenum.

Nec umquam adversarii adducta Scripturae loca juxta suam sententiam poterunt exponere, nisi eis maximam vim aperte inferre velint. Cum tamen locus ille Pauli ad Rom. 9., cui potissimum innituntur, nulla vi verbis illata, exponendus sit longe aliter ac ipsi volunt, ut disp. 3. commodius ostendemus.

Denique, praeterquam quod iiaec sententia occasionem praebet hominibus despondendi animo, ne dicam desperandi, segnius operandi, obtendendi excusationes atque sentiendi de Deo, non ut oportet, in bonitate; atque ea de causa minus hominum animos erga, creatorem diligendum ac colendum excitare videatur; certe non video quanam ratione patentissima libertas arbitrii nostri, quam experimur, quaeque tam aperte in Scripturis Sanctis traditur, cum divina praedestinatione ita explicata cohaerere valeat.

Nec miror Cajetanum. hanc sententiam secutum, ingenue in cap. nonum Epistolae ad Romanos fateri se nescire conciliare arbitrii nostri libertatem cum divina praedestinatione ita intellecta; licet ïam praedestinationem quam arbitrii libertatem se firma fide tenere asseveret. »

Hucusque Molina ad litteram in 1. edit, suae *Concordiae.*

mines salvos fieri, si per ipsos non steterit. Imo vero, esto hi duo Patres in eam sententiam inclinassent, salva eorum reverentia, quae illis debetur maxima, quoad illud secundum admittenda non esset.

Neque enim miror Cajetanum hanc sententiam secutum.... Hoc autem omnia multo magis vim habent, si praedestinatio facta affirmetur per auxilia ex se efficacia aut per praefinitiones ad omnes actus non malos per concursum Dei ex se efficacem, ut ex se patet. »

Hucusque Molina ; cetera possunt legi in edit. Paris.

CAPUT TERTIUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Primum principium Concordiae : Concursus Siniidtaneiis.

I

PRAENOTANDA

Phimo : Molina recedit a doctrina S. Augustini et I). Thomae. — Itaque per totam suam *Concordiam,* ut jam ex antecedenti capite patet, Molina conatui· doctrinam Sanctorum Doctorum Thomae et Augustini obscurare ac rejicere. In prima enim editione sui libri aperte latetur se impugnare sententiam D. Thomae, «piae est eadem ac sententia S. Augustini ac communis Scholasticorum doctrina, circa praedestinationem electorum et circa efficaciam divinae motionis tam in ordine naturali quam supernatural!. Etsi autem in posterioribus *Concordiae* editionibus ita aperte contra D. Thomam et S. Augustinum jam vereatur loqui, in re tamen nihil immutavit; sed doctrinam SS. Doctorum eodem prorsus modo rejicit et audet irreverenter dijudicare. Asserit namque S. Augustinum in hac materia de praedestinatione et de gratia non clare vidisse, sed totum negotium tractasse « quasi sub caligine » : et « suspicatur Augustinum et D. Thomam, qui Augustini vestigia est secutus,... non advertisse, quantum ad auferendam duritiem doctrinae » conduceret scientia media et reliqua suae *Concordiae* principia. Et non dubitat adjicere : « Immo vero, esto hi duo Patres

Augustinus el Thomas) in eam sententiam inclinassent, salva eorum reverentia, quae illis debetur maxima, quoad illud secundum admittendam non esse. » (q. 23. a. 'j. el 5.) disp. 1. memb. (›.

Secundo : Testimonium cardinalis Baronii. Apte ad rem cardinalis Baronius : « Ttintummodo de libris Molinae remanet controversia. Legi eos, sed non sine stomacho, cum in illis nihil potentius agere praeseferat, quam Sancto Augustino adversari (licet Sanctum numquam nominet), cumque oscitantiae redarguere, seque illo in iis disputationibus vigilantiorem acutioremque jactare. Quis posset eum talia loquentem absque nausea tolerare ? Licet ut anguis effugiat et e manibus elabatur, ut, etsi temerarium quis inveniat, haud facile possi! haeresi convincere et suggillare. Non hujusmodi commentatoribus indiget Ecclesia Dei. quae puritate, candore, nitore delectari tantummodo consuevit, ipsa non habens maculam neque rugam. Legi, inquam, eum : et ad quinquaginta el amplius notavi positiones, verba, phrases, quas vel saltem allines esse erroribus Pelagianorum sive Semipelagianorum (licet ipse cautius intra catholicae iidei limites, vel protestando saltem, se contineat) nemo puto, qui absque privato affectu illa perlegerit, negavit omnino. Quid Ecclesia Dei indiget hujus Molinae libris, ut discal, quae a tot Sanctis Patribus. Conciliis atque Decretis jam ante lot saecula didicit et docuit? » 1.

1 *Venerab. Cardinalis Caesaris* Baronii *epistolae el opuscula,* Tom. II. Romae 1759. Epistola 163. Caesaris Card. Baronii ad Petrum de Villars, archiepiscopum Viennensem. — Ut autem appareat, quid circa librum *Concordiae* cogitaverint alii etiam viri prudentes ac gravissimi, transcribam hic epistolam milii a P. Ludovico Alonso Getino, in S. Stephani Salmanticensi Conventu Sacrae Theologiae professore, missam, in qua de manuscripto, in Bibliotheca Salmantinae Universitatis asservato, fit sermo, atque in hujusmodi documento contenta quaedam ad litteram indicantur. Praedictae autem epistolae tenor sic se habet :

« Convento de S. Esteban de Salamanca y Noviembre.i. de 1903. R. P. Fr. K del Prado. »

Tertio : Testimonium Bellarniini. — Bellarnimus ipse sir de Molinae *Concordia* loquitur ac dijudicat : « Circa librum Molinae de *Concordia* primo N. (.ipse Bellarminusl admonuit

‹ Muy querido P. : Para que V. se approveche, le mando nota de un manuscrito, hermoso y bien cuidado. que existe en la sala de Mss. de esta I niversidad. en el *Estante* 2°, cajon 1°, ir› 18. — Consta de 576 paginas in folio medio, y se reduce â un estudio prolijo, hecho por orden de Clemente VIII. por varios obispos y teôlogos (ninguno dominico) sobre la *Concordia* de Molina, que piden se condene. Le copiare el principio y la peticion de condenacion cou las firmas. »

‹ Adsit Spiritus Sancti gratia. Die 2. mensis Januarii, anno salutis 1598, coram Sinis et Reverendl»·8 Domnis, Dno Ludovico Madrutio, Dno Pompejo Arigonio, S. R. E. Cardinalibus et Generalibus Inquisitoribus totius Ecclesiae Catholicae eollectis Rmis Domllis Dno Propertio Resta de Falleacotio Episc. Geruntinensi et Cariasensi : Dno Fr. Julio Santutio a Monteflilordrono. Episc. Agathensi ; D. Lelio Lano Suerzano, Episc. Meridonensi ; et Rev*i's Patribus S. Theologiae doctoribus. Er. Enrico, Vicario Apostolico. Ord. Carmelitarum ; Francisco Brussio, Procur. General. Ordinis S. Francisci ; Fr. Joann. Baptista, Pluvino, Procur. General. Ordinis S. Augustini; Fr. Gregorio Nunnio Coronei ejusdem Ordinis et Instituti Professor, et D. Ludovico de Creil. Dont. Sorbonieo Parisiensi ; in quorum numero, postea, absentibus Patribus Magistris Vic. Apost. Ordinis: Carmel, et Procurat. General. Ord. S. Francisci supra nominatis, cooptati fuerunt A. R. P. Dr. Joannes Antonius Boeesius, Magister et Regens Collegii Romani Carmelitarum et Dominus Jacobus Lebossu,. Doct. Sorbonicus Parisiensis et Ordinis S. Benedicti, professor u quibus omnibus Sanctissimus Dominus addidit Reverendl" Doni"l Fr. Hyppolitum Lucen., Episcop. Montispelussii ; — ad Omnipotentis· Dei gloriam, in nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, limus Dom"ll» card. Madrutius exponit mandatum Sanetmi Domn› Clementis Papae VIII. esse, ut omnes illi, qua maxime fieri possit diligentia, legerent librum, qui inscribitur : *Concordia Uberi arbitrii eunt gratiae donis,* compositum a Ludovico Molina;. S. J. et illius doctrina, non contentionis studio, sed potius indagandae veritatis ardore attentis animis considerarent; et quidquid in illum censura dignum repererint. quod vel a veritate catholica omnino aberraret, vel a puritate doctrinae tam in S. Oecum. Conciliis traditae ac definitae, quam a priscis Patribus aut ab universa Theologorum schola edoctae, alienum et devium esse viderint, aut quoquo modo scandalum et offensionem posset praebere : id, omni posthabito odio vel amore, in futuris Congregationibus fideliter· referren i.

P. Generalem, antequam lis ulla exoriretur, esse in Mulina inultas propositiones male sonantes, et scriptas illi exhibuit: casque P. Generalis misit in Hispaniam: et inde secula

Cui mandato cum omnes responderent sese paratos esse promptis ■animis obtemperare, habita de hoc negotio matura consultatione, e re proposita fore .judicarunt, ut primum inspicerent praefato auctori propositus fuerit scopus, quae ratio eum ad scribendum de liberi arbitrii concordia eunt gratiae donis compulerit; facile enim et aeque quisque judicium ferre poterit de illius doctrina, cujus in scribendo mentem exploraverit et perspexerit. Cum igitur de haere 1., 2. et 3. Congregatione ex ipsiusmet operis constiterit non aliud auctoris consilium, quam (quod nondum explicata penitus et abunde reddita ratio integra conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione) novam quandam concordiam a se primum excogitatam tradere. Hanc ille ex quatuor potissimum principiis deducit, quae apud se usque adeo certa sunt, ut non dubitaverit asserere, si ea data explanataque fuissent semper, quod neque pelagiana haeresis fuisset exorta, neque lutherana... »

« Despues hay 370 paginas de diserlaciones teologieas desfavorabilisimas â Molina. En la pagina 372 se Ice :

« Salvo semper Sanctissimae Sedis Apostolicae judicio, cui universa haec a nobis scripta, et quoquomodo asserta, religiose submittimus, censemus ut liber, qui inscribitur *Concordia liberi arbitrii cum gratia donis a Ludovico Molina,* et *ejusdem doctrina omnino prohibeatur.* Atque idem censemus de *Commentariis* ejus in I. Part. D. Thomae, quousque saltem a viris ad hoc munus deputatis expurgetur a novis opinionibus, quae veterum theologorum, potissimum vero Sancti Thomae et Patrum doctrinae adversari, videbuntur. »

‹ In quorum fldem subscripsimus. — Ego Fr. Propertius Resta Episc. Cariant*» et Geruntin. — Ego Fr. Julius Santucius, Episc. Agathens. — Ego Celius Landus, Episc. Nerinotens. — Ego Fr. Gregorius Nunnius Coronel, Eremit. S. August. — Ego Fr. Hyppolitus I.ucen, Episc. Montis Pelussii. — Ego Fr. Jacobus de Bussa, Benedict. Sorbon. Magister. — Ego Ludovicus de Creil, Sorbonac Doctor. »

‹ Desde la pâgina 363 à 578 hay una serie de proposiciones contrarias â S. Agustin y à Sto. Tomas, tomadas de Molina.

‹ Estas actas, si no son conocidas, deben publicarse, al menus *en* ‹l *rtracto.* Ademas de immenso valor critico, creo que el teolôgico es un sabio anâlisis de la Concordia.

Su menor y af***0 hermano Fray Lits Alonso Getino. »

Hujus documenti originale exemplar exstat Romae in Angelica \ugustiniensium Bibliotheca. Illius mentionem facit atque fragmenta

est nova editio Patris Molinae, in qua propositiones illas mollire conatur, et dicit se disputative, non assertive, locutum. » Hactenus Bellarminus 1.

Quaiito : Molina dixit, sed non fecit. Hc quidem vera Molina promisit legentibus suam *Concordiam* jacere fundamentum doctrinae ac quaestionum D. Thomae, et supra hanc petram aedificaro; Molina decrevit D. Thomam veluti solem ac Theologiae principem sequi. Promisit quidem, sed non adimplevit. Aliquando Angelicum Doctorem labiis dumtaxat honorat, sed mens Molinae longe est a Theologiae Principe. Nec *Summae Theologicae* lumen illuxit Molinae : nec sol Philosophiae Christianae ipsius *Concordiam* illuminai. Molina doctrinam D. Thomae non tenuit : immo doctrinam I). Thomae impugnavit, Atque Leo XIII. in sua Encyclica *Aeterni Patris* scripsit : « His vero Pontificum Maximorum de Thoma Aquinate judiciis veluti cumulus Innocentii VL testimonium accedat : Hujus (Thomae) doctrina prae ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut numquam, qui eam tenuerint, inveniantur a veritatis tramite deviasse: e! qui eam impugnaverit, semper fuerit, de veritate suspectus. »

Quinto : Judicium de Concordia Molinae. — Concordabitne *Concordia* Molinae cum recta ratione, cum sana ac Christiana philosophia? Alii judicent 2: et nos etiam, quamvis

transcripsit Serry *Historiae Congreg.* liti. cap. 2. Atque in appendice apponit *Indiculum* locorum omnium Ludovici Molinae, quae ad quatuor ejusdem *Concordiae* principia revocata fuere, et in primo causae hujus examine expensa damnataque sunt. a Gregorio Coronei, Congreg. Secretario, digestum.

1 Die Selbstbiographie des Kardinals Bellarmin, lateinisch und deutsch mit geschichtlichen Erliiuterungen herausgegeben von Joh. Jos. Ign. von Dollinger und Er. Heinrich Reusch. Bonn, 1887. — Venerabilis Roberti Bellarmini S. R. E. Cardinalis vita, quam ipsemet scripsit anno aetatis suae 71. Appendix pag. 45.

- Vide etiam in Append, *censuram,* quam de libro *Concordiae* ex mandato P. Provincialis Provinciae Hispaniae scripserunt 4. Octoh.

ab omni nota theologica, ut oportet, abstinebimus, judicium tamen proferre intendimus. Atque ut ordinate procedamus, quatuor principia *Concordiae* seorsum ad examen vocabimus :

1° De concursu simultanée':
2° De gratia actuali qualis a Molina traditur;
3° De scientia media inter naturalem et liberam :
4° De praedestinatione.

11

CONCLUSIO 1.

Concursus generalis, quem Molina propugnat in sua Concordia, non concordat cum recta ratione nec cum Christiana philosophia ; etenim aufert a Deo :

a) Rationem primi entis;
b) Rationem primi actus ;
c) Rationem primi motoris ;
d) Rationem primae causae ;
e) Rationem providentiae circa actus liberos creaturae ;
/') Certitudinem divinae scientiae circa futura libera ;
<)) Rationem primi auctoris virtutis sive boni moralis.

Aufert a Deo rationem primi entis. — Omne namque quod habet rationem entis, oportet ut procedat semper a Deo : et a Deo immediate immediatione virtutis. A Deo quidem, quoniam, ut a radice declarat D. Thomas 1. q. 44. a. 1. : « Necesse est dicere omne ens, quod quocumque modo esi. a Deo esse. «Immediate immediatione virtutis; quia, docente ipso D. Thoma I. q. 36. a. 3. ad 4. : « Quanto suppositum est prius in agendo, tanto virtus ejus est imme-

au. 1594 octo iheologi dominicani. inter quos recensetur nomen Dominici Bafiez.

dialior effectui ; quia virtus causae primae conjungit causam secundam suo effectui. »

Determinatio autem liberae voluntatis ad unum est aliquid, el aliquid nobilissimum ac excellens. Transitus omnium secundarum causarum de potentia in actum, aliquid abs dubio est perfectionis atque entitatis. Ac praecipue transitus liberi arbitrii creati de posse libere agere ad *libere agendum,* secum fert permagnam entitatis perfectionem, nempe dominium, quod creatura rationalis habet el habendo exercet supra suas proprias operationes.

Atqui juxta concursum simultaneum Molinae, Deus non influit in ipsas causas secundas, sed in earum effectus; Deus non influit in ipsam potentiam liberi arbitrii, nec sua divina motione complet virtutem ipsam liberae voluntatis determinando illam ad wnum;Deus exspectat, non causal, transitum liberae voluntatis de potentia in actum.

Ex doctrina igitur Molinae circa divinum influxum in creaturis licet inferre : 1" quod Deus non est primum ens seu ens per essentiam, cum a Deo non procedat immediate immediatae virtutis determinatio liberae voluntatis ad operandum; 2° quod determinatio libdrae voluntatis ad operandum non est ens per participationem : nam « omne quod est per participationem, causatur ab eo quod est per essentiam : sicut omne ignitum causatur ab igne ». (I. q. 44. a. 1. et q. Gl. a. 1.)

Aufert a Deo rationem primi actus. — Sicut solus Deus est ens per suam essentiam ex eo, quod [Deus solus est suum esse, ita solus Deus est actus purus, quoniam in solo Deo sua substantia est suum esse et suum agere. Actio enim est proprie actualitas virtutis, sicut esse esi actualitas substantiae vel essentiae. Unde si aliquid invenitur in aliquo per participationem, necesse est quod causetur in ipso ah eo, cui essentialiter convenit ; sicut ferrum fit ignitum ab igne. (I. q. 54. a. 1. et 2.)

.Jam vero, juxta Molinam Deus suo influxu nec influit in potentias operatives creaturarum nec per ipsas potentias

inlluil ad producendam ipsam actionem ; sed tantum operatur simul cum causis secundis ad producendum terminum actionis. Tria enim in operationibus rerum creatarum oportet distinguere, se. : 1° virtutem seu potentiam operativam ; 2" actionem, cujus principium est potentia : 3° effectum, qui est terminus actionis; sive actio sit transiens sive sit immanens. In Beo potentia est ipsa actio, quae est ipsamel divina essentia ; terminus autem divinae actionis ad extra distinguitur ab actione. Unde in Deo salvatur ratio potentiae quantum ad hoc quod est principium *effectus;* non autem quantum ad hoc quod est principium *actionis.* In creatura autem potentia est principium actionis, et per actionem principium effectus: unde aliud est potentia et aliud actio et aliud terminus actionis. (I. q. 25. a. 1. ad 3.)

Molina vero in sua *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 29. ail. ı quod sicut concursus Dei generalis cum causa agente per *actionem transeuntem,* ut eum igne producente calorem in aquam, non est influxus Dei in ignem, sed in aquam, in quam recipitur effectus a Deo et ab igne simul productus : ita concursus generalis Dei cum causa operante per *actionem icnmanentem,* ut cum intellectu ad intellectionem et voluntate. ad appetitionem, non est influxus Dei in causam ea ratione qua agens esi. quasi eo prius mota et excitata agat; sed cum causa... ea ratione qua patiens est atque in se suscipit effectum ab eadem causa atque a Deo partiali influxu ntriusque simul productum ».

Nulla ergo actio creaturae producitur influxu Dei in quantum est actio, in quantum egreditur a potentia operative. Deus, juxta Molinam, non influit in causam, non influit in virtutem creaturae, non influit in creaturae influxum. Deus non agit in ignem calefacientem aquam, sed in aquam, in quam recipitur effectus calefactionis a Deo et ab igne productus. Deus non influit in intellectum nec in voluntatem ut in causam, ut in virtutem intelligendi et volendi; Deus non agit in intellectum ea ratione qua intellectus *agens* est. nec in voluntatem ea ratione qua voluntas *agens* est. Sed lanium agit cum intellectu et cum voluntate ea ratione qua

intellectus el voluntas patiuntur et recipiunt in se effectum, qui est *terminus* productus et actione Dei et actione voluntatis, id est. a voluntate atque a Deo partiali influxu utriusque.

Cum igitur a Deo non procedant immediate immediatione virtutis actiones tam immanentes quam transeuntes creaturarum, in quantum *actiones* sunt et in quantum a potentia operativa tamquam a suo principio immediato egredientes, inferre licet : 1° quod Deus non est actus per essentiam, cum ab ipso non fiant *actiones* per participationem ; 2° quod actiones creaturarum non sunt actus per participationem, cum non causentur ab eo, qui est actus per essentiam.

Aufert a Deo rationem primi motoris. — Juxta Molinae doctrinam traditam in libro *Concordiae* (q. 14. a. 13. disp. 26. et 29.) : 1° Creaturae non indigent moveri et applicari ad operandum : 2° virtus creata non transit de statu potentialitatis ad actuale exercitium: 3" nulla datur indifferentia passiva seu privativa actus in potentia liberi arbitrii creati, nec activitas creata est mixtio quaedam potentiae et actus: 4" res cunctae creatae, dum agunt, a Deo non aguntur: dum movent, a Deo non moventur : dum exercent suas operationes, non complentur in sua propria causalitate per virtutem causae primae.

Non est ideo Deus illud primum movens,de quo D. Thomas *De Verit.* q. 22. a. 4. : « Hoc autem ad divinam dignitatem pertinet, ut omnia moveat et inclinet et dirigat, ipse a nullo alio motus vel inclinatus vel directus. » Et 1. q. 18. a. 4. ad 1. : « Et hoc modo intelligendum est verbum Apostoli dicentis : *In Ipso vivimus, movemur et sumus:* quia etiam nostrum vivere et nostrum esse et nostrum moveri causantur a Deo. »

Aufert a Deo rationem primae causae. — 1° Quia ex dictis concursus simultaneus removet a Deo rationem primi entis, primi actus et primi motoris : quibus sublatis ratio primae causae aufertur.

2° Quia est contra rationem primae causae concurrere cum

«■ausis secundis ad modum agentis paralleli, incompleti ac partialis : « partiali influxu », « non secus ac cum duo trahunt navem ». *(Concord,* q. 14. disp. 26. et 29.)

3° Quia de ratione causae primae esi complere... virtutem et causalitatem ipsarum secundarum causarum, operando omnia, quae operantur causae secundae, et operando quaedam, quae secundae causae non operantur. Unde D. Thomas *De Pot.* q. 3. a. 7. ad 3. : « In operatione, qua Deus operatur movendo naturam, non operatur natura ; sed ipsa naturae operatio est etiam operatio virtutis divinae, sicut operatio instrumenti est per virtutem agentis principalis. »

4® Quia de ratione primae causae est efficere : *a)* totam entitatem causae secundae: *b)* integram ipsius operativam virtutem : *c)* inchoationem ipsius operationis : *d)* ipsam operationem: *e)* ipsius operationis terminum, qui est effectus. Per respectum ad causam primam omnia in secundis causis habent rationem effectus, etiam ipsa virtus agendi, ipse actus causandi, ipsa egressio actionis ab activa virtute et conjunctio virtutis operativae cum suo proprio effectu atque operatione. D. Thomas *Compend. Theol.* cap. 131. : « Oportet igitur, quod Deus cuilibet agenti adsit interius quasi in ipso agens, dum ipsum ad agendum movet. Non .solum agere agentium secundorum causatur a Deo. sed ipsum eorum esse. » Et *II. Sent.* dist. 37. q. 2. a. 2. : « Quidquid est in actu... de ratione actus et entis et boni, totum hoc a primo agente, sc. Deo procedit mediante voluntate. »

Aufert a Deo rationem providentiae circa actus liberos. — Ejusdem rationis est habere providentiam de rebus ac. res ipsas causare. Idcirco fundamentum doctrinale pro Dei providentia statuenda id ipsum est, supra quod stabilitur veritas creationis ac conservationis rerum. Quapropter I). Thomas I. q. 22. a. 1. : « Necesse est ponere providentiam in Deo. Omne enim bonum, quod est in rebus, a Deo creatum est... Hoc igitur bonum ordinis in rebus creatis «■xistens a Deo creatum est. » Et postea a. 2. ad 4. : « Sed quia ipse actus liberi arbitrii reducitur in Deum sicut in

causam, necesse est ut ea. quae ex libero arbitrio fiunt, divinae providentiae subdantur. »

Nunc ergo, Patente Molina, actio Dei non se extendit : 1° ad potentiam liberi arbitrii, ut influat in ipsam vetuli in causam « ea ratione qua agens est, quasi eo prius mota et excitata agat » (disp. 29.); 2° ad determinationem, qua libera voluntas creata se inflectit et determinat ad consensum : quoniam Deus exspectat, non causai hujusmodi determinationem ; 3° nec ad ipsos actus liberos « ea ex parte qua libere quidem, sed partialiter, partialitate causae... ab ipso [homine] emanarunt » (q. 14. disp. 12.); 4“ nec ad usum, quo liberum hominis arbitrium utitur concursu Dei generali, qui « indifferens est ad bonas et ad malas actiones » (disp. 32. et 33.) ; 5° nec ad assensum voluntatis ; quia « a nostro intluxu habet, quod sil *assensus* potius quam *dissensus* » ; 6° nec ad opus virtutis : quoniam « per arbitrii facultatem (homines et angeli) generalem Dei concursum non solum ad proprias voluntatis actiones determinent... vel omnino actionem continent; vel illum determinent ad volitionem potius quam ad nolitionem ejusdem objecti ; aut e contrario, et ad volitionem aut nolitionem unius potius objecti quam alterius; atque adeo illum determinent, ut opus sit potius virtutis quam vitii; aut e contrario, prout, qui ea facultate sunt praediti, maluerint; ea quippe ratione dicitur esse in eis libertas, tum ad exercitium Ium etiam ad speciem actus ›. (q. 14. disp. 33.)

Ergo actus liberi arbitrii, ex parte qua sunt *liberi,* qua sunt *assensus,* qua sunt *boni,* qua *determinant* ipsius Dei generalem concursum, non reducuntur in Deum sicut in causam.

Ergo ea, quae ex libero arbitrio hunt, divinae providentiae non subduntur. Quod quidem etiam ex supradictis aperte liquet; sublata namque ratione primae causae efficientis, tollitur quoque ratio divinae providentiae.

De Molina, sicut de Tullio, potest dici illud S. Augustini : « Dum vult homines facere liberos, fecit sacrilegos. » *(V. De Civit. Dei* cap. 9.)

Aufert a Deo certitudinem divinae scientiae circa fatura contingentia. — Futura namque contingentia certo non possunt cognosci in causis suis tantum; ideo futura libera, quae et contingentia sunt, cognosci nequeunt certitudinaliter in potentia liberi arbitrii creati ; quoniam ibi sunt ut lutura et ut contingentia nondum determinata ad unum. Unde D. Thomas 1. q. 14. a. 13. : « Quicumque cognoscit effectum contingentem in sua causa tantum, non habet de eo nisi conjecturalem cognitionem. » Et postea concludit : «Contingentia infallibiliter a Deo cognoscuntur, in quantum subduntur divino conspectui secundum suam praesentialitalem ; et tamen sunt futura contingentia, suis causis proximis comparata. »

Haec autem futura contingentia in tantum sunt in praesentia Dei in speculo suae aeternitatis, in quantum Deus ea vult facere; in quantum subjacent decreto divinae voluntatis: in quantum continentur in divina essentia sicut in causa non modo exemplari, verum quoque efficienti ; in quantum a Deo ipso causantur. Ita I). Thomas Coloss. 1. lect. 4. : « Deus enim non alio se cognoscit et creaturam, sed omnia in sua essentia sicut in prima causa effectiva. » Et Job. 12. lect. 2. : « Haec autem Deum cognoscere ostendit per hoc, quod in cordibus hominum operatur; et sic occulta cordium quasi suos effectus cognoscit. » Et 1. q. 57. a. 2. : « Secundum quod causal, sic et cognoscit: quia scientia ejus est causa rei, ut ostensum est q. 14. a. 8. » Et ibid. a. 4. : EI. ideo scit certo et infallibiliter cogitationes futuras cordium. « quia voluntas creaturae rationalis soli Deo subjacet, et ipse solus in eam operari potest ». *.

At juxta Molinam Deus per suum concursum generalem non operatur in voluntatem : non efficit determinationem liberi arbitrii ad operandum ; non causal assensum et electionem humanae voluntatis. Atque, ut supra dictum manet, actus liberi ex parte, qua sunt liberi et boni et determinantes generalem Dei concursum, nec Deo subjacent nec in Deum

' Vide *Pari. Secund.* cap. 9.

tamquam in causam reducuntur. .lam vero, ipse Molina q. 14. a. 13. disp. 49. ail : « Credidisse ex solo capite praesentiae rerum secundum esse existentiae Deum cognoscere certo futura contingentia : ...id dignitati divinae scientiae derogaret, immo periculosum esset in fide, ne aliquid amplius dicam. - Ergo necesse est assurgere ad *caput* etiam *idearum :* at ex xoZo *isto capite* res non habent quod sint *futurae.*

Ergo, concludit Molina : « Deus non ex solo capite, quod res existant extra suas causas in aeternitate, cognoscit certo lutura contingentia: sed ex altitudine suae scientiae, prius nostro modo intelligendi, cum fundamento tamen in re. quam quidquam statueret, comprehendit in seipso omnia, quae contingenter aut mere libere, per causas omnes secundas ex sua omnipotentia possibiles, essent futura, ex hypothesi. quod hos vel illos rerum ordines cum his vel illis circumstantiis vellet statuere. » (ibid. disp. 49.)

Plane itaque constat concursum simultaneum Molinae auferre a Deo certitudinem divinae scientiae circa futura contingentia : et ad salvandam certam futurorum contingentium cognitionem introducta est *scientia media,* supra quam Molina aedificavit suam *Concordiam.* Utrum vero aedificaverit domum suam supra firmam petram vel supra arenam, dicetur mox infra cap. 5.

Aufert a Deo rationem auctoris virtutis seu boni moralis. — 1° Quia in theoria concursus simullunei inchoatio sive initium boni desiderii et boni operis est *ex nobis;* nam influxus Dei non est in potentiam liberae voluntatis sicut in causam « ea ratione qua [voluntas] agens est, quasi eo prius mota et excitata agat ». *(Concord,* q. 14. disp. 29.)

2° Quia fatente etiam Molina : *a)* « concursus Dei generalis indifferens est ad bonas et malas actiones » ; *b)* « actiones liberi arbitrii a concursu generali Dei non habent quod sint tales vel tales in particulari, ac proinde neque quod sint *studiosae* vel *vitiosae,* sed ab ipsomet libero arbitrio ». (disp. 32.)

3" Quoniam asserente ipso Molina : *a)* a nostro libero mfluxu provenit divino influxu bene uti operaque elicere moraliter bona: *b)* « sane, quod bene aut male ea opera exerceamus, quae per solam arbitrii nostri facultatem et concursum Dei generalem possumus efficere, in nos ipsos tamquam in causam particularem ac liberam, et non in Deum, est referendum ». (q. 14. a. 13. disp. 33.)

4® Quia Molina non tantummodo affirmat, et nos per nostrum arbitrium *uti* divino influxu et hunc bonum divini influxus usum esse a nobis quasi ex nobis, et in nos referendum iri et non in Deum ; verum etiam non timuit scribere : « Non igitur Deus causa est virtutis nbstrae, sed propositum nostrum et voluntas. »

Et adhuc ausus est adjungere : « Hoc est, quod tum alii Patres docent, tum Justinus Martyr... » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 33.)

HI

CONCLUSIO 2.

Concursus generalis, quem Molina tradit in sua Concordia, non concordat cum recta ratione nec cum sana philosophia ; quoniam :

«) Non servat subordinationem causarum secundarum sub causa prima ;

Λ) Subtrahit ipsum causarum secundarum ordinem, qui est ordo causarum instrumentalium Dei;

C) Laedit ipsum liberum arbitrium creatum;

d) Destruit ordinem moralem ;

e) Inducit ad occasionalismum ;

f) Claudit viam ad existentiam Dei demonstrandam.

Non servat subordiiiationein causarum secundarum sub causa prima, qui est Deus. — 1° Ex supradictis apparet. Etenim si concursus Molinae removet a Deo rationem primi

entis, primi actus, primi motoris ac primae causae efficientis, eo ipso corruit subordinatio causarum creatarum ad Deum.

2“ Quia subordinatio causae secundae ad causam primam, qui est Deus, secum fert necessario : *a)* quod « quanto agens est posterius, tanto magis sit proximum et immediatum ad actionem et ad id, quod per actionem educitur »; *b)* quod « si causae agentes ordinatae considerentur quantum ad virtutem, quae est principium operationis, quanto causa est magis prima, tanto est magis immediata, eo quod agens secundum non agit nisi in quantum est motum a primo, et secundum quod virtus primi est in ipso « : *c)* quod « semper resolvatur virtus ultimi agentis in virtutem agentis primi » ; *d)* « et inde est, quod quia Deus est agens primum, ipse immediatius se habet secundum virtutem suam ad quamlibet operationem naturae quam aliquod agens naturale ». Ita D. Thomas *I. Sent.* dist. 12. q. 1. a. 3. ad 4.

Jam vero juxta Molinam : *n)* Causa creata, quae est posterior, non est magis immediata immediatione suppositi ad actionem et ad id. quod per actionem educitur, quam Deus, qui est causa superior; quoniam Deus agit non per causam creatam intermediam, sed concurrens cum illa, a latere, et immediate etiam immediatione suppositi : *b)* causa superior, qui est Deus, non est magis immediata immediatione virtutis ad actionem et ad id, quod per actionem educitur, quam causa inferior, quae est creatura: *c)* nec causa secunda agit prius mota a causa prima, nec virtus causae primae recipitur in virtute causae secundae: *d)* et inde est, quod nec Deus se habet immediatius secundum virtutem ad operationem causae creatae, nec virtus causae creatae resolvitur in virtutem agentis primi, qui est Deus.

3° Quoniam ad subordinationem causarum secundarum servandum requiritur, quod « virtus superioris est quasi medium, per quod operans suae operationi conjungitur (D. Thomas *I. Sent,* ibid.) Quod declaratur ab ipso Angelico Doctore sic ibid. dist. 37. q. 1. a. 1. ad 4. his verbis : « Respectu ejusdem operationis non potest esse duplex causa

proxima eodem modo, sed diversimode, potest. Quod sic patet. Operatio reducitur sicut in principium in duo : in ipsum agentem, et in virtutem agentis, qua mediante exit operatio ab agente. Quanto autem agens est magis proximum et immediatum, tanto virtus ejus est *mediata ;* et primi agentis virtus est *immediatissima.* Quod sic patet in terminis. Sint A B C tres causae ordinatae, ita quod ('. sit ultima, quae exercet operationem. Constat tunc, quod C exercet operationem per virtutem suam ; et quod per virtutem suam hoc possit, hoc est per virtutem B, et ulterius per virtutem A. Unde si quaeratur, quare C operatur, respondetur : *per virtutem suam.* Et quare per virtutem suam? *propter virtutem B;* et sic quousque reducatur in virtutem causae primae, in quam docet Philosophus quaestiones resolvere. *(II. Post. Anal,* et *II. Phys.)* Et ita patet, quod cum Deus sit prima causa omnium, sua virtus est immediatissima omnibus. Sed quia ipsemet est sua virtus, ideo'non tantum est immediatum principium operationis in omnibus, sed immediate in omnibus operans : quod in aliis causis non contingit, quamvis singulae res proprias operationes habeant, quibus producunt, suos effectus. »

Hanc quidem mirabilem causarum omnium secundarum subordinationem conatus est demolire Molina suo *concursu simultaneo,* quo Deus et creatura sunt causae partiales, et virtus Dei et virtus creaturae partiales quoque: et creatura exercet operationem suam per suam virtutem, at non per virtutem Dei; et Deus per suam virtutem, sed non complens virtutem creaturae. Unde nec Deus immediate immediatione virtutis in omnibus operatur, nec sua virtus est immediatissima omnibus, nec virtus Dei est medium, per quod virtus creaturae operantis suae operationi conjungitur.

Subtrahit ipsum ordinem causarum secundarum. — 1° Quoniam absque subordinatione ad causam primam redditur impossibilis ipsemet causarum secundarum ordo.

2° Quoniam, asserente Molina : *a)* «. Deus per concursum generalem immediate influit in effectum causae secundae

tamquam pars causae»; *b)* « non influit in causam secundam »; *c)* « non prius causa secunda concurrit » : *d)* « concursus Dei generalis el concursus causae secundae a se mutuo pendent » ; *e)* « quippe recte sic licet colligere : datur influxus hujus causae secundae, ergo datur etiam concursus generalis primae causae. Non vero e contrario bene colliges : datur concursus generalis Dei. ergo datur etiam concursus hujus causae secundae ». *(Concord.* q. 14. disp. 26. et 30.) Ex quibus apparet, quod causa prima dependet a causa secunda : 1° mutuo, sicut causa secunda dependet a causa prima : 2° adhuc plus, quoniam ut « hi duo influxus mutuo ad invicem pendentes, ut in rerum natura existant ». magis dependet influxus Dei a creatura quam influxus creaturae a Deo.

3° Quia affirmante ipso Molina : *a)* « Deus neque majori nec alio concursu concurrit ad actum virtutis bonive moraliter. quam sit is, quo concurreret ad actum vitii malum moraliter ». *(Concord,* q. 14. disp. 33.) *b)* « Naturalis bonitas actus mali moraliter ac materialis peccati eatenus in Deum tamquam in naturae auctorem primamque rerum causam reducitur : *a)* quatenus contulit facultatem arbitrii, a qua emanat; *b)* et quatenus non denegat peccatori concursum suum generalem ad eam naturalem bonitatem necessarium. » (ibid. disp. 33.) Ex quibus habetur : *a)* Deus non influit in actum liberi arbitrii, ut est actus e potentia liberae voluntatis egrcdiens. /›) Deus adhuc ex ea parte, qua influit, sc. ex parte termini, ut quid receptum in ipsa potentia, a qua elicitur, occupat inferiorem locum el tenet debiliorem partem in agendo; nam Deus non causal actum liberi arbitrii nec in quantum *liberum* nec in quantum *bonum,* sicut non causal in quantum *malum.* Unde Molina, ut effugeret difficultatem provenientem ex divino concursu ad actum malum, in aliam haud minorem incidit, dum respondet Deum non causare actum bonum « neque majori neque alio concursu, quo concurrit ad actum vitii malum ». El denique, ut D. Thomas 77. *Sent.* dist. 37. q. 2. a. 2. ad quaestionem hanc reponit : « Quamvis per hanc responsionem evitaretur, quod liberum arbitrium| non esset primum simpliciter, non tamen

posset vitari quin esset primum agens, si ejus actio in aliquid prius agens non reduceretur sicut in causam. »

'i° Ordo causarum creatarum sub Deo causa prima, est ordo causarum instrumental!um sub principali agente. Unde exigit : ‹z) quod causa omnis creata moveatur et applicetur a Deo sicut instrumentum ab artifice; *b)* quod per banc divinam motionem compleatur in ratione causae efficientis, accipiendo novam aliam virtutem transeuntem supra virtutem propriam permanentem ; *c)* quod ideo virtus propria ipsius perficiatur et conjungatur per virtutem instrumentalem cum suo proprio effectu. Quod 1). Thomas inter alios infinitos locos, qui adduci poterant, tradit sic 1. q. 36. a. 3. ad 4. : « Sic igitur, in quantum ballivus est medius secundum ordinem suppositorum agentium, dicitur rex operari per ballivum : secundum ordinem vero virtutum dicitur ballivus operari per regem, quia virtus regis facit, quod actio ballivi consequatur effectum. » Et III. q. 72. a. 3. ad 2. : « Instrumentum virtutem instrumentalem acquirit dupliciter, sc. quando accipit formam instrumenti, et quando movetur a principali agente ad effectum. »

Molina autem suo concursu simultanée singula haec laboravit destruere; immo et causas instrumentales in principalem, et principalem quasi in secundariam el instrumentalem videtur mutasse. In theoria enim Molinae Deus non operatur per suas creaturas, sed eum suis creaturis: nec creaturae operantur per virtutem Dei. sed per propriam solam suam virtutem. Deus non utitur per suam motionem vel influxum suis creaturis; non determinat complendo, augendo, elevando, perficiendo suo proprio influxu influxum creaturarum; non conjungit virtutem permanentem creaturae cum suis propriis effectibus. Sed e contra creatura : *a)* utitur influxu Dei ; *b)* determinat active, addendo perfectionem, influxum Dei ; et *c)* conjungit virtutem Dei ad effectum suae propriae virtutis. Unde juxta Molinam virtus Dei habel a conjunctione eum virtute equi, quod producat equum: et a conjunctione cum virtute ignis, quod producat ignem; et a conjunctione eum influxu liberae voluntatis, quod producat *virtutem,*

honestatem, bonum morale; et non ‹· contra. *Concord.* q. 14. disp. 33. ait, quod liberum arbitrium creaturae utitur per suum influxum ipso divino influxu et « illum determinal, ut opus sit virtutis potius quam vitii ». Et disp. 33. : « A particularibus causis concursus illi universales Dei (cum equo, cum igne) habent, tamquam a causa efficiente, distinctionem illam specificam. » Et quod producatur equus aut ignis aut alia natura vel entitas, negat Molina « id provenire ex eo. quod Deus, quantum est ex se, diversimode influat cum igne et cum equo: provenit enim ex conjunctione influxus uniuscujusque illarum duarum causarum particularium in unam et eandem actionem numero et specie cum influxu Dei ».

Laedit liberum arbitrium creaturae rationalis. — 1" Quoniam libera creaturae rationalis voluntas se habet respectu Dei tamquam causa inslrumentalis sub principali agente. *HI. C. Gent.* cap. 147. : « Sub Deo, qui est primus intellectus et volens, ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta sub principali agente. » Et 1-11. q. 21. a. 4. ad 2. : « Homo sic movetur a Deo ul instrumentum, quod tamen non excluditur quin moveat seipsum per liberum arbitrium. » Unde, quia homo movetur a Deo ut instrumentum, impossibile est hominem quidquam agere absque praevia motione et applicatione ex parte Dei. Quia vero homo est instrumentum, in quo est principium talis motus liberi, non excluditur per physicam praemotiouem ratio libertatis, sed potius per illam completur et in actum reducitur. Causa enim inslrumentalis non operatur nisi prius mota et ad operandum applicata a causa principali.

At Molina in sua *Concord,* q. 14. disp. 26. ait : « Ejusmodi instrumenta... non indigent motione et applicatione superaddita a causis principalibus. » Et q. 23. a. 4. disp. 1. memb.7. « Determinatio tamen voluntatis... est ab ipsa voluntate pro sua innata libertate se libere applicante ac determinante ad consensum aut dissensum... et non a Deo. » Quod idem est ac si diceret : instrumentum non est causa inslrumentalis ;

nee causa principalis agit principaliter. Ant ergo voluntas creata non ordinatur sub voluntate Dei sicut instrumentum sub principali agente: aut indiget motione et applicatione superaddita a causa principali, qui est Deus, ut operetur. Concursus igitur simultaneus Molinae, removens a libero arbitrio creato motionem divinam receptam in ipsa virtute liberi arbitrii, removet complementum necessarium hujusce virtutis ad agendum, ac laedit consequenter ipsummol liberum arbitrium, quod intendit salvare.

2° Liberum arbitrium creatum ex eo. quod est virtus activa, potest libere agere ; *potest* determinare seipsum ad agendum. Attamen ex se non habet *actum* nec *actualem determinationem.* Quod D. Thomas tradit *III. C. Gent.* cap. 70. : « Virtus primi agentis invenitur immediata ad producendum effectum; nam virtus infimi agentis non habet quod producat hunc effectum ex se, sed ex virtute superioris proximi, et virtus illius ex virtute supcijoris : et sic virtus supremi agentis invenitur ex se productiva enectus, quasi causa immediata. » Quid ergo erit necessarium, ut liberum arbitrium *upat* el seipsum *artualiler determinet?* D. Thomas ipse respondet ibid. cap. 66. : « Complementum virtutis agentis secundi esi ex virtute agentis primi. » Et cap. G7. : « Omnis applicatio virtutis ad operationem est principaliter et primo a Deo. » Et *De Malo* q. 3. a. 2. ad 4. : A Deo movente habet liberum arbitrium « hoc ipsum quod seipsum movet : et sic non repugnat libertati, quod Deus est causa actus liberi arbitrii ». Concursus itaque simultaneus laedit liberum arbitrium creatum, cum per illum libera hominis voluntas nec applicetur ad operationem nec compleatur in sua propria agendi virtute.

3° D. Thomas *I. Sent.* dist. 47. q. 1. a. 1. ad 1. : « Voluntas Dei se habet ad utrumlibet, non per modum mutabilitatis, ut possit aliquid prius velle et postmodum nolle: sed potius per modum libertatis, quia actus voluntatis suae semper est in potestate ejus; et ideo ista duo sunt incompossibilia. ut prius velit aliquid et postmodum nolit. » Voluntas autem creata est ad utrumlibet utroque modo, videlicet per modum

mutabilitatis el per modum *libertatis*. Prima est indifferentia passiva seu potentialitatis, altera est indifferentia activa seu potestatis. Prima, quae est quid imperfectum, tollitur per praemotionem physicam : altera, quae est de essentia liberi arbitrii, augetur ac perficitur. Nam physica motio est *motus*[1] a solo Deo causatus in ipsa potentia liberae voluntatis: et hujusmodi motus conjungit *esse, virtualiter* ad utrumlibet per modum libertatis cum *esse actualiter;* est enim actus liberae voluntatis existentis in potentia prout in potentia. Atque ideo est complementum ipsius potentiae activae ac perfectio indifferentiae dominativae liberi arbitrii creati.

Molina igitur rejiciendo hanc applicationem, quam D. Thomas exigit in omnibus causis secundis, etiam liberis, el vocando « *commentitiam* » illam vim divinam, qua universa creatura agit ad esse ut instrumentum causae primae, revera deprimit ac laedit ipsummet liberum arbitrium.

4° *D. Thomas* I-II. q. 109. a. 1. : « Quanlumcumque natura aliqua, corporalis vel spiritualis, ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere nisi moveatur a Deo. »

J/oZina autem hanc profundam D. Thomae doctrinam * capere non valens, scripsit in sua *Concord,* q. 14. disp. 30. : « Liberum arbitrium agere, quin prius a Deo moveatur : neque concursum Dei generalem esse influxum in liberum arbitrium qua agens est. ut videlicet praeparetur ac potens liat ad operandum. »

5° Actus intellectus, ut cogitatio et intellectio, et actus voluntatis, ut electio et assensus, sunt actiones vitales prodeuntes ex ipsa potentia rationis et ex ipsa potentia voluntatis; undo actus liberi arbitrii, quod est facultas voluntatis d rationis, est actus vitalis. Sed actus vitalis hujus hominis singularis et individui, v. g. Petri, implicat ut producatur nisi mediante ipsa potentia liberi arbitrii ejusdem hominis

1 Vide *Part. Secund,* cap. 5.

- Vide *Part. Prim.* q. 1. a. 1. et 2., et *Part. Secund,* cap. 10. et Epilog.

Petri. Ergo nisi Deus suo influxu agat in ipsam potentiam 1-iberi arbitrii ut in causam et principium actus, actus liber non reducitur in Deum sicut in agens primum ; et aliunde, potentia liberi arbitrii, quantumcumque ponatur perfecta, non poterii in suum actum procedere.

Molina ergo tradit absurda et impossibilia, dum in sua *Concord,* q. 14. disp. 30. affirmat « concursum Dei generalem non esse influxum in liberum arbitrium qua agens est, ut videlicet praeparetur ac potens liat ad operandum : sed esse influxum eum libero arbitrio ea ex parte qua agens est, in idem ea ratione qua patiens est atque in se ipsum propriam operationem suscipit ». Quoniam si Deus non influit in liberum arbitrium ea ex parte qua agens est, voluntas non iit potens ad operandum, uec potest in suum actum procedere; et praeterea implicat propriam operationem liberi arbitrii effici, nisi efficiatur mediante ipso libero arbitrio agente. Si Deus non causai, actum liberum prout actus a potentia dimanat, nec causal ipsum prout in ipsa potentia suscipitur.

Tollit e medio ordinem moralem. 1" Quoniam ex antecedentibus concursus simullaneus Molinae laedit ac deprimit liberum arbitrium, sine quo non datur ordo actuum humanorum.

2® Quia Molina expresse tradit actus humanos qua *liberos,* qua *bonos* moraliler, non reduci in Deum sicut in causam efficientem : et sine Deo, a quo producantur immediate immediatione virtutis : *a)* hujusmodi actus humani nequeunt esse ordinati in Deum sicut in causam finalem ; *b)* nequeunt esse *actus* et esse *liberi* et esse *boni.* Ordo itaque moralis e medio tollitur per concursum simultaneum Molinae.

3° Molina conceptis verbis pronuntiat, quod « non igitur causa Deus est virtutis nostrae, sed nostrum propositum et voluntas ». Ordo autem moralis est ordo virtutis et ordo amoris. Ordo autem virtutis et amoris nullus est quem non aedificet, statuat ac confirmet Deus veritatis ac totius bonitatis, qui est Dominus virtutum.

4« Quia concursus simultaneus resolvitur in occasionalismum : unde tollitur ordo moralis et ordo socialis et politicus et omnis ratio meriti ac demeriti, ut D. Thomas ostendit *HI. ('. Gent.* cap. 69.

Inducit in Oeeasionalismuni. — Tripliciter potest inlelligi modus, quo Deus operatur in omni operante : *a)* ita quod nulla virtus creata aliquid operetur, sed solus Deus operetur omnia, in omnibus, non rebus creatis mediantibus, sed ipsarum rerum occasione: *b)* ita quod Deus operetur quidem in rebus, et rebus ipsis mediantibus ipsarum sic cause! effectus, ut res ipsae suam propriam operationem habeant, qua sub causa prima proprios etiam suos causent effectus: *c)* ita quod Deus operetur non *in* rebus, sed *cum* rebus; non influendo in potentias causarum secundarum, sed cum rausis secundis, partiali influxu, in ipsarum effectus.

Primus modus vocatur *occasionalismus,* alter *praemotio physica* juxta doctrinam i). Thomae, tertius vero *concursus simultaneus* Molinae.

•Juxta *Occasionalismuin* res creatae non .sunt causae, sed occasiones ; et Deus operatur omnia, quae Hunt, absque causis intermediis ; id est, operatur omnia immediate et immediatione virtutis et immediationc suppositi.

Juxta *D. Thomam* res creatae habent veram rationem causae, non quidem principalis, sed instrumenlalis per comparationem ad causam primam; el Deus operatur omnia, quae fiunt a causis secundis, per ipsasmet causas intermedias, id est, immediate immediatione virtutis, sed mediate. si considerentur supposita agentia.

Juxta *Molinam·* res creatae habent rationem causae; sed Deus operatur effectus causarum secundarum immediate tam immediatione virtutis quam immediatione suppositi. Unde in sua *Concord,* q. 14. disp. 26. : « Dicendum itaque est Deum immediate immediatione suppositi concurrere eum causis secundis ad earum operationes et effectus... Quo Iit, ut concursus Dei generalis non sit influxus Dei in causam secundam, quasi illa prius eo mola agat et producat suum

effectum, sed sit influxus immediate cum causa in illius actionem et effectum. »

Juxta *occasionalistas* res creatae nec agunt, nec moventur ad agendum, nec sunt causae ullo modo, nec determinant influxum Dei, neque a Deo per suum influxum determinantur. Juxta *D. Thomam* res creatae agunt et moventur ad agendum, et sunt causae totales in suo ordine, et determinantur a Deo per divinam motionem, et complentur in ratione causae efSeientis. Juxta *Molinam* res creatae agunt, sed non moventur ad agendum ; nec sunt causae totales, sed partiales; non determinantur a Deo per divinum influxum, sed e contra determinant influxum Dei tollendo divini influxus indifferentiam.

Occasionalismus velut quid absurdum rejiciendus est : !" quia sic subtraheretur ordo causae et causali a rebus creatis, quod pertinet ad impotentiam creantis. Ex virtute enim agentis est, quod suo effectui det virtutem agendi. 2" Quoniam si res creatae nihil operarentur, virtutes operalivae, qui in rebus manifesto apparent, frustra essent rebus attributae : et nec Deus nec natura aliquid faciunt frustra. ·'›" Quia *operari* sequitur *esse;* et res sunt propter suam operationem, quae est bonum ac perfectio ipsius rei creatae, sicut actus potentiae, forma materiae, existentia essentiae, ita operatio est complementum et actualitas virtutis operativae. 4° Quia subtraheretur ordo physicus et omnis cognitio scientiae naturalis, in qua praecipuae demonstrationes per effectus sequuntur. 5u Tolleretur quoque ordo moralis, ac perinde ordo politicus, el ratio meriti atque demeriti. *[II. C. Gent.* cap. 69.)

Jam vero, concursus simultaneus Molinae, in absurda occasionalism! venit postremo resolvendus. Etenim duo sunt de ratione occasionalism!, nempe : *quod Deus producat effectam, causae secundae* sine causa secunda intermedia, absque agente inferiori interposito ; et *quod causa secunda nihil agat.* Primum est etiam de ratione concursus simultanei, in pio juxta Molinam Deus producit effectum causae secundae

immediate immediatione suppositi, dumtaxat : non per causam secundam intermediantem, sed a latere et modo parallelo cum ipsa secunda causa. Alterum necessario infertur .ex doctrina Molinae, juxta quam causa secunda non movetur a Deo per suum concursum generalem : non applicatur ad operandum : non completur in sua causalitate per efficaciam causae primae. Unde causa secunda nequii transire de potentia in actum, de posse agere ad agendum, de actu primo ad secundum : etenim oportet quod illud quod est in potentia, reducatur in actum per aliquod quod sit in actu; et hoc est movere. Quaecumque natura, sive corporalis sive spiritualis, ponatur perfecta, non potest in actum suum procedere nisi moveatur a Deo. Omnis namque causa creata quandoque est agens in actu, quandoque agens in potentia tantum. Quod autem movetur, ab alio movetur. Atque hoc ipsum quod etiam nostrum liberum arbitrium *se agat, se applicet, seipsum moneat,* habet ac possidet ex duobus : ex sua propria sc. activa virtute, et ipsa Dei praemotione, quae est ipsius virtutis libere agendi complementum. Ita D. Thomas I. q. 105. a. 5. ad 1. ; 1-11. q. 9. a. 4. : *De Malo* q. 3. a. 2. ad 4. et *III. G. Gent.* cap. (>(>. et 70. '.

Claudit vias ad existentiam Dei demonstrandam. — « Deum esse, ail *D. Thomas,* quinque, viis probari potest. Prima autem et manifestior via est, quae sumitur ex parte motus... Secunda via est ex ratione causae efficientis... Tertia via est sumpta ex possibili el necessario... Quarta via sumitur ex gradibus, qui in rebus inveniuntur... Quinta sumitur ex gubernatione rerum. » (I. q. 2. a. 3.)

Omnes istae quinque viae reducuntur ad unam viam, quae est via causarum efficientium. Primum namque in via causae efficientis 'est summum in via causarum formalium el ultimum in via causarum finalium. Deus est primum movens immobile in ordine causae efficientis el causae exemplaris et causae finalis. Via autem, quae est ex ratione causae effi-

' Vide *Part. Secund.* cap. 4. et 5.

cientis, non est via causarum univocarum; quia Deus, causa officiens omnium rerum, non est causa *univoca,,* sed *analoga.* Nec est via causarum, quae se habeant in causando per modum causae partialis et coadjuvantis ad modum trahentium navem aut portantium lapidem ; quiaDeus non est causa *partialis* nec*lateralis,* sed totalis ac perfectissima: non est causa dependens aut quae indigeat ab alia adjuvari, sed ex qua dependent aliae, et a qua aliae accipiunt totum, et esse *posse* et *agere;* non est causa suo partiali influxu producens actionem et effectum creaturarum, sed causa dans, conservans et applicans virtutem creaturarum ad operationem, et conjungens virtutem propriam ipsarum cum operatione et effectu, et ingrediens in effectum causatum vehementius quam ipsa virtus causae secundae.

Via itaque ad demonstrandam Dei existcntiam est via causarum, in quibus inferior est propinquior effectui ratione *suppositi agentis:* et superior, quae agit mediante causa inferiori, est propinquior effectui ratione *virtutis,* qua supposita agentia agunt. Qua quidem virtute primi agentis ipsae causae virtus movetur, applicatur, completur ac conjungitur suae propriae actioni suoque proprio effectui. Unde D. Thomas I. q. 2. a. 3. : « Moventia secunda non movent nisi per hoc, quod sunt mota a primo movente... In omnibus causis efficientibus ordinatis primum est causa medii, et medium est causa ultimi; sive media sint plura sive unum tantum. Ilemota autem causa, removetur effectus. Ergo si non fuerit primum in causis efficientibus, non erit ultimum nec medium. » Et *III. C. Gent.* cap. 70. : « Oportet igitur, quod actio inferioris agentis non solum sit ab eo per virtutem propriam, sed per virtutem omnium superiorum agentium. »

Molina autem ait : 1" quod causae secundae « non indigeni motione et applicatione superaddita a causis principalibus » ; 2° quod « neque intelligi valet, quo motu de novo a Deo moveantur et applicentur ad agendum » ; 3" quod « vis in causis secundis superaddita virtutibus causarum secundarum commentitium plane est » ; 4° quod « effectus est a Deo et a causis secundis ; sed neque a Deo neque a causis secundis

ut a lota causa, sed nt a parte causae. ; non secus ac cum duo traliunt navem » : 5° quod actio inferioris agentis non est ab eo per virtutem Dei agentis superioris, sed ab eo per solam suam virtutem propriam. Actio enim ignis calefacientis aquam est a solo igne, sed non ab influxu Dei in ignem ; actio similiter creatae voluntatis est a sola voluntate, sed non ab influxu Dei in potentiam voluntatis : « Non est influxus Dei in ignem, sed in aquam, in quam recipitur effectus a Deo et ab igne simul productus... Non est influxus Dei in causam [voluntatem] ea ratione qua agens est, sed ea ratione qua in se suscipit effectum ab eadem et a Deo, partiali influxu ntriusque, simul productum. » *(Concord,* q. 14. disp. 26. et29.)

Observatio valde notanda. — Nec Molina, qui scripsit librum *Concordiae,* nec Suarez, qui ut Concordiae Molinae aliquam philosophicam basim apponeret, scripsit *Disputationes Metaphysicas.* noluerunt ascendere cum D. Thoma per illas quinque vias, quibus Deum existere probari potest.

Molina enim in suis *Commentariis* in I. q. 2. a. 3. rationes D. Thomae non exponit nec tangere voluit et quasi nihil concludentes videtur respicere. Unde ait : « Adjiciendae tamen sunt nonnullae aliae rationes, quibus apertius demonstretur proposita conclusio ». Dei sc. existenlia. Et deinde ipsemet Molina affert quatuor rationes, quas appellat « *efficacissimas* ». « Deum esse demonstratur quatuor rationibus efficacissimis. » Alio in loco et in alio opere [1] ad examen vocabimus has quatuor efficacissimas rationes; el tunc apparebit lias rationes esse ita efficaces, sicut est efficax ipsamet gratia Molinistica.

Suarez autem in suis *Disput. Metaph.* ulterius progreditur; et non tantum demonstrat « *apertius* » quam D. Thomas existentiam Dei, verum etiam *vias* D. Thomae esse *incertas* quasi ex tripode pronuntiat, atque ex illis nihil profecto concludi asseverat. Scribit enim disp. 29. sect. 1. : « Principium illud, in quo tota illa ostensio fundatur : *omne*

1 Vide nostras *Praelectiones in Summ. Theol.* 1. q. 2. a. 3.

quod movetur. ab alio movetur, adhuc non est satis demonstratum... Quomodo ergo ex principiis tam incertis potest vera demonstratio confici, qua probetur Deum esse ? » Et postea secundam viam, quam D. Thomas breviter ac dilucide exaravit, Suarez conatur obscurare et tamquam nullius roboris tradere : et contra audet dicere : « In causis per se subordinatis non repugnat infinitas causas simul operari. » Et disp. 22. de concursu primae causae, cum causis secundis sect. 2. : « Axioma illud : *causa secunda non agi! nisi mota a prima,* intellectum in ea proprietate, quod causa, praeter suum esse et omnem virtutem agendi connaluralem, quam habet, indigeat *novo motu ac reali* in ipsa recepto, ut agat, falsum esse... Unde etiam est falsum in illo principio sic intellecto fundari vel reductionem omnium motuum ad primum motorem vel omnium entium ad primum ens. »

Ex quo patet radicem totius controversiae inter D. Thomam et inter Molinam ac Suarezium reperiri in illis quinque viis, quibus Deum esse probari potest, (lardo quaestionis vertitur in veram notionem causae primae et in veram notionem causae secundae, ac in veram proinde notionem humanae libertatis. At de hoc supra 1 ex professo, Deo adjuvante, pertractavimus. Nunc sufficiat indicasse Molinam et Suarezium noluisse ascendere cum Angelico Doctore per illas quinque vias, quas D. Thomas, praeeunte Philosopho, sic pulchre delineavit, sic sapienter ordinavit, sic luminose aperuit 1. q. 2. a. 3. *Summae Theologicae.*

' Vide *Part. Secund,* cap. 10.

CAPUT QUARTUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Secundum principium Concordiae : Influxus Dei specialis.

I

PRAENOTANDA

Phimo : Quid Molina admoneat suum lectorem. — Cum Molina gradum facit in sua *Concordia* ex ordine naturae ad ordinem supernaturalem gratiae, admonet lectorem, ut vigilet atque advertat : « Latissimum est discrimen inter concursum Dei generalem cum causis secundis ad actiones earum naturales, et auxilium particulare graliamve praevenientem, qua Deus liberum arbitrium ad opera supernaturalia credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi, ut ad salutem oportet, evehit et coadjuvat : quod pauci animadvertunt. » (q. 14. disp. 29.) Si de libero arbitrio agatur et do operibus naturalibus, tunc Molina ait : « Ingenue fateor mihi valde difficilem esse ad inlelligendum motionem et applicationem hanc, quam D. Thomas in causis secundis exigit. » (disp. 26.) « Concursus generalis Dei cum intellectu ad intellectionem et voluntate ad appetitionem non est influxus Dei in causam ea ratione qua agens est. quasi eo prius mota et excitata agat; sed cum causa ea ratione... qua in se suscipit effectum ab eadem causa et a Deo, partiali influxu utriusque, productum. » (disp. 29.) Et nunc in hac ipsa disp. 29. agens de libero arbitrio et operibus super-

naturalibus scribit : « Auxilium particulare, quod praeveniens gratia nuncupatur, motio quaedam est, qua liberum arbitrium excitatur et praevenitur potensque redditur, ut ita adjutum libero suo influxu cooperetur ulterius hujusmodi supernaturales actus, quibus proxime aut remote ad gratiam gratum facientem disponatur. Quare motio quaedam est in ipsam causam, ut ea mediante in se habeat unde libere exercere ulterius possit, si velit, ejusmodi opera, qualia ad salutem sunt necessaria. »

Secundo : Quare motio Dei in potentiam voluntatis aliquando est facilis et aliquando difficilis ad intelligendum. — Mirum quippe videtur, quod Molina fateatur esse sibi difficilem ad intelligendum motionem Dei, ut auctor naturae, est, in ipsam potentiam voluntatis; ut ea motione divina in se habeat liberum arbitrium, unde libere exerceat actum suum; et quod nunc nullam prorsus inveniat difficultatem ad intelligendam motionem Dei, ut auctor est ordinis supernaturalis, in ipsam potentiam liberi arbitrii tamquam in causam sui actus, tamquam in virtutem eliciendi suam operationem. Si enim Dei influxus atque motio in potentiam liberae voluntatis non destruit, sed complet ac perficit, dum sermo est de motione et influxu in ordine supernatural! : quare Dei molio in ordine naturae non erit appellanda etiam, ut D. Thomas ipsam appellat, « complementum virtutis agentis secundi » ? Si Dei influxus supernaturalis est molio quaedam in ipsam causam, in ipsam potentiam liberi arbitrii, et hac motione voluntas *potens* redditur ad agendum : quare Dei influxes naturalis non erit quoque *motio quaedam* in ipsam causam, in ipsas potentias operatives, in ipsam voluntatem, qua agens est. qua principium est sui actus? Si in ordine .supernatural! divina motio reddit *potentem,* ipsam voluntatis potentiam, etiam suo modo et suo gradu *potentem* reddet in ordine naturali.

Tertio : Doctrina D. Thomae circa divinum influxum semper est sibi constans. In doctrina D. Thomae theoria

divinae motionis semper remanet eadem et iisdem principiis innixa. Et sicut ordo gratiae praesupponil et includit ordinem naturae, quem elevat ac perficit : sic divina motio, quae esi gratia actualis, includit totam perfectionem divinae motionis,- quae est auxilium generale. Si principium movens est Deus ut auctor naturae, terminus motus respondet suo primo principio; et tunc opera sunt naturalia. Si autem principium movens est Deus ut auctor quoque gratiae, terminus motus etiam respondet suo primo principio; et tunc opera sunt supernaturalia. Applicatio, quam D. Thomas exigit in causis secundis, etiam liberis, in ordine naturae retinet nomen *physicae motionis;* in ordine vero supernatural! vocatur *gratia actualis,* quae est Dei physica praemolio in ordine supernatural]. Influxus Dei semper est praevius prioritate causalitatis ; motio divina semper est praeveniens liberum arbitrium creatum, numquam ipsius pedissequa. In ordine naturali dispensatur a Deo juxta leges generalis providentiae; in ordine autem supernatural! dispensatur a Deo per suam misericordiam ad exsecutionem specialis providentiae; quae quidem exsecutio denominatur *vocatio, justificat,io* et *glorificatio.* (I. q. 23. a. 2.)

Quarto : Quare Molina admoneat lectorem, ut advertat latissimum discrimen inter concursum Dei generalem et auxilium particulare. — Molina autem non audet transferre suam theoriam de concursu generali ad ordinem supernaluralem nisi cum additionibus et adminiculis: alioquin concursus simultaneus latam aperiret viam et apertam omnino· relinqueret portam versus castra Pelagianorum. Molina, qui motionem et applicationem traditam a D. Thoma capere non valebat, videtur nunc aliqualiter intelligere. Auctor *Concordiae* coactus est perhibere testimonium divinae motioni in ipsam causam, in ipsam potentiam liberi arbitrii ; coactus est asserere, quod divina motio excitat, movet et movendo potentiorem reddit potentiam voluntatis ad volendum, ad operandum. Attamen :

1" Eritne verum, quod Molina docet physicam praemo-

lionern. saltem ut Deus auctor est gratiae, in potentiam liberae voluntatis ?

2" Transmutatne Deus per hanc suam divinam motionem, quae est in causam seu potentiam liberi arbitrii, ipsammel liberae voluntatis potentiam?

3° Poteritne jure, meritoque ilici de *hac motione in causam* a Molina instituta id ipsum, quod Molina scripsit de motione et applicatione, quam D. Thomas exigit in causis secundis, nempe : « Hoc tamen commentitium plane est. nullaque ratione fulcitur, el res frustra multiplicat »? *(Concord.* q. 1'i. disp. 26.)

II

CONCLUSIO 1.

Molina rejicit etiam in ordine supernatural! physicam Dei motionem in potentiam liberae voluntatis ut in causam : id est, ea ratione qua agens est, quasi divino influxu voluntas prius physice mota agat.

§ 1

Argumenta.

Arg. I""1. — Fundamentum generale pro physica Dei motione stabilienda, tam in ordine gratiae quam naturae, est theoria causarum instrumentalium. Omnes quidem creaturae, dum operantur, agunt velut instrumenta Dei. etiam homo el angelus. Ita D. Thomas *III. C. Gent.* cap. 147. : « Sub Deo, qui est primus intellectus et volens, ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta sub principali agente. » Et 111. q. 7. a. 1. ad 3. : « Humanitas Christi est instrumentum divinitatis ; non quidem sicut instrumentum inanimatum, quod nullo modo agit, sed solum agitur; sed tamquam instrumentum anima rationali animatum, quod ita

agit,nr. quod etiam agit. » (Vide etiam I-ll. q. 68. a. 3. ad 2.)

lidem quoque sunt characteres divinae motionis, sive, terminus motus sistat intra limites ordinis naturalis, sive transcendat atque ingrediatur in ordinem supra naturam, qui nominatur ordo gratiae et gloriae. Quapropter 1). Thomas I II q. 110. a. 2. naturam divinae motionis in ordine supernatural! ostendit el. declarat per naturam divinae motionis in ordine naturali. Utraque enim divina motio est: 1° *effectus* in homine; alter gratuitus, alter vero secundum exigentiam ipsius naturae: 2° *motus quidam* animae, quia actus moventis in molo est motus; 3° *motus receptus* in ipsis potentiis et ipsam potentiarum activam virtutem complens ac cum suis propriis effectibus conjungens.

De natura hujusce physicae divinae motionis jam supra dictum manet: esi etenim natura illius vis instrumentalis, de qua D. Thomas *De Verit.* q. 27. a. 4. tradit, quod est: *a)* « quid incompletum in genere entis : » *b)* « *ad ens* magis quam *ens;* » *c)* « virtus se habens ut in fieri existons et moveri : » *d)* « virtus cessans cessante motione Dei moventis. » Atque Catéchisions Concilii Tridentini, Romani Pontificis jussu promulgatus atque ipsius auctoritate approbatus. tradit etiam de hac physica Dei motione, quod est : « Intima virtus Dei secundarum causarum efficientiam rzjnon impediens, *b)* praeveniens, *c)* ad actionem impellens, *d)* attingens a fine usque ad finem fortiter, *e)* el disponens omnia suaviter ». (Part. 1. a. 1. n. 24.

Jam autem Molina expresse rejicit hunc physicum Dei influxum in potentiam liberae voluntatis etiam in ordine supernatural!. Ait enim *Concord,* q. 23. disp. 1. memb. 7. : *a)* « Id non est donis gratiae, determinare voluntates nostras ail consensum, ut saepe est explanatum ; sed est solum invitare et allicere. » *b)* « Quamvis plus sit conversio voluntatis quam determinatio ejusdem voluntatis ad alios communes actus, determinatio tamen voluntatis, quae utrubique lit. est ab ipsa voluntate pro sua innata libertate se libere applicante ac determinante ad consensum aut dissensum, ul dictum est: et non a Dio sua omnipotentia illam deter-

minante, ut potest: quoniam lune actus non esset Liber, sed necessarius ex parte voluntatis. »

Molina ergo, tametsi concedat el affirmet in ordine supernatural! « motionem quandam » in ipsam causam et in ipsam potentiam liberi arbitrii, unde liberum arbitrium redditur *potens* ad operandum supernalurales actus : attamen non admittit motionem physice immutantem potentiam liberae voluntatis, motionem determinantem atque inclinantem, sed invitantem dumtaxat atque allicientem.

Arg. 2"". — Aliud praeterea fundamentum pro physica Dei motione affirmanda in ipsam potentiam liberi arbitrii, ut in causam sui actus, et qua ipsa libera voluntas determinetur libere ad consensum, affertur a D. Thoma l-II. q. 111. a. 2., ubi quidditatem gratiae operantis et gratiae cooperantis evolvit ac declarat. Quando enim Deus movet hominem gratuita motione, quae dicitur *gratia operans,* tunc non tantum Deus determinat potentiam voluntatis el ipsam applicat ad actura consensus, sed ita perfecte atque, excellenter applicat ac determinat, ut « quantum ad istum actum voluntas se habet ut mota et non movens, solus autem Deus movens, et praesertim cum voluntas incipit bonum velle, quae prius malum volebat. ». Quando vero Deus movet, hominem gratuita motione, quae *gratia coopérons* denominatur, tunc Deus ita determinat el applicat voluntatem ad consentiendum, ad eligendum, ad libere volendum, ut quantum ad illum actum « mens nostra et moveat et moveatur ».

In utraque itaque motione determinatur, applicatur, flectitur potentia liberi arbitrii ad actionem suam liberam a Deo : at sub motione, quae est gratia cooperans, voluntas etiam determinat se et applicat ad agendum ; et sub motione, quae est gratia operans, voluntas se habet ut mota, ut determinata, ut applicata tantum, solus autem Deus movens et determinans et applicans. Et tamen non quidem Dominicus Banez, sed Cajetanus, qui, antequam Banez nasceretur, erat jam abs dubio « Banezianus », in suis *Comment,* supra Jocum *Svmmoc Theol.* supra citatum scribit : « Voluntas,

motii a Deo ad hujusmodi novum velle, non movet seipsans ad hoc, sed est tantum mota a Deo; est tamen tale velle ipsius elicitive, sicut descendere est motus gravis. Et est liberum, quia potest dissentire a tali velle; Deus enim movet suaviter liberum arbitrium secundum conditionem ejus. »

Nunc ergo Molina in libro *Concord,* abhorret ab hac doctrina D. Thomae et Cajetam, et extollens vocem suam, ait : « Tunc actus non esset liber, sed necessarius ex parte nostrae voluntatis ». (q. 23. disp. 1. memb. 7.) Et q. 14.. disp. 33. aperte latetur se aliter intelligere et explicare gratiam operantem quam D. Thomas et D. Thomae discipuli ; aperte pronuntiat se alio valde diverso sensu quam D. Thomas mentem S. Augustini in distinctione gratiam operantem, inter atque cooperantem tradenda expendere. « Tametsi (inquit) aliter Augustinum intellexerint D. Thomas duobus articulis citatis, Solus *I. De nat. et grat.* cap. 16. et quidam, alii. »

Arg. 3UI". — Alterum fundamentum pro physicae motionis necessitate stabilienda affertur ab ipso Angelico Doctore I-Π- q. 113.. in qua ex professo explanat naturam justificationis ac clare manifestat, quomodo se habeat liberum arbitrium creatum « ad donum gratiae acceptandum in his, qui sunt hujusmodi motionis capaces ». Quatuor requiruntur ad justificationem impii, sc. : *a)* gratiae infusio; *b)* motus liberi arbitrii in Deum per fidem, spem et caritatem; *c)* motus- liberi arbitrii in peccatum per dolorem ac detestationem ;. *d)* remissio culpae. Praedicta quatuor, quae requiruntur ad justificationem impii, tempore quidem sunt simul, quia justificatio impii non est successiva : sed ordine naturae unum eorum est prius altero. Et inter ea naturali ordine primum est gratiae infusio, secundum motus liberi arbitrii in Deum, tertium motus liberi arbitrii in peccatum, quartum vero est remissio peccatorum. Ita ad litteram I). Thomas I 11. q. 113. a. 6. et 3.

Molina autem *Concord,* q. 14. disp. 46. scribit ea quae subsequuntur : 1" « Ego etiam fateor me numquam valuisse

intelligere. quonam pacto gratia ipsa gratum faciens concurrere possit ad actum liberi arbitrii, qui ad eam dispositio est praerequisita. » 2° « Neque satis intelligo, quo pacto libera maneret voluntas ad eliciendum et non eliciendum actum contritionis, si prius in genere causae efficientis acciperet habitum caritatis et gratiae, inlluxuque illius juvaretur ad actum contritionis eliciendum. » 3" Post haec Molina appellat contra D. Thomam ad Concilium Tridenlinum sess. 6. et adducit can. 4. : « Si quis dixerit liberum hominis arbitrium, a DeÔ motum et excitatum, nihil cooperari assenliendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire, si velit : A. S. » Deinde, quasi doctrina *Summae Theol.* quae erat aperta in medio conclavi, damnata fuisset a Patribus Concilii, Molina exclamat : « Nescio, quid apertius diei potuerit, ut intelligeretur ultimam dispositionem ad justificationem ad habitumve caritatis et gratiae non fieri efficienter ab habitu ipso caritatis et gratiae, sed a praeviis aliis auxiliis. »

§ 2

Observationes.

Pbima : Molina in sua Concordia inulta videtur nescire, vel saltem simulare quod nescit. — Ultima enim dispositio ad justificationem, ut jam supra ex professo in suis propriis locis declaratum manet, fit efficienter a Deo per motionem, quae est infusio gratiae sanctificantis, caritatis atque aliorum habituum infusorum. Hoc docet expresse D. Thomas; hoc conceptis verbis tradit Cajetanus, qui ante Bafiez erat jam mente et corde *Banezianus.* In suis enim *Comment.* 1-11. q. 113. a. 8. scribit :

« Quia jam declaratum est, quod gratiae donum habituale operatur et per modum naturae et per modum liberi arbitrii : ideo infusio gratiae gratum facientis, in quantum operatur per modum liberi arbitrii, gratuite movet liberum arbitrium

ad actus duos antcdictos: et sic praevenit el *eosdem* ul informatos gratia, el *seipsawi* ut gratiam gratum facientem. Ita quod non solum simul, sed unica actione Deus, infundendo gratiam, gratuite movet e.t gratum facit. In quantum gratuite movet liberum arbitrium, disponit simul et dispositum reddit per liberum arbitrium hominem ad gratiam : quoniam ipso actu liberi arbitrii homo redditur subjectum praeparatum et coaptatum gratiae, cujus opposito actu posuerat obicem gratiae. Et praeparatio est, quae superius in q. 112. a. 2. dicta est meritoria. Nec obstat his, quod quandoque gratuita Dei motio fit non per gratiam gratum lacientem : potest namque et per ipsam et sine ipsa Deus gratuite movere. » Unde *actio* Dei in infusione gratiae gratum facientis est non solum *inductira* formae, sed etiam *dispositi'ea* subjecti. Dispositio autem subjecti consequitur *infusionem* gratiae el praecedit, gratiae *consecutionem*.

Secunda : Molina sine causa appellat contra doctrinam I). Thomae ad Concilium Tridentinum. — At Molina insistit dicens : « Habitus fidei, spei et caritatis, qui adulto in justilicatione infunduntur... nullam efficientiam ejus facultatis exercent in *actus,* qui tamquam dispositiones eorundem *infusionem* antecedunt ; sed in continuatione postea eorum et in actibus aliis, qui post ipsorum infusionem a potentiis de novo producuntur. Atque id plane salis aperte innuit (tone. Trid. sess. t>., si attente legatur ac expendatur. » (disp. 46.)

Concilium quidem Tridentinum, si attente legitur el expenditur·, aperte inntiil doctrinam traditam a D. Thoma in sua *Summa Theologica,* praecipue in tractatu *de gratia,* videlicet :

1" Quod praeparatio hominis ad gratiam justiiicantem est duplex : *perfecta,* nempe simul cum ipsa infusione gratiae; el *imperfecta,* quae aliquando praecedit tempore donum gratiae sanctificantis.

2" Actus, per quos homo praeparatur imperfecte, hunt per *praevia alia auxilia,* quae praecedunt vel praecedere possunt tempore ante gratiae sanctificantis infusionem. Ac

proinde in hujusmodi *actus* nullam efficientiam exercent *habitus,* qui infunduntur cum gratia et caritate.

3® Actus vero, per quos homo praeparatur perlecte, antecedunt tamquam dispositiones non gratiae et caritatis *infusionem,* sed gratiae et caritatis *susceptionem· :* quam quidem praecedunt ordine naturae, sed tempore sunt simul.

4® Unde in hujusmodi *actus* exercent efficientiam *habitus* caritatis et aliarum virtutum, qui adulto in justificatione infunduntur. Aliud namque est gratiae et caritatis *infusio.* et aliud gratiae et caritatis *susceptio. Infundere,* est solius Dei ; *suscipere* est hominis per suum liberum arbitrium, sed motum a Deo gratiam et caritatem infundente.

Tertia : D. Thomas jam solverat argumentum Molinae. — Sed Molina adhuc quodam scrupulo agitatus timet, eo quod doctrina D. Thomae videtur esse *periculosa in fide.* Aii enim : « Si efficienter emanat (dispositio ultima ad gratiam justificantem) ab ipsa gratia et caritate, non video, quo pacto defendi possit non esse meritoriam non solum gloriae, sed etiam gratiae, ut supra deductum est : quod tamen plus quam periculose in fide concederetur. »

Quasi hocce argumentum per modum difficultatis in contrarium non sibi antea proposuerit et solverit ipse Angelicus Doctor 1-II. q. 112. a. 2. ad 1. dicendo : « Praeparatio hominis ad gratiam habendam est simul cum ipsa, infusione gratiae; el talis praeparatio est quidem meritoria; sed non gratiae, quae jam habetur, sed gloriae quae nondum habetur. »

Quarta : Moliiiu dum impugnat 1). Thomam, quae sit vera doctrina D. Thomae ostendit; simul atque Molinistas se discipulos D. Thomae esse dicentes condemnat — Molina, dum

1 Simul atque advertat ipsemet sapiens lector, quomodo sicut Molina appellat ad Concilium Tridentinum contra doctrinam D. Thomae, sic nunc appellant cuncti Molinistae contra doctrinam Thomistarum. Ita v. g. Schiffini, S. .I. disp. 1. de effle, grat. thes. 24. : ‹ Gratia seipsa efficax, qualis in schola Bafieziana exhibetur, non satis cohaeret cum definitione Tridentina sess. 6. can. 1. » Et ita universa Molinistarum caterva. Vide *Part. Prim.* pag. 498.

loquitur de motione et applicatione, quam 1). Thomas in causis secundis exigit 1. q. 105. a. 5.. ait (q. 14. disp. 26.) : « Non videam, quidnam sit. motus ille el applicatio in causis secundis, qua Deus illas ad agendum moveat et applicet... Mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam D. Thomas in causis secundis ■exigit. »

Dum autem loquitur de « motione et applicatione », quam D. Thomas I-Π. q. 111. a. 2. vocat gratiam operantem, quamque requirit postea q. 113. in libero arbitrio pro justificatione adulti, tunc Molina (q. 14. disp. 46.) asserit : I" « numquam valuisse intelligere: » 2° « neque satis intelligere, quo pacto libera maneret voluntas ad eliciendum et non eliciendum actum : » 3° existimat hujusmodi doctrinam I). Thomae « esse periculosam in fide »: 4" arbitratur esse damnatam a Cone. Trid. sess. 6. can. 4.

Revera, qui mentem Angelici Doctoris circa Dei influxum 'm cunctas causas creatas, etiam liberas, clare perspicere desideret, oportet illam comparare motionem et applicationem traditam 1. q. 105. a. 5. cum motione et applicatione tradita l-II. q. 111. a. 2. et per totam q. 113. Haec duplex motio et applicatio differunt sicut perfectum a minus perfecto. sicut excellens a bono, sicut divinae motionis gradus diversi ac diversificati ratione suae perfectionis.

Utraque motio et applicatio est ex parte potentiae in ipsam potentiam, et complens ipsam activam virtutem potentiae. Utraque physica, utraque motus ipsius potentiae.

AI altera ita movens, ita applicans, quod voluntas sit movens ac mota. Altera vero ita movens, ita applicans, quod voluntas sit mota et non movens, solus autem Deus movens.

Sub prima determinat se homo per rationem, et voluntas ipsius applicat se ex finis volitione ad media volenda. Sub altera homo determinatur supra rationem suam ex consilio Spiritus Sancti, et voluntas fertur applicata a superiori virtute ad volendum et desiderandum.

Sub utraque exercet activitatem suam, operatui· liberi*, et augetur ac perficitur in suo dominio supra proprios actus.

Quinta : Doctrina ergo 1). Thomae I-Il. q. 111. a. 2. et q. 113. per totum evellit ac evertit a radice integrum Molinae systema explanatum in libro Concordiae. — Quamobrem Molina conatur impugnare doctrinam D. Thomae circa gratiam operantem et circa justificationem, in qua gratiae operantis effectus, teste Cajetano, manifestius apparet ; quoniam hujusmodi doctrina necessario secum fert et formaliter importat : 1" physicam Dei praemotionem in potentiam liberae voluntatis ea ex parte qua voluntas agens est el transit de potentia in actum et inflectit se seque determinat ad consentiendum : 2° gratiam actualem ex se. ab intrinseco, ex intentione Dei moventis, efficacem.

Ceterum nihil periculi pertimescendum in rebus fidei nec in moribus. Et quamvis Molina videatur sibi persuasisse suam *Concordiam* esse unum et idem cum sessione 6. el cum canone 4. Concilii Tridentini : attamen prudentis erit theologi exspectare usque quo aliud Concilium Generale Ecclesiae collocet librum *Concordiae* juxta Divinas Scripturas, sicut « Patres Tridentini, in ipso medio conclavi ordini habendo, una cum Divinae Scripturae codicibus el Pontificum Maximorum decretis *Summam.* Thomae Aquinatis super altari patere voluerunt, unde consilium, rationes, oracula peterentur ». (Leo XIII. Enc. *Aeterni Patris.)*

Interim tutum erit in fide tutumque in moribus doctrinam *Summae Theologicae* praeferre doctrinae *Concordiae.* Et sicut ipse Leo NHL in Enc. *Aeterni Patris* monet : « Doctrinam Thomae Aquinatis studeant magistri... in discipulorum animos insinuare, ejusque prae ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponant L »

1 Vide *Part. Prini,* q. 3. a. 2. V. p. 222; q. 4. a. 4. VIII. p. 373; q. 5. a. 8. Vit. et VIII. p. 495 et 498.

111

CONCLUSIO 2.

Illa motio, qua secundum doctrinam Molinae liberum arbitrium excitatur, praevenitur, potensque redditur ad libere operandum, quaeque praeveniens gratia nuncupatur :

a) Non est influxus Dei in potentiam voluntatis, quo Deus applicet ac determinet ad consensum ;

b) Non causât actionem voluntatis, ut emanat ab ipsa voluntate ›

c) Non causât ipsum consensum, ipsam electionem, qui est actus liberae voluntatis ;

d) Non causât initium nostrorum bonorum operum.

Primum fatetur Molina *Concord,* q. 23. disp. 1. memb. 7. dicens : « Determinatio voluntatis humanae... pendet non quidem ab influxu Dei *in voluntatem,* quo illam applicet ac determinet ad consensum ; sed ab influxu universali Dei *cum voluntate* ad eandem actionem, ut q. 14. disp. 26. ostensum est. » Unde Deus, influens gratia sua praeveniente, non influit in voluntatem, illam *applicando* seu *determinando* ad consensum ; sed influit *exspectando,* quod voluntas seipsam determinet et applicet ad consentiendum ; et postea Deus, influens influxu suo universali, cooperatur cum voluntatc non ea ratione qua agens est, sed ea ratione qua in se suscipit suum proprium actum.

Secundum ibidem fatetur inquiens : « Determinatio voluntatis non est actio voluntatis secundum omnem sui considerationem, sed est ipsa actio prout habet rationem influxus solius voluntatis. » Et iterum : « Determinatio ab cxtrinseco voluntatis ad ipsius actus seu ad cooperationem ad consensum pugnat cum libertate voluntatis ad eosdem actus. »

Tertium etiam in eodem loco scribit : « Conversionem fieri

a Deo applicante el. determinante voluntatem, ut praebeat consensum gratiae excitanti ac vocanti : quod tamen falsum est. »

Quartum autem traditur a Molina q. 23. disp. 1. memb. 10. bis verbis : » Quod actus a gratia praeveniente et ab arbitrio elicitus liber sit eaque de causa capax rationis, virtutis, laudis et honoris : profecto non est effectus gratiae praevenientis, sed arbitrii per suum influxum. »

CONCLUSIO 3.

Auxilium particulare, quod praeveniens gratia nuncupatur, et quo liberum arbitrium excitatur ac movetur ad actus supernaturales eliciendos, potest compensari concursu Dei generali.

Ita Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 37. : « Quaeret forte aliquis, an sine ejusmodi auxiliis gratiae praevenientis ac excitantis, quibus prius moveat et quasi liberum invitet arbitrium, possit Deus de potentia sua absoluta producere, cum libero arbitrio actus fidei, spei et poenitentiae, quales ad justificationem sunt necessarii, influendo quidem immediate in eos actus, eo modo, quo per concursum generalem influit in actus mere naturales ac peculiari alio longe majori influxu. Cui quaestioni respondendum est. posse sine dubio Deum id efficere... cum simili modo contradictionem non involvat compensare influxum, quo gratia praeveniens in genere causae efficientis in illos actus influit : poterii Deus de potentia absoluta tanto ac tali influxu immediato in eosdem actus cum libero arbitrio cooperari, ut efficiantur tales, quales essent, si praeveniens gratia antecederet. »

Corollaria. — Ex quibus juxta Molinae doctrinam licet inferre :

1° Quod gratia praeveniens non est absolute necessaria ad actus supernaturales eliciendos : sed conveniens dumtaxat ad melius esse.

2° Quod in nihil redigitur illud « latissimum discrimen inter concursum Dei generalem cum causis secundis ad actiones earum naturales et auxilium particulare gratiamve praevenientem, qua Deus liberum arbitrium ad opera supernaturalia credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi, ut ad salutem oportet, evehit et coadjuvat : quod pauci animadvertunt ». (disp. 29. q. 14.)

3° Quod Molina ipse venit annumerandus inter illos multos, qui non animadvertunt auxilium particulare esse motionem quandam in ipsam causam, in ipsam potentiam: et concursum generalem esse influxum non in causam, sed cum causa, non in potentiam voluntatis, sed cum voluntate. Nam quamvis concursus generalis sit major vel minor, numquam est in causam nec in voluntatem ea ratione qua agens est.

4" Quod proinde nullum relinquitur essentiale discrimen inter ordinem gratiae et ordinem naturae in linea operandi.

5° Quod cum concursus generalis sive naturalis influxus, sive sit « tantus ac talis ». sive non sit talis uec tantus, non ideo desinit esse generalis concursus, poterunt dici de *(/ratia praeveniente,* quam Molina expendit, omnia et singula supradicta de concursu simul taneo: quippe qui generalis Dei concursus « *tantus* ac *falis* » valet compensare influxum, quo gratia praeveniens in genere causae efficientis in illos actus influit. Maxime cum ipse Molina disp. 39. dicat : « Non puto concursum illum, quantum est ex se, esse alterius rationis ab eo, quo Deus concurrit ad effectus mere naturales. »

6° Ac denique, etsi supponamus, hunc concursum sive influxum immediatum in eosdem actus cum libero arbitrio eooperantem esse alterius rationis, semper tamen poterit concludi, quod datur *concursus simultaneus* ad opera supernaturalia, sicut datur ad naturalia. Ac proinde *initium.* bonorum operum etiam supernatural· um erit a nobis quasi ex nobis, et voluntas hominis non praevenitur a gratia Dei.

IV

CONCLUSIO 4.

Gratia praeveniens, quam Molina asserit esse « motionem quandam in ipsam causam », videtur tamen juxta ipsum Molinam habere rationem concursus siiniiltanei.

Molina enim *Concord,* q. 14. disp. 45. explicat sic genesim actuum supernatural)um fidei, spei, doloris ac dilectionis, quibus peccator motus ac excitatus gratia praeveniente disponitur ad justificationem :

Quoad actum fidei. — «) Dum homo cogitat res credendas per notitias, concinnatoris ministerio aut aliunde comparatas, influit Deus in easdem notitias influxu particulari ac supernatural!, quo cognitionem illam adjuvat ; et notitia illa, effecta jam a Deo supernaturalis per talem influxum, appellatur *gratia praeveniens ex parte intellectus.*

b) Ex cognitione rerum, quae ad fidem spectant, oritur naturaliter in voluntate *motus* allectionis ad res ita cognitas ; et cum hoc motu inserit se Deus influens in illuni per auxilium particulare, eftlcitque illum supernaturalem ; et motus ille atque affectus a Deo supernaturaliter effectus, dicitur *gratia praeveniens ad assensum fidei ex parte voluntatis.*

c) Liberum arbitrium, his duobus motibus gratiae praevenientis adjutum, liberam adhuc habel potestatem imperandi assensum fldei.

Ergo gratia praeveniens ex parte intellectus est influxus Dei particularis non in potentiam intellectus, sed in cognitionem, quae est actus intellectus ; non influit Deus in causam, sed in effectum ; non elevat potentiam intellectivam ad eliciendum actum supernaturalem, sed actum naturalem cognitionis efficit supernaturalem. Ergo gratia praeveniens est influxus Dei in actum naturalem potentiae intellectivae efficiens illum supernaturalem.

El similiter gratia praeveniens ex parte voluntatis non esl influxus Dei in *causam,* in ipsam *potentiam* voluntatis; sed influxus Dei in *actum,* in motum affectionis, cui Deus se inserit, quemque suo influxu supematuralem efficit.

Quoad actual spei. — *a)* Illustrato jam intellectu hominis lumine supernatural! fidei, naturaliter oritur in voluntate *affectus* ad beatitudinem et *motus* erectionis ad eam ipsam a Deo sperandam.

b) Huic motui se ingerit Deus specialiter influendo, et illuni efficit supernaturalem : et hujusmodi molio appellatur *gratia praeveniens ad actum spei.*

c) Liberum arbitrium sic a Deo praeventum elicit, si vult, primum actum spei supernaturalis liberum.

Ergo gratia praeveniens ad actum spei est influxus divinus non in causam, sed in effectum : non in potentiam voluntatis, sed in voluntatis motum et affectum. Ergo gratia praeveniens ad actum spei est Dei influxus in actionem voluntatis.

Quoad actum caritatis seu dilectionis. *a)* Similiter ex lumine fidei supernatural! in intellectu naturaliter excitatur ■*motio* affectus, amoris, amicitiae erga Deum.

b) Huic motui se inserit Deus iliumque efficit supernaturalem, et hujusmodi motio appellatur gratia praeveniens ad diligendum.

c) Liberum arbitrium sic praeventum elicere potest actum dilectionis Dei supernaturalis.

Ergo gratia Dei praeveniens ad actum supernaturalis dilectionis non est divinus influxus in *causam,* sed in *effectum;* non in *potentiam* voluntatis, sed in *motum* et *affectum* voluntatis. Ergo gratia praeveniens ad actum caritatis est influxus Dei non in voluntatem ea ratione qua agens est. sed ea ratione qua in se suscipit motum sive actum suum.

CONCLUSIO 5.

Gratia praeveniens, quam Molina tradit velut necessariam ad actus supernaturales : 1° non est aliquid causatum in homine a solo Deo ; 2" non est aliquid se habens in ratione principii seu causae efficientis actus ipsos supernaturales.

Quoad primum patet. Nam ipse Molina *Concord,* q. 14. disp. 45. ait : 1° Quod gratia praeveniens ex parte intellectus ad actum supematuralem fidei appellatur notitia illa et cognitio effecta a Deo supernaturalis per talem influxum in easdem notitias et cognitionem.

2° Quod gratia praeveniens ex parte voluntatis ad actum lidei dicitur « motus ille atque allectus voluntatis circa ea, quae ad fidem spectant, quatenus a Deo supernaturalis efficitur per auxilium [particulare]... ».

3° Quod gratia praeveniens ad actum spei appellatur motio illa et affectus ad beatitudinem in voluntate naturaliter ortus, et etiam motus erectionis, quo attrahitur et allicitur ad eam ipsam a Deo sperandam.

4° Quod gratia praeveniens ad actum caritatis dicitur « motio illa et affectus, cui se inserit Deus, quemque supernatural! suo influxu Deus acuit, incendit et efficit supernaturalem ».

5° Quod denique « motus illi actiones quaedam vitales sunt, quas in se ipsa experitur voluntas, ad quas... concurrit efficienter, non quidem qua liberum arbitrium est, sed qua voluntas et natura quaedam est, eo modo, quo efficienter etiam concurrit ad motus primo primos, qui non affectus atque excitationes voluntatis ad volendum aut nolendum sunt, sed volitiones aut nolitiones ».

Ergo gratia praeveniens juxta doctrinam Molinae est *actio* intellectus et voluntatis: est notitia, cognitio, a Deo adjuta el illuminata: est motus et affectus voluntatis, quos Deus

acuit, quos Deus *incendit,* quosque *supernalurales efficit* ~ sed tamen sunt. « *actiones vitales intellectus et voluntatis* ».

Quoad secundum probatur. 1": Quoniam in ratione principii seu causae efficientis actuum voluntatis sunt : *a)* ipsa potentia seu virtus volendi : *b)* omnes habitus, sive acquisiti sive infusi, qui perficiunt ipsam potentiam ad agendum, *c)* et motio, qua Deus ut causa prima applicat ipsam potentiam ad actum : quae quidem motio, sive in ordine naturae sive in ordine gratiae, in potentia mota est *motus,* id est actus ipsius voluntatis, prout est potentia adhuc in potentia. Atque hujusmodi actiones vitales voluntatis neque sunt ipsa potentia, neque sunt habitus, neque sunt *motio illa,* qua Deus ni causa prima applicat ipsam voluntatem ad agendum, et qua virtutem agendi ipsius voluntatis conjungit, cum suo· proprio actu, sive actus sit liber sive necessarius, sive sit naturalis sive supernaturalis.

Probatur 2° : In ratione principii seu causae efficientis actus voluntatis, sit liber sil necessarius, sit naturalis sit supernaturalis, nequit esse aliquid, quod non sit 1° *ipsa virtus activa* ipsius voluntatis: 2° *complementum hujus virtutis operativae,* sive per modum permanentis ut habitus, sive per modum virtutis transeuntis el instrumentalis ut motio-recepta a causa prima et a primo agente, qui est Deus. Et hujusmodi motus et affectiones neque sunt ipsa virtus neque ipsius virtutis complementum, sed actiones prodeuntes ex. ipsa virtute jam completa in ratione causae efficientis '.

Observatio — Molina in ipsa disp. 45., cum explicat genesim actus supernaturalis dilectionis seu amoris amicitiae erga Deum, ait : « Huic etiam motui (affectui amoris) se inserit Deus, iliumque suo supernaturali influxu non solum acuit et incendit, sed etiam efficit supernaturalem... Influxus ergo, quo Deus in illum influit, appellatur auxilium gratiae praevenientis ad diligendum ut ad salutem oportet. Motio vero ipsa et affectus, ut est a Deo per illum influxum, dicitur

' Vide *Part. Prim.* q. 2. a. 2. Ili. pag. 1-16 ei sq.

gratia praeveniens et excitans liberum arbitrium ad diligendum Deum ut ad salutem oportel. »

Ex quibus apparet motionem el affectum, quae est gratia praeveniens secundum Molinam, produci et ab homine et a Deo, ab influxu ipsius humanae voluntatis el ab influxu Dei; Deumque concurrere ad gratiam praevenientem producendam in homine, influendo non in voluntatem « ea ratione qua agens est, quasi eo prius mota et excitata agat, sed cum voluntate ea ratione qua patiens est atque in se suscipit effectum ab eadem causa atque a Deo partiali influxu ulriusque simul productum ». (q. 14. disp. 29. i

CONCLUSIO 6.

Gratia praeveniens, quam Molina tradit in sua Concordia : 1° nequit esse motio quaedam in ipsam potentiam liberae voluntatis tamquam in causam actuum supernaturalium ; 2" nequit esse motio quaedam, qua liberum arbitrium excitetur et praeveniatur potensque reddatur ad supernaturales actus eliciendos.

Probaturi·': Potentia voluntatis, sive quoad actus libe ros sive quoad actus necessarios, non movetur nisi duplici genere motionis, se. ex parte objecti apprehensi per intellectum et ex parte subjecti sive ipsius potentiae volitivae. Prima fit per apprehensionem objecti sub ratione boni, per modum finis, quoad specificationem et determinationem actus voluntarii ; altera fit per applicationem ipsius potentiae ad agendum, per modum agentis, sicut alterans movet alleratum et impellens movet impulsum, quoad exercitium ipsius actus voluntarii. (I. q. 82. a. 4. et q. 105. a. 4. et I-Π. q. 9. a. 1.)

Jam vero gratia praeveniens, quam Molina tradit, nec esi motio ex parte objecti, nec ex parte subjecti ; nec per modum tinis, nec per modum agentis ; nec quoad specificationem, nec quoad exercitium; nec fit per applicationem ipsius potentiae ad agendum, nec per apprehensionem et repraesentationem objecti apprehensi sub ratione boni ab intellectu : sed con-

sliluitnr formaliler et essentialiter consistit « in motibus : 1" qui, velit nolit voluntas, praesente cognitione insurgunt » ; 2" quos voluntas « patitur illos supernalurales » : 3° qui sunt « quaedam actiones vitales».4°« ad quas concurrit efficienter voluntas ».

Non ergo potest esse molio quaedam in ipsam voluntatem tamquam in causam ac principium efficiens sui actus.

Probatur 2°: Gratia praeveniens, qua secundum Molinam praevenitur potensque redditur liberum arbitrium ad actum liberum el supernaturalem fidei, est (praeter notitiam intellectus) motus affectionis sive actus supernaturalis voluntatis *necessarius.* Similiter gratia praeveniens, qua secundum Molinam praevenitur, excitatur potensque redditui' liberum arbitrium ad actum supernaturalem liberum spei, est affectus el motus sive actus supernaturalis voluntatis *necessarius.* Pariter gratia praeveniens, qua secundum Molinam praevenitur. excitatur potensque redditur liberum arbitrium ad actum supernaturalis dilectionis, est motus sive actus supernaturalis voluntatis *necessarius.*

Sed nullus datur neque dari potest actus supernaturalis fidei *necessarius,* nec actus supernaturalis spei *necessarius.* nec actus supernaturalis dilectionis *necessarius.*

Ergo gratia praeveniens, quam Molina explicat in libro *Concordiae,* nequit esse *motio* in ipsam voluntatem ut in causam, el qua liberum arbitrium *potens* reddatur ad actus supernalurales *liberos* eliciendos.

V

CONCLUSIO 7.

Doctrina Molinae circa auxilium particulare, quod praeveniens gratia nuncupatur iq. I'ı. disp. 29.) :

a) Est quid « commentitium plane » ;
b) « Nullaque ratione fulcitur » ;
e.) « Et res frustra multiplicat ». (q. 14. disp. 26.)

Est quid commentitium plane. — 1° Quoniam affirmare, quod motus, qui mere naturaliter insurgunt in potentia nostrae voluntatis. « evadunt gratia praeveniens ex influxu supernaturalis Dei ». hoc videtur esse, ni multum fallimur, magis difficile ad intelligendum quam illa applicatio requisita a D. Thoma in causis secundis; et quam illa vis, de qua loquitur Angelicus Doctor *De Pot.* q. 3. a. 7. ad 7.. quam quidem declarat Molina esse « commentitium, nullaqud ratione fulciri, et res frustra multiplicare ».

2" Quoniam *gratia praeveniens* est ipsemet influxus Dei gratuitus, receptus non in actu voluntatis, sed in voluntatis potentia, quae per hanc supernaluralem motionem seu applicationem ad agendum agil supernaturaliter el elevatur ad eliciendos actus supernalurales.

3° Quoniam gratia Dei actualis est *motio;* el motio supernaturalis in voluntate sic mota est *supernaturalis motus:* el supernaturalis motus est *complementum* potentiae in ratione causae efficientis, el *initium* actus, qui elicitur a potentia ita supernaturaliter mota a Deo.

'i° Quoniam implicat contradictionem *gratiam praevenientem.* sicut omnem gratiam tam actualem quam habitualem. esse aliquid effectum seu productum per potentias creaturarum : el omnis actio vitalis emanat a potentia operative, causatur et efficitur a creatura per suas operatives potentias.

5° Quia non modo falsitatis, sed quasi injuriam Deo lactam sonare videtur asserere, quod motus causali a Deo per suum auxilium particulare (quod gratia praeveniens nuncupatur)· in potentia nostrae voluntatis : *a)* non habeant rationem actus liberi ; *b)* non habeant rationem actus boni moralis: *c)* non habeant rationem actus virtuosi. Quasi aliquis actus supernaturalis exsurgeret in *potentia voluntatis* et a Deo causaretur in nobis, qui non esset bonus, laudabilis et liber.

Nullaque ratione fulcitur. 1u Quoniam est contra rectam rationem comparare affectus et motus, ad quos cooperatur nostra voluntas mota et excitata ab ipso Deo per motionem suae gratiae praevenientis, cum motibus qui vocantur *primo primi*. Hoc est comparare effectus divinae gratiae in nostra· voluntate cum motibus sensualitatis, qui praeveniunt judicium rationis. Aliud enim est *motus* voluntatis inpraemeditatus et insurgens contra rationem ex defectu deliberationis: et aliud longe diversum *motus* voluntatis causatus a Deo per suam gratiam praevenientem non contra rationem, sed supra illam ; non contra voluntatem revera liberam, sed' supra naturalem judicii humani deliberationem.

2° Quoniam affirmare. quod « affectus et motus, ad quos- efficienter concurrit et cooperatur voluntas nostra, insurgunt, velit nolit voluntas ▮›. est affirmare contradictoria. Unde I). Thomas 1-11. q. 6. a. 'i. : « Contra rationem ipsius actus voluntatis est. quod sil coactus vel violentus. » Et *De Verit.* q. 22. a. 8. : « Deus voluntatem immutat sine eo quod voluntatem cogat... Sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita el multo amplius Deus. » Et rursum *II. Sent.* dist. 25. q. 1. a. 2. ad 1. : « Deus operatur in voluntate et in libero arbitrio secundum ejus exigentiam ; unde etiam si voluntatem hominis in aliud mutet, nihilominus tamen hoc sua omnipotentia facit, ut illud, in quod mutatur, voluntarie velit; et ita coactionis ratio tollitur; alias esset contradictionis implicatio, si diceretur nolle illud in quod mutatur, et cogi ad illud. «

•T" Quoniam affirmare. quod affectus et motus ex gratia

provenientes insurgunt in voluntate, velit nolit voluntas, derogat ipsi divinae gratiae, quae non destruit, sed perficit ac elevat naturam : ac derogat ipsi Deo. qui simul ac gratiae est naturae auctor. Unde I). Thomas *De Pot.* q. 1. a. 3. ad 1. : « Omnes creaturae quasi pro naturali habent quod a Deo in eis fit. »

4° Quoniam affirmare quod » huic motui voluntatis se ingerit Deus specialiter influendo ». et <juod « iste influxus Dei appellatur auxilium gratiae praevenientis ». idem vide fur esse, atque affirmare quod gratia, praeveniens est concursus simultaneus, non praevius : nam est influxus in actum voluntatis, non in ipsam voluntatis potentiam.

5« Quoniam contradictoria videntur : *a)* » motus gratiae praevenientis multum pendet a libero arbitrio », (disp. 45.) el *bj* « gratia praeveniens, qua praeveniens, non pendet a libero arbitrio ». (disp. 41.) Nam juxta Molinam motus gratiae praevenientis est ipsa gratia praeveniens.

6° Gratiam praevenientem essi* « actionem vitalem, ad /piam concurrit efficienter voluntas eo modo, quo efficienter concurrit ad motus primo primos », (disp. 45.) el ◊ gratiam praevenientem esse motum libcrii arbitrii, quo a Deo movetur ». (q. 23. disp. 1. memb. 10.

Ites frustra multiplicat. — 1" Quoniam multiplicat frustra *ipsos actussupernaturales.* Nam quotiescumque homo elicit *actum liberum* fidei, spei et caritatis, oportet quod antea efficienter concurrat ad *actum necessarium.* qui, velit nolit voluntas, insurgit in voluntate: actum, inquam, lidei. spei el caritatis. Unde omnis actus liber supernaturalis, eo ipso quod praesupponit gratiam praevenientem, praesupponere debet actum supernaturalem *necessarium,* immo *violentum.*

2° Quoniam multiplicat frustra *divinum influxum.* Totus processus Molinae in explicanda genesi actuum supernaturaliuin fidei, spei et dilectionis, qui incipit ab actu naturali intellectus et voluntatis et finem accipit per infusionem gratiae justificantis, nihil aliud est nisi *multiplicatio concursus sinvultanei :* nam est multiplicatio influxus divini

specialis simul cum multiplicatione influxus divini generalis juxta numerum motuum sive actuum tam naturalium quam supernaturalium, tam necessariorum quam liberorum. Etenim homo incipit : *a.)* per cogitationem naturalem, ad quam concurrit Deus *concursu generali; b)* Deus se inserit huic cogitationi et influit *concursu speciali: c)* oritur naturaliter in voluntate actus naturalis, ad quem Deus concurrit *concursu.generali : (l)* Deus se inserit huic actui et influit *concursu speciali ; e)* postea Deus exspectat, quod liberum arbitrium determinet se, eliciat consensum, et velit elicere actum liberum supernaturalem vel fidei vel spei vel dilectionis; et statim Deus concurrit *concursu generali:* et tunc iterum apparet *gratia praeveniens* sub nomine *gratiae adjuvantis,* et Deus influit *concursu speciali ; f)* et post hoc longum iler actuum et concursuum Deus infundit habitum fidei, spei el caritatis. Unde Deus semper se ingerit actibus, semper influit in actum, tunc influxu generali tunc influxu particulari.

3° Res multiplicare frustra etiam apparet ex verbis Molinae q. 14. disp. 37. dum ait : « Ut liberum arbitrium una cum gratia praeveniente producat quemcumque illorum actuum, necessarium esse, ut Deus quoque una cum illis immediate in actum producendum per concursum suum universalem influat... Quivis illorum actuum, licet sit unica actio, 1res nihilominus habet partes unius integrae causae, a qua emanat totus; et a singulis, partialitate causae, etiam totus emanat, diverso tamen modo : *a)* a Deo influente per solum concursum generalem emanat ut a causa universali : a qua proinde non habet magis quod sil assensus credendi aut dolor de peccatis, quam vel actus oppositus; *b)* ab influxu vero liberi arbitrii habet tamquam a causa particulari, ut quoad substantiam sit potius assensus fidei aut dolor de peccatis quam aliquis alius actus diversus: *c)* a gratia vero praeveniente seu a Deo, ut per illam tamquam suum instrumentum una cum libero arbitrio influit in eundem actum, habet, ut sit actus supernaturalis specie distinctus ab actu pure naturali. »

Unde habentur 1res influxus. 1res causae partiales ad producendam unam et unicam actionem, nempe influxus Dei per concursum generalem et influxus liberi arbitrii et influxus iterum Dei per gratiam praevenientem. Si enim gratia praeveniens est revera influxus Dei, quo Deus causât *lictum supernaturalem,* quid opus erit alio influxu divino ad causandum *actum naturalem,* eum actus supernaturalis sit *unica actio,* actus unus numero el «lisl.iuct.ns specie ab actu pure naturali ? In unica et eadem actione non dantur *duo actus* distincti specie nec distincti numéro.

VI

Quaedam alia quae difficultatem pariunt.

Molinae « valde difficilis est ad intelligendum molio el applicatio, quam D. Thomas I. q. 105. a. 5. in causis secundis exigit ». (disp. 26.)

Molina « neque intelligere valet » illam aliam etiam physicam motionem el applicationem excellentiorem, quam D. Thomas exigit in ipsa potentia liberae voluntatis ad justificationem : quae quidem excellentissima motio est el vocatur *gratia operans,* cujus quidditas declaratur ab Angelico Ductore I-II. q. 111. a. 2.

Liceat ergo nobis nunc aliqua indicare, quae difficultatem quandam pariunt circa doctrinam Molinae quoad hoc principium fundamentale ipsius Concordiae, se. de auxilio particulari, quod gratia praeveniens nuncupatur. Sit igitur :

Primum : Quomodo influxus seu concursus generalis Dei influit in actum supernaturalem liberum, cum ab ipso influxu actus non habeat magis quod sit assensus credendi aut contrarius fidei, dolor de peccatis aut actus peccaminosus, actus virtutis quam actus vitii ? Influxus Dei generalis juxta Molinam est indifferens ad bonas et ad malas actiones, et actus supernaturalis nequit esse actus malus neque indifferens.

Rursus : Quomodo in actu supernatural! credendi, sperandi, diligendi, cum sit quid simplex ac indivisibile, una pars erit effecta a Deo per concursum generalem et altera a Deo per gratiam praevenientem et altera a libero arbitrio per suum proprium influxum?

Et si respondetur, quod actus est *unicus.* « et 1res habet partes unius integrae causae, a qua emanat *totus :* et a singulis partialitate causae etiam totus emanat, diverso tamen modo » : tunc ergo, si *totus* emanat a Deo influente per concursum generalem, quare non habet ab hoc concursu: 1" quod sit assensus credendi : 2° quod sit supematuralis?

Secundum : Molina *Concord,* q. 14. disp. 37. ait, quod gratia praeveniens est : *a)* « causa efficiens una cum libero arbitrio eorundem actuum » : *b)* « tam liberum arbitrium quam gratia praeveniens sunt causae secundae actuum credendi, sperandi... » : *c)* « liberum arbitrium et gratia illa praeveniens sunt duae partes unius integrae causae actus credendi, sperandi... »: *d)* « gratia praeveniens semper vel tempore vel natura antecedit influxum liberi arbitrii ad actiones suas supernaturales » ; *e)* « est causa principiumque in liberum arbitrium immissum, quo mediante Deus ulterius una cum libero arbitrio influxu ejusdem arbitrii in hujusmodi operationes supernaturales influit ».

1° Si gratia praeveniens est *actio citatis, motus,* qui necessario in ipsa voluntate surgit, velit nolit ipsa voluntas, quomodo *actus* poterit esse : 1° causa efficiens una cum libera voluntate: 2° pars hujus causae efficientis actus credendi et sperandi ?

2° Quando gratia praeveniens praecedit tempore influxum liberi arbitrii : quomodo actualiter influet in actum supernaluralem ipsius liberi arbitrii? Gratia praeveniens est juxta Molinam *motus* voluntatis: et quod non est. actu influere non valet.

3° Quomodo motus necessarius voluntatis poterit esse causa principiumque in potentiam liberi arbitrii immissum? Et quomodo dici potest : « conjunctum ex libero arbitrio et

gratia praeveniente est causa secunda » (disp. 27.), praesertim cum gratia praecedat aliquando tempore et sit quid transiens, utpote *actio vitalis?*

Tertium : Quomodo actio naturalis voluntatis poterit fieri superoaturalis manente eadem numero actione? Actio eadem numero nequit esse distincta specie a semetipsa.

Quomodo actio poterit esse supernaturalis, si non emanat a potentia elevata, sive per habitum sive saltem per physicam motionem, ad eliciendum talem supernaturalem actum?

Quomodo hujusmodi actio, cui Deus se inserit, quamque efficit supernaturalem per hunc suum influxum, poterit dici *necessaria,* cum non sit circa ea. ad quae voluntas hominis de necessitate moveatur?

Quartum : Quomodo gratia praeveniens et operans poterit dici *una* et *eadem* numero cum gratia adjuvante et coopérante, cum altera praecedat etiam tempore determinationem liberi arbitrii et altera subsequatur, cum prima sil praeterea actus *necessarius* voluntatis et altera actus *liber?*

Et rursus : Cum una et eadem numero gratia, quatenus invitat liberum arbitrium ad actus supernaturales, dicatur *praeveniens,* et aliquando etiam tempore ; et quatenus, consentiente jam nostro libero arbitrio, ipsa quoque coope•rans ad eosdem actus vocatur *adjuvans,* quaeritur : ubinam se abscondit iste influxus specialis numero unus et idem, in momento vel instanti quo libera voluntas influit, *agit, operatur* eliciendo consensum?

Quare hujusmodi actus, qui est *consentire* ad donum gratiae justificantis acceptandum, non cadit sub gratia actuali praeveniente nec sub actione Dei. sive influat concursu generali sive influat concursu speciali?

Quo pacto liberum arbitrium creatum *utitur* divino influxu supernatural!; cum revera Deus sil qui utitur sua creatura, et hujusmodi divinus influxus recipiatur tamquam *cis instrumentales* in operativis creaturae potentiis, quarum virtutem propriam elevat el perfici! et applicat ad

agendum? Virtus causae primae vehementius ingreditur in causatum quam ipsa virtus causae secundae.

Et praeterea : Si liberum arbitrium *utitur* gratia actuali, videtur inferri, quod *uszis gratiae* non est a gratia. Habituali gratia utitur homo suo libero arbitrio per gratiam Dei actualem ; at a qua gratia erit *usus* actualis gratiae?

Quintum : Molina *(Concord,* q. 14. disp. 46. et q. 23. disp. 1. memb. 10.) asserit : 1° gratiam praevenientem « operari ex necessitate naturae » : 2° « esse determinata ad unum ». Quomodo ergo tunc gratia praeveniens poterit esse « causa efficiens una cum libero arbitrio eorundem actuum »?

Observatio. — Molina eo ipso, quod in ordine naturae rejecit illam motionem et applicationem, quam D. Thomas exigit in causis secundis, rejicere coactus est etiam doctrinam D. Thomae circa gratiam praevenientem et operantem et circa modum explicandi transmutationem hominis ex statu injustitiae ad statum justitiae: quae quidem nunculiatur *justificatio* impii.

Et quoniam in ordine supernatural! solus concursus simultaneus non caret periculis, quibus abundat Pelagianismus, Molina : 1° advertit esse latissimum discrimen inter concursum generalem et concursum specialem gratiae ; 2° deinde praeter motionem moralem, quam etiam videtur admisisse ipse Pelagius et abs dubio admittebantSemipelagiani, Molina vult et non vult tradere quandam umbram physicae motionis. *Vult:* quoniam affirmat, quod Deus non modo excitat liberum arbitrium perviam intellectus, ex parte objecti, per notitias et illuminationes supernaturales, verum etiam asserit quod : *a)* Deus se inserit motibus ipsis et actionibus voluntatis; *b)* et acuit, incendit hujusmodi voluntatis affectus; *c)* et per suum influxum efficit supernaturales hujusmodi motus seu actus, qui naturaliter e potentia voluntatis emanant. Unde Deus agit et operatui' intra ipsam voluntatem ; et intus agens ei operans movet, excitat, invitat, allicit. At haec motio aliquid plus significare videtur quam motionem pure moralem et solam apprehensionem boni praesentali et oblati voluntati.

Et non cult : quoniam, etsi desideret fugere Pelagium, non tamen ingreditur in vias D. Thomae et Augustini. Non asserit Deum influere in ipsam potentiam liberae voluntatis et aliquid in ipsam efficere, ut in causam ac principium sui actus.

Inde, quod Deus semper se inserat actibus, non ipsi voluntatis potentiae ex qua prodiit actus, efficit aliquid in affectu, sed non in voluntatis potentia, a qua affectus emanat.

Unde doctrina Molinae circa gratiam nihil aliud facit nisi multiplicare ex una parte *concursus simultanées* et ex alia *actus supernaturales,* quos dividit in necessarios ac liberos.

Molina non vult doctrinam Augustini et D. Thomae amplecti ; quapropter, dum intendit a Pelagio recedere, ad Calvinum videtur appropinquare ›.

' In 2. Congreg. *De Auxiliis* coram Clemente VI1L habita die s. julii 1602 in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, P. Lemos respondens ad P. Valentia, Defensorem Molinae, sic dicebat : « Quid prodest solis verbis damnare Pelagium ?... Ipse Molina dicit expresse, quod homini sic conanti, illis conatibus *se Deus inserit;* et quod, positis illis, gratia in manibus nostris ponitur... Fr. Thomas aperto codice Molinae legit tria loca, in quibus dicebat Molina quod Deus illo eodem conatu disponebat hominem, etc. Et alium, quod Deus influebat in easdem notitias. Et tertium, ubi dicitur multoties Deum *se inserere* illis notitiis ...Quod cum negaret Molinae Defensor, dicit Fr. Thomas : Id constat aperte ex disput. 45. § accipe *(Concord.* edit. Antverp. pag. 184) ; ubi ordinem horum actuum constituit. »

‹ Tunc Pontifex Summus dixit : *Molina dicit quod Deus se inserit conatibus, non qui nondum sunt, sed qui prius facti sunt ab homine.* »

‹ Tunc Molinae Defensor ad aliud divertens dixit etiam Ecclesiam dicere in Hymno de Spiritu Sancto : *Dignare promptus ingeri.* Ergo etiamsi Molina dicat, quod *Deus se inserit,* utitur verbis Ecclesiae. Ad haec dixit Fr. Thomas : Ecclesia dicit dc Spiritu Sancto quod hominibus se inserit, *incipiendo omnino, mediando, finiendo* et *consummando.* At vero Molina cum Cassiano, cujus expressam in hoc tenet sententiam, dicit se Deum inserere homini prius operanti, et hoc ex certa lege, ut sic *Deus* sit *subsequens,* et *homo incipiens.* Iterurn dixit Molinae Defensor, quod Ecclesia de Spiritu Sancto dicebat : *Promptus ingeri.* Tunc iterum Fr. Thomas dicit :

Modo quo utitur Molina, non utitur Ecclesia, sed solus Cassianus damnatus per Ecclesiam. ›

‹ Tunc Summus Pontifex dixit : Cassianus hoc dixit quod Molina. »

‹ Sic ergo convictus in omnibus istis Molinae Defensor dixit quod S. Augustinus loquens de sua conversione, cum iret ad B. Ambrosium, asserebat, quod Deus se intromitteret suis cogitationibus. Et addidit, quod ipse ibat ex curiositate, et tamen quod Deus se inserebat. Tunc dixit Fr. Thomas : Vide quid dicas, et quam impiam blasphemiam proferas, dum dicis quod Deus se inserit auxiliis gratiae actui curioso et peccato : sed legat ubi S. Augustinus hoc dicat. Et cum hoc dixisset Fr. Thomas, legit Defensor Molinae, et coram omnibus constitit S. Augustinum non dicere quod suis cogitationibus a se inceptis Deus se inserebat. Tunc subintulit Fr. Thomas : Jam ergo constat Molinam dicere Deum se inserere notitiis ab homine inceptis, sicut dixit Cassianus. » Haec Fr. Thomas de Lemos, *Acta omnia Congreg. ac Disput. De Auxil.* Cong. 2.

Vide etiam circa hanc Molinae doctrinam, quae supra manent ostensa et declarata *Part. Prim.* q. 1. a. 3. et a. *4.* et *Epilog. fV.* Coroll. 5. pag. 718.

'P'W'·'

CAPUT QUINTUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Tertium principium Concordiae : Scientia media.

1

PRAENOTANDA

Primo : Scientia media est lapis angularis Molinianae Concordiae. — Totius doctrinae a Molina in libro suo *Concordiae* explicatae basis ac fundamentum principale existimatur esse scientia media, cujus quidditas, proprietates ac characteres supra[1] ex ipso libro *Concord,* q. 14. disp. 52. declarata manent. Per hanc siquidem scientiam cuncta arbitrantur Molinistae in pace atque harmonia perfecta componere: etenim et divinae scientiae certitudo in securo consistit, et simul integritas libertatis creatae evidenter servatur. Quapropter Molina ipse nos admonet ut : « triplicem scientiam oportet distinguamus in Deo, nisi periculose in concilianda libertate arbitrii nostri et contingentia rerum cum divina praescientia hallucinari velimus... Satis arbitror esse perspicuum libertatem arbitrii nostri et contingentiam rerum cum divina praescientia apprime convenire. » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52. 2) De ratione autem hujus.

1 *De Concordia Molinae* cap. 1. *Quot et qualia sint principia fundamentalia Concordiae.*

2 P. Billot *De scientia Dei* scribit: « Molinam nusquam somniasse

de qua agitur, scientiae est occupare locum medium inter alia duo extrema, in quae scientia Dei traditur divisa. At eum Dei scientia multipliciter dividatur in duo extrema, nam « unumquodque potest per se dividi secundum id quod in ejus ratione continetur » (I-LI q. 95. a. 4.), oportet determinare exacte locum medium hujus scientiae inter alia duo extrema contenta in singulis divinae scientiae divisionibus, ut punctum quaestionis acu tangatur et absque ulla ambiguitatis umbra appareat plane manifestum. Quod ut facilius capiatur, quae subsequuntur sunt praenotanda.

Secundo : Quomodo scientia Dei dividi possit. — Primo namque, scientia Dei in se considerata est ipsamet Dei substantia, quoniam intelligere Dei est ejus essentia et ejus esse. In Deo enim intellectus, intelligens, id quod intelligitur, species intelligibilis et ipsum intelligere. sunt omnino unum et idem. Unde ex hac parte nulla datur multiplicitas nullaque distinctio in scientia Dei. (I. q. 14. a. 4.>

Deinde : Deus cognoscit se et alia a se cognitione propria ac perfectissima, certitudine absoluta atque claritate infinita; et cognoscit omnia quae sunt, et eo modo quo sunt, in ipsamet sua divina essentia. Quaecumque sunt el quocumque modo. Deus scit omnia ; nec ab alio accipit scientiam, aut rerum notitiam mendicat. Unde nec ex hac parte scientia Dei cadit sub divisione.

Porro ; Divisio ergo divinae scientiae se habet ex parte, objecti seu ex diversa habitudine vel relatione, quam res scitae a Deo dicunt ad scientiam Dei. Unde :

a) *Prima* divisio divinae scientiae est in *speculativam lanium* et in *speculativam simul ac pradiram.* Deus enim

id quod quandoque ei imponitur; quasi nimirum sibi proposuisset reddere obvia intellectui humano ea quae pertinent ad divinam praescientiam et conciliationem ejus cum nostra libertate. X Arbitrari enim aliquid esse perspicuum, est plus quam illud somniare. Infra cap. 7. audiemus Molinam loquentem et videbimus eum somniantem id ipsum quod ei imponitur.

«le seipso habet scientiam speculativam tantum ; ipse enim operabitis non est. De omnibus vero aliis habet scientiam et speculativam et practicam. sicut D. Thomas declarat 1. q. 14. a. 16.

b) *Secunda* divinae scientiae divisio est in *scientiam approbationis* et *scientiam improbationis.* Scientia enim Dei est causa rerum secundum quod habet voluntatem conjunctam. Unde scientia Dei secundum quod est causa rerum, consuevit nominari scientia approbationis. Mala vero licet a Deo non sint operabilia, tamen sub cognitione practica ipsius cadunt, sicut et bona, in quantum permittit vel impedit vel ordinat ea. Et de malis de ac peccatis, quae Deus cognoscit, sed quorum non est causa (nam horum solum potest causa esse aliquid deficiens, non efficiens, ut creatura et ipsius voluntas), dicitur Deus habere scientiam improbationis. (1. q. 14. a. 8. et 16.)

e) *Tertia* autem divinae, scientiae divisio est in *scientiam risionis* et in *scientiam simplicis intelligentiae.* Etenim, ■cum Deus sciat omnia quaecumque sunt quocumque modo, illorum quae sunt simpliciter, quae actu sunt, quae ad existcntiam vocantur in aliquo momento temporis, dicitur Deus habere scientiam visionis; illorum vero, quae nec luerunt nec sunt nec erunt, sed sunt tantummodo in potentia vel ipsius Dei vel creaturae, dicitur habere scientiam simplicis intelligentiae. (I. q. 14. a. 9.)

d) *Quarta* denique divinae scientiae divisio est in *scientiam necessariam* et *scientiam liberam.* Scientia enim Dei est causa rerum, voluntate adjuncta. Unde non oportet, quod quaecumque scit Deus, sint vel fuerint vel futura sint; sed solum ea quae vult esse vel permittit esse. Unde in scientia Dei est quod omnia possibilia, id est, rationem entis habentia, esse possint; el in scientia Dei adjuncta voluntate est quod non modo esse possint, verum quoque quod sint. In quantum ergo consideratur scientia Dei sine actu suae liberae voluntatis, scientia Dei vocatur necessaria; in quantum vero consideratur cum actu liberae divinae voluntatis conjuncta, nominatur libera. (1. q. 14. a. 8. el 9.)

Tertio : Quid sit scientia media. — Nunc ergo poterit quaeri, utrum cadat scientia media, an non, inter duo extrema uniuscujusque praedictae divisionis. Proprie et rigorose loquendo, videtur quod non. Fundamentum enim primae divisionis est quod res scibilis sitne an non operabitis; et inter esse et non esse operabile a Deo. non datur medium.

Similiter, fundamentum secundae divisionis est quod res scibilis sit aut non sit a Deo causata; et inter esse et non. esse causatum a Deo, non datur medium.

Pariter, fundamentum tertiae divisionis est quod res scibilis sit in actu vel non sit in actu, existât aut non existai ; et inter existere et non existere non datur medium.

Et denique,fundamentum quartae divisionis est quod res scibilis sit vel non sit ante actum liberum divinae voluntatis :. et inter esse ante actum liberum divinae voluntatis et non esse nisi post hujusmodi actum, non datur medium.

Attamen, si vis fiat in verbo, potest dari scientia media inter scientiam speculativam tantum et scientiam speculativam et practicam. Nam mala in se non sunt operabilia a Deo, ac proinde non cadunt sub scientia practica Dei sicut bona : dicuntur tamen operabilia secundum quid, in quantum sc. vel permittuntur vel ordinantur a Deo. Unde ex hoc diverso modo, quo bona et mala cadunt sub scientia practica Dei, nihil obesi quin inducatur quaedam scientia inedia practica.

Similiter potest induci quaedam scientia media inter scientiam approbationis et reprobationis. Mala enim, quorum. Deus non est causa, se habent in duplici differentia, nempe ; malum in rebus voluntariis et malum in rebus naturalibus^ et ideo malum habet causam deficientem aliter in naturalibus et aliter in voluntariis. Consequenter diversa quoque est habitudo mali ad causam primam vel permittentem vel impedientem vel ordinantem mala, quae Deus non operatur. Unde ut D. Thomas explicat 1. q. 49. a. 2. : « Deus in rebus causando bonum ordinis universi, ex consequenti et quasi per accidens causât corruptiones rerum... Deus est auctor· mali quod est poena, non autem mali quod est culpa. »

Pari etiam modo aliquid medium potest induci quasi subdividendo utrumque extremum divisionis in scientiam simplicis intelligentiae et scientiam visionis. Nam potest dici, quod scientia visionis in Deo est duplex : naturalis et necessaria una, nimirum visio divinae essentiae; libera altera, sc. visio intuitiva creaturarum. Et ita quoque scientia simplicis intelligentiae ; una nempe naturalis ac necessaria, quae circa mere possibilia versatur; altera autem libera, quae versatur circa futura conditionata sive futuribilia.

Unde si quaeratur : Daturne scientia media inter scientiam speculativam et speculativam simul ac practicam? Nullum esi inconveniens, quoniam alio modo cadunt sub practica Dei cognitione bona et mala. Daturne scientia media inter scientiam approbationis et reprobationis? Nullum videtur inconveniens, quia aliter refertur ad voluntatem divinam malum naturale et malum voluntarium, malum poenae el malum culpae. Daturne scientia media inter scientiam visionis et simplicis intelligentiae? Neque hic ullum adinvenitur inconveniens; etenim potest appellari simplicis intelligentiae scientia, quae versatur circa objecta pure possibilia; et visionis scientia, quae respicit futura absoluta; et scientia media. quae respicit futura conditionata, quae quidem nec mere possibilia sunt nec absolute futura, sed medio modo se habent.

Sic sumpta scientia media erit fortasse plus minusve fundata, plus aut minus scientifica ratione philosophici fundamenti, quare media inducatur inter duo extrema divisionis scientiae divinae; sed admittatur in hoc sensu vel prorsus rejiciatur, si ita placet, non propterea digladiabimur.

Quarto : Delinitur sensus controversiae. — Quaestio itaque circumscribitur ad scientiam mediam introductam inter duo extrema quartae divisionis divinae scientiae, nimirum : Utrum sit admittenda scientia media inter scientiam Dei necessariam sive naturalem et inter scientiam Dei liberam. Unde de ratione hujus scientiae, de qua agitur, est occupare locum medium inter scientiam mere naturalem et scientiam mere liberam. Ita Molina in libro *Concord,* q. 14. disp. 52. ;

« Triplicem scientiam oportet distinguamus in Deo. nisi periculose in concilianda libertate arbitrii nostri cum divina praescientia hallucinari velimus. Unam mere naturalem... Aliam mere liberam... Tertiam denique mediam scientiam... » El q. 23. disp. 1. memb. ult. : «Est praescientia illa media inter scientiam Dei liberam et mere naturalem. »

Ac cum in Congregationibus *De Auxiliis* disp. 35. coram Clemente VIIL, in qua tertio de scientia media est disputatum quaesitumque : num Deus futura conditionala ante vel tantum post suae decretum voluntatis certo cognosceret, unus ex Patribus Societatis Jesu ajebat : « non dicimus nisi dari scientiam mediam inter scientiam simplicis intelligentiae et visionis » : statim P. Thomas de Lemos, Ordinis Praedicatorum. respondit : « Pater, tota quaestio substantialis contra Molinam est : an detur media scientia inter scientiam mere naturalem et scientiam liberam in Deo: quae media scientia antecedat omnem actum in Deo, nempe actura liberum divinae voluntatis. Haec est substantialis quaestio. Et hanc scientiam dicimus esse impossibilem...... Tunc P. Salas (e Societate Jesu) concessit ita Molinam dicere et hanc esse substantialem quaestionem. »

Definito itaque vero sensu controversiae. inquirendum nobis restat de scientia media :

1° *Utrum sit:*

2° *Utrum esse possit.*

11

CONCLUSIO 1.

Sine rationabili ullo fundamento introducta est a Molina scientia media inter scientiam Dei naturalem et scientiam Dei liberam.

Arg. 1u"'. — Primum fundamentum ad introducendam scientiam mediam inter scientiam Dei naturalem sive necessariam et scientiam liberam assumitur ex ipsa Sacra Scrip-

lura, in qua manifeste traditur Deum cognoscere quaedam futura conditionata sive futuribilia; et cognoscere proinde quid homo pro innata sua libertate acturus esset, si in hoc vel illo rerum ordine collocatus fuisset, cum tamen homo posset, si vellet, facere oppositum. Sic Deui. 7, 3-4 : «Neque sociabis cum eis conjugia. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies lilio tuo; quia seducet (ilium tuum, ne sequatur me, et ut magis serviat diis alienis. » IIT Reg. 11, 2-3 : « De gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israël : Non ingrediemini ad eas. neque de illis ingredientur ad vestras; certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardenlissimo amore..... et averterunt mulieres cor ejus. » Similiter I Reg. 23, 12 : « Si tradent me viri Geilae et viros qui sunt mecum in manus Saul? Et dixit Dominus : Tradent. » Et TV Reg. 13. 19 : « Si percussisses quinquies aut sexies sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem ; nunc autem tribus vicibus percuties eam. »

Atque in Novo Testamento exempla quaedam illustria etiam adducuntur. Illud in primis Math. cap. 11. el Luc. cap. 10. : « Vae tibi Gorozain, vae libi Bethsaida; quia si in Tyro el Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere sedentes poeniterent. » Et rursus. Math. 24, 22 : « Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur. »

En quidem fundamentum primum pro scientia media stabilienda! Ex praedictis el aliis hujusmodi recte, infertur esse quaedam, quae medio modo se habent inter mere possibilia et absolute futura, nempe futura conditionata, quae conditio si apposita fuisset, revera lièrent el futura absoluta evasissent. Consumpta enim fuisset Syria usque ad consumptionem, juxta dictum Elisaei, si rex Israël percussisset quinquies aut pluries. Poenitentiam quoque egissent habitantes Tyri et Sidonis, si in Tyro el Sidone factae fuissent virtutes, quas Christus Dominus fecit in Gorozain et Bethsaida. Haec enim omnia revera ita essent, ita fuissent; et Deus certo illa sciebat. Sciebat profecto in quam partem se flecterent

pro sna libera voluntate el viri Geilae et incolae Tyri el Sidonis.

At quid inde Potestne exinde inferri existentia scientiae mediae? Sciebat quidem Deus quid viri Geilae el Sidonis pro· sua innata libertate acturi essent, si in illis vel aliis rerum circumstantiis vel ordinibus collocarentur: verumtamen nec Molina nec Molinistae legitime concludunt ad scientiam mediam introducendam inter scientiam Dei necessariam el scientiam liberam, usquequo ex ipsa Sacra Scriptura ostendant Deum haec futura conditionata certo sciro, ante omnem liberum actum suae divinae voluntatis.

Arg. 2||'". — Alterum autem fundamentum pro existentia scientiae mediae demonstranda sumitur ex SS. Patribus, quorum praecipua testimonia affert ipse Molina in libro *Concord,* q. 14. disp. 52.

a) S. Justinus Martyr, loquens de proditione ,Indae, *tiuaest. et resp. ad Christ,* q. 58. : « Non causa ejus, quod futurum est- praenotio ; sed, quod futurum est, praenotionis. Neque enim praenotionem sequitur quod futurum : sed quod futurum est. praenotio. Ita fit, ut non Christus proditionis causa sit. sed proditio causa est. Domini praenotionis. »

b) Damascenus in *dialogo adversus Manichaeos,* loquens de peccato diaboli : « Quod praescientia, inquit, diabolo· minime causa fuerit cur malus fuerit, hinc constat. Nam nec medicus, dum futurum morbum praenoscit, morbo causam affert. Verum morbi quidem causa in praepostera et immoderata vitae ratione consistit; al medici praenotio eruditionis, ipsius est argumentum: praenotionis autem causa esi. quod ita futurum erat. »

c) Chrysostomus *Homilia 60. in Math,* loquens de scandalis : « Non quia futura, inquit, scandala praedixit, idcirco eveniunt : sed quoniam omnino ventura erant, idcirco praedixit. Non enim fierent, si nollent ea excogitare nequam homines atque pestiferi: quod si ventura non fuissent, nec ipse futura praedixisset. »

d) Hieronymus *in Is.* cap. 16. : « Non. inquit, quod.

praescientia Dei causam vastitatis attulerit, sed quod vastitas futura Dei majestati praenota sit. » Et in illud *Ezech.* <-,ap. 2. : « Non quia illa ventura cognoscit, necesse est nos facere quod ille praescit ; sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille novit futurum, quia Deus est. » Et *III. Dialog, advers. Pelag. :* « Non ideo peccavit Adam, quia Deus hoc futurum noverat; sed praescivit Deus, quasi Deus, quod ille erat propria voluntate facturus. »

e) Augustinus *V. De Civitate Dei* cap. 10. : « Neque enim ideo peccat homo, quia Deus illuni peccaturum praescivit: imino ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia ille, cujus praescientia falli non potest, ipsum peccaturum esse praescivit, qui, si nolit, omnino non peccat : sed si peccare noluerit, etiam hoc ille praescivit. » [1].

f) Cyrillus *IX. in Joh.* cap. 10. : « Quoniam ita nonnulli sponte facturi erant, idcirco praescius Spiritus Sanctus futura praedixit. »

g) Leo Magnus Papa Serm. *16. de pass. Christi :* « Non impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit : non praesciendo quod faciendum esset, egit ut fieret. »

h) Origenes *VIII. in epist. ad Hom.* in illud cap. 8. : *Quos*

1 Ex his verbis S. Augustini infert P. Pesch S. J. *De Deo Uno* part. 3. sect. 3.: « Pro nostra sententia (scientiae mediae) sufficiat in memoriam revocare dictum, quod saepe repetit Augustinus : actionem liberam non ideo futuram esse, quia Deus praescivit; sed ideo Deum praescire, quia futura est. » 1° S. Augustinus non ait: actionem liberam, sed hominem peccare, quod est deficere in actione libera a recta ratione agendi; 2° S. Augustinus non ait. : Deum praescire hominem peccaturum esse, quia futurum est ; sed hominem non ideo peccare, quia Deus praescivit. Unde S. Augustinus tantummodo asserit : *a)* praescientiam Dei non imponere necessitatem ; *b)* praescientiam Dei non esse causam malae voluntatis, id est peccati. Etenim, ut ipse S. Doctor *XII. De Civit. Dei* cap. 7. ait : « Causam malae voluntatis non esse quaerendam. » At alia quaestio est, cum agitur de bona voluntate, de actione, de entitate. Unde S. Augustinus V. *De Civit. Dei* cap. 9. : « Voluntates nostrae tantum valent, quantum Deus eas valere voluit atque praescivit. » XV. *De Trinit.* cap. 13. : « Universas creaturas, et spiritales et corporales, non quia sunt, ideo novit Deus ; sed ideo sunt, quia novit. »

praescidit etpraedestinavit, ait : « Non propterea erit aliquid, quia id Deus scii, futurum ; sed quia futurum est, scitur a Deo antequam Qat. Nam etsi v. g. fingamus Deum non praescire aliquid, futurum sine dubio erat quod est, ita ut est. ut puta .Judas proditor factus est, et hoc ita futurum prophetae praedixerunt. Non ergo quia prophetae praedixerunt, idcirco prodidit Judas; sed quia futurus esset proditor, ea quae ille ex propositi sui nequitia gesturus erat, praedixerunt prophetae : cum utique Judas in potestate habuisset, ut esset similis Petro et Johanni, si voluisset. »

Tale est secundum fundamentum pro existentia scientiae mediae affirmanda. Attamen Patres et Doctores Ecclesiae loquuntur : 1" de peccatis et de malis, sc. de proditione •Indae: de malitia Judeaorum in traditione Christi ad mortem ; de peccato diaboli ; de lapsu Adami et de scandalis ; 2" asserunt praescientiam Dei non imponere necessitatem omnibus his malefacientibus : etenim, non obstante Dei praecognitione, tam diabolus quam Adamus, tam Judas quam Judaei el omnes, per quos scandalum venit, libere faciunt et pro innata sua libertate operantes deficiunt operando; 3ft docent praescientiam Dei non esse causam proditionis Judae, nec malitiae Judaeorum, nec casus diaboli, nec. lapsus Adami, nec malae voluntatis scandalum facientium.

Haec omnia verissima sunt; sed ex his omnibus minime sequitur dari in Deo scientiam mediani inter scientiam necessariam et scientiam liberam, usquequo Molina el Molinistae valeant etiam ostendere testimonio ipsorum PP. et DD. : b'Deuni praescire haec omnia ante omnem liberum actum voluntatis divinae hujusmodi mala permittentis : 2° Dei praescientiam non esse causam bonorum operum et actuum virtutis, quos praenoscit; verbi gratia : conversionis S. Petri, perseverantiae bonorum angelorum, poenitentiae Adami, et bonae voluntatis omnium benefacientium.

Observationes. — *Prima :* Verba S. Justino Martyri attributa non esse illius, sed cujusdam scriptoris Pelagianismi erroribus imbuti, ad quem pertinet liber Quaestionum citatus.

Secunda : Verba Origenis, ex quibus fortasse poterit inferri illum scientiam mediam propugnasse, fuisse ,jam sibi objecta atque in bono sensu explicata a D. Thoma I. q. 14. a. 8. ad 1. et *De Verit.* q. 2. a. 14. ad I. Et dico fortasse: quoniam nihil obstantibus et quod D. Thomas in bonum sensum verba illius interpretatur, et quod ipse Origenes etiam apponit exemplum de proditione Judae, attamen : 1" videtur stabilire principium generale : Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum etc., cui innititur scientia media; et 2° addit. : « Ut autem scias non in praescientia Dei unicuique salutis causam poni, sed in proposito et actibus suis », quamvis tamen non affirmet in solo proposito nec in solis actibus, nec negat hoc ipsum propositum esse effectum etiam voluntatis Dei. Quomodocumque sit, tantummodo inferre licebit : 1° quod Origenes edocuit aliquid simile scientiae mediae : 2° quod Molina accepit ab Origene suam scientiam mèdiam sicut et alia principia suae Concordiae, ut infra patebit.

Tertia : Scientia Dei non esi causa mali, sed esi causa boni, per quod cognoscitur malum. Per hoc ipsum quod Deus cognoscit bona, cognoscit etiam mala; sicut per lucem cognoscuntur tenebrae. Malum non est per se cognoscibile, quia de ratione mali est quod sit privatio boni. Et sic nec definiri neque cognosci potest nisi per bonum. (I. q. 14. a. 10.) Scientia autem Dei est causa rerum secundum quod habet voluntatem conjunctam, (ibid. a. 8.) Unde etiam S. Augustinus *V. De Civitate Dei* cap. 9. : « Qui non est praescius omnium futurorum, non est utique Deus. Quapropter et voluntates nostrae tantum valent, quantum Deus eas valere voluit atque praescivit; et ideo quidquid valent, certissime valent ; et quod facturae sunt, ipsae omnino facturae sunt, quia valituras atque facturas ille praescivit, cujus praescientia falli non potest. » Praescientia itaque Dei non est de futuris, sive absolutis sive condilionatis, nisi post actum liberum divinae voluntatis. Voluntates nostrae tantum valent, quantum Deus eas valere voluit atque praescivit. Praescientia haec habet conjunctam voluntatem, et ad actum

voluntatis, quod est decretum divinum, sequitur. *Volui! atque praesci'r>it,* ail S. Augustinus.

Arg. 3""l. Tertium vero fundamentum pro existentia scientiae mediae asseveranda sumitur ex testimonio quorundam PP. el DD. qui dicunt Deum non determinare voluntatem creaturae rationalis ad agendum, ac proinde nec reduci de potentia ad actum per physicam praemotionem ; atque ita ante omnem actum liberum divinae voluntatis Deum praevidere in quam partem sese inflectat voluntas creata suis solis viribus, si in his vel in illis rerum circumstantiis creatura rationalis collocaretur. Sic S. Job. Damascenus *II. De. Orth. fuie* cap. 30. : « Deus omnia praescit, sed non omnia praefinit. Illud scire interest Deum omnia quidem praescire, sed non omnia praefinire. Praescit enim ea, quae in nostra potestate sunt ; at non item praefinit.» Similiter S. Gregorius Nyssenus vel Nemesius in libro *De homine :* « Providentia est eorum quae non sunt in nobis ; non autem eorum quae sunt in nobis. » Cui consentire videtur ipsa S. Scriptura Eccli. 15,14 : « Deus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilii sui. »

Si ergo Deus non physice movet voluntatem hominis el applicat ad operandum ; si Deus non praedefinit actus humanos, sed relinquit illos in manu consilii hominis : recte videtur concludere Molina in libro suae *Concord,* q. 14. disp. 53. memb. 3. : « Nos vero censentes errorem esse in lide tales constituere Dei praefinitiones et concursus, qui integrum non relinquant arbitrio, in instanti, in quo elicit actum non malum, illum non elicere, immo et dissentire si velit, consequenter dicimus :

a) Certitudinem totam divinae scientiae, qua actus tam bonos quam malos arbitrii creati absolute futuros esse praenoscit, non provenire ex solis praefinitionibus conferendi auxilia et concursus; quoniam, eis nihil impedientibus, potest arbitrium se inflectere in partem contrariam.

b) Sed provenire ex scientia media, qua ante omnem actum suae voluntatis cognovit in quam partem arbitrium

pro sua libertate se esset flexurum ; per eamque scientiam dicimus Deum certo cognoscere omnia.

c) Certitudinem vero scientiae illius mediae provenire dicimus ex altitudine illimitataque perfectione intellectus divini. ‹pia certo cognoscit quod in se est incertum : idque eminenlissima comprehensione, in divina sua essentia, cujuscumque arbitrii, quod sua omnipotentia creare potest. »

Verumtamen scientia media etiam caret hoc tertio fundamento. Nam : 1° D. Thomas I. q. 23. a. 1. ad 1. el *IU. ('. Geni.* •cap. 9(1. expresse declaravit omnia verba praedicta tam SS. PP. quam Sacrae Scripturae ita esse exponenda atque intelligenda, nempe : « ut intelligatur ea, quae sunt in nobis, divinae determinationi non esse subjecta quasi ab ea necessitatem accipientia... Damascenus nominat praedelerminalionem impositionem necessitatis, sicut est in rebus naturalibus, quae sunt praedeterminatae ad unum. Quod palet οχ eo quod subdit : Non enim vult malitiam neque compellit virtutem. »

2° Praefinitiones divinae conferendi auxilia et concursus non modo non impediunt liberum arbitrium creatum se inflectere in unam vel alteram partem, sed adjuvant et complent ipsammet liberi arbitrii virtutem : 1° ut agat: 2° ut libere agat : 3° ut bene agat. Unde tota ista Molinae theoria totusque ipsius timor quod liberum arbitrium creatum succumbat oppressum sub actu divinae voluntatis qui est decretum. •I sub physica Dei motione quae est exsecutio divini decreti, oritur ex praepostero conceptu tam divinarum praedefinilionum quam ipsius physicae praemotionis : ac consequenter ex praepostera idea, quam Molina sibi efformavit de causa prima qui est Deus, et de causa secunda qui est homo agens per suum liberum arbitrium.

3° Unde Molina debet ante omnia probare quaecumque sunt in potentia liberi arbitrii creati habere rationem *entis,* rationem proinde *cognoscibilis ac veri,* ante omnem actum liberum divinae voluntatis. De altitudine divini intellectus nemo dubitat ; de eminenlissima comprehensione omnium quae sunt, quocumque modo sunt, in sua divina essentia

nemo quaerit, cum per se sit manifestum; nam aliter Deus non esset Deus. Quod non omnibus est notum et probatione indiget, est manifestare liberum arbitrium creatum transire do potentia in actum ante omnem actum liberum divinae voluntatis. De hoc quaeritur.

4° Quoad divinas praefinitiones et physicam Dei praemotionem optimum erit mente recolere doctrinam D. Thomae *De diu. nom.* cap. 5. lect. 3. : « Quae quidem praedefinitiones et voluntates sunt distinctivae entium et effectivae ipsorum ; qiiia secundum hujusmodi rationes supersubstantialis Dei essentia praedeterminavit omnia et produxit. » Unde non tantummodo relinquunt integrum arbitrio se inflectere in quod voluerit, sed etiam conferunt hoc ipsum quod est sese libere et recte et honeste agere, velle, consentire, eligere, exsequi atque imperare. Et ut ipse D. Thomas docet *II. Sent.* dist. 37. q. 1. a. 2. ad 5. : « A se non habent (libere agentia) quod agant, sed a primo agente, quod eis et esse et posse et agere confert. » Et ibid. q. 2. a. 2. ad 3. : « Utrumque enim agenti influit, et ut agat et ut bene agat. »

Arg. 4u,n. — Quartum denique fundamentum pro existentia scientiae mediae asserenda sumitur ex ratione; quod quidem sic explanatur a P. Kleutgen in suis *Instit. theol.* q. 3. *De scientia Dei* cap. 2. a. 10. :

« Thesis : Jure optimo scientia, qua Deus sub conditione futura novit, ab aliis quae nominari solent scientiis distincta et proprio nomine insignita est. Contingit sacpenumero, ut inter duo extrema inveniatur medium, quod utriusque extremi aliquid participat; atque ideo cum fit divisio, nunc quidem ad alterutrum extremorum reducitur, nunc autem ut tertium divisionis membrum ab extremis distinguitur proprioque appellatur nomine. Jam vero universa, quae cognosci possunt, dividuntur in ea quae actu sunt, et ea quae actu non sunt, esse tamen possunt. Inter haec autem vehit in medio posita sunt sub conditione futura. Actu enim non sunt; hoc commune iis est cum mere possibilibus; actu tamen essent, si conditio aliqua impleretur, quod de mere

possibilibus dici non potest. Nec possibilia nec hypothetico futura in seipsis, sed tantum in causis suis sunt; at hypothetice futura ita sunt in causis, ut posita conditione, certissime inciperent extra causas in seipsis esse, haud secus atque ea quae actu sunt vel erunt. Cum igitur divisio illa divinae scientiae in simplicem intelligentiam el visionem secundum diversitatem objecti fiat, scientia, qua Deus hypothetice futura cognoscit, ad alterutram referri potest, quia utriusque objecti aliquid participat; sed cum accuratior distinctio quaeritur, recte etiam ab utraque ut tertia discernitur. » Hactenus Kleutgen.

Quid inde Ergone datur scientia media inter scientiam Dei necessariam et scientiam Dei liberam ? Jure optimo scientia, qua Deus sub conditione futura novit, potest dici, si placeat, media inter scientiam simplicis intelligentiae et scientiam visionis ; eo ipso jure, quo futura sub conditione velul in medio posita sunt inter mere possibilia et absolute futura. At inierim dum Molinistae non ostendant hujusmodi futura sub conditione esse conditionate futura ante omnem actum liberum divinae voluntatis, nullum jus optimum adesi ad introducendam scientiam mediam inter scientiam Dei necessariam et scientiam liberam.

Nihil ad quaestionem refert, utrum admittenda sit scientia media inter scientiam visionis ac simplicis intelligentiae ; vel utrum sit an non adaequata hujusmodi divisio; vel utrum detur duplex scientia visionis, libera altera, altera necessaria; haec nimirum visio divinae essentiae, illa, visio intuiliva creaturarum; et similiter, utrum detur etiam duplex scientia simplicis intelligentiae, libera altera, altera necessaria; haec nimirum mere possibilium, illa futurorum condilionatorum. Quidquid circa hoc dicatur, quaestio est de nomine. Quaestio autem substantialis est vel affirmare vel negare futura haec condilionata habere rationem futuri sub conditione indepcndenter a decreto Dei actuali : habere rationem *scibilis, veri, entis,* ante omnem actum liberum divinae voluntatis.

« Triplicem scientiam, ait Molina : unam mere natura-

lem... aliam mere liberam... tertiam denique mediam scientiam... tum quia antecedit omnem liberum actum voluntatis divinae, tum etiam quia in potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud quam reipsa sciverit. » (disp. 52.) Haec est substantialis quaestio. Hanc scientiam dicimus esse absque jure, absque fundamento a Molina introductam ; immo illam pronuntiamus impossibilem atque ad absurda ducentem.

III

CONCLUSIO 2.

Rejicienda est illa scientia, quam Molina introduxit mediam inter scientiam Dei necessariam seu naturalem et scientiam Dei liberam ; etenim aufert a Deo :

a) Rationem causae primae tam in esse naturae quam in esse gratiae ;
b) Rationem primi liberi, ac proinde divinae libertatis ;
c) Supremum dominium Dei in nostras voluntates ;
d) Certitudinem divinae scientiae ;
e) Perfectionem divinae scientiae.

Aufert a Deo rationem primae causae tam in ordine naturae quam gratiae. — 1° namque : Quoniam per hanc mediam scientiam Deus videt non quod ipse facturus est ut faciat homo, si in tali ordine rerum constituatur : sed quod ipse homo ex se facturus est, Deo simul influente per concursum generalem, quo Deus concurrit subsequens ad ipsam determinationem hominis ad agendum. Unde per hanc mediam scientiam Deus videt hominem in illa sua operatione, qua pro sola sui arbitrii innata libertate se inflectit in unam vel alteram partem, a prima causalitate non dependere. Nam Deus hoc praecognoscit ante omnem actum liberum suae divinae voluntatis.

2" Quia in systemate scientiae mediae, causae secundae

sc movent, non niolae a prima; de potentia transeunt ad actum absque eo quod reducantur a prima. Prima enim causa dat quidem virtutem agendi causis secundis, et conservat; at non influit in actionem ea ex parte qua a potentia operativa dimanat, sed in actionis terminum atque in effectum. Causa prima confert virtutem causis secundis, sed non complet, non applicat actioni, non conjungit ipsas cum propriis ipsarum effectibus.

3° Quia, etsi in ordine supernaturali Molina admittat influxum sive auxilium speciale, quod gratia praeveniens nuncupatur, attamen nec in ipso ordine supernatural! Deus per suum influxum movet, applicat ac reducit potentiam libérai* voluntatis ad agendum ; sed tantum invitat, allicit, pulsat. Et deinde exspectat, quod homo per suum liberum arbitrium se determinet ac sese inflectat in unam vel alteram partem oppositam. Unde tam in esse naturae quam in esse gratiae determinatio creaturae, transitus de potentia in actum, initium actus divinam causalilatem subterfugit. Nec per gratiam praevenientem nec per concursum simultaneum Deus efficit hanc conjunctionem potentiae voluntatis cum actu, virtutis activae liberi arbitrii cum suo proprio effectu. Deus non efficit; praevidet dumtaxat.

4° Per scientiam mediam supponitur Deus cognoscere aliquid, ad quod non se extendit sua virtus, se. determinationem liberi arbitrii creati ad hoc vel illud eligendum. Ergo virtus Dei non se extendit ad omne quod est quocumque modo in rebus vel esse potest. Ergo scientia media aufert a Deo rationem causae primae.

Aufert a Deo rationem primi liberi et primi volentis. — 1° namque : Quia aufert ab ipso rationem primae causae et primi motoris. Scientia enim Dei est causa rerum secundum quod habet adjunctam voluntatem. Sublata itaque ratione primae causae efficientis, eo ipso tollitur ratio primae voluntatis.

2° Quia, docente Molina, de essentia scientiae mediae est : 1° quod « antecedit omnem liberum actum voluntatis

divinae » : 2® quod « in Dei potestate non fuit sein* per eam scientiam aliud quam re ipsa sciverit ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52.)

3° Quia Deus exspectat consensum et determinationem voluntatis creatae antequam Voluntas Increata quidquam decernat vel definiat; atque antecedenter ad omnem suum decretum, ad omnem actum liberum suae divinae voluntatis, homo vult, decernit ac determinat.

'i° Quia, consequenter ad haec, si in Dei potestate non est scire aliud quam re ipsa scit, ergo nec in sua voluntate impedire ea, quae Deus ipse praevidet antecedenter ad omne suum decretum. Unde si apponatur conditio, quod se, David maneat in urbe Ceila, non est in potestate Dei captivitatem David impedire. El sic de omnibus aliis. Scientia itaque inedia tollit a Deo rationem primi liberi, de cujus natura est esse primum volens, primum eligens ac primum determinans.

Aufert a Deo supremum dominium in nostras voluntates. — 1° Quoniam, sublata ratione primae causae et ratione primae voluntatis, eo ipso tollitur dominium supremum in alias voluntates.

2° Quoniam in systemate scientiae mediae Deus non potest, salva libertate, voluntatem hominis inclinare in *consensum* in his circumstantiis, in quibus praevisa est *dissensura;* nec valet quidquam certo decernere de actibus nostris liberis, nisi prius per scientiam mediam exploraverit aut cognoverit, quid nos ipsi ante actum liberum suae divinae voluntatis volituri sumus. Et postquam Deus praevidit quid sit ex se actura voluntas creata, non potest aliter decernere, salva ejus libertate; et nec praevidet, nisi per scientiam mediam exploraverit quid ex sua innata libertate voluntati creatae placuerit. Unde Molina q. 14. disp. 52. : « Quod res libero arbitrio praedita, si in certo ordine rerum et circumstantiarum collocetur, in unam aut alteram pariem se flectat, non provenire ex praescientia Dei ; quin potius ideo Deum id praescire, quia ipsa res libero arbitrio praedita libere,

id ipsum agere debet; neque provenire ex eo, quod Deus velit id ab ea fieri, sed ex eo, quod ipsa libere id velit facere. « El q. 23. disp. 1. memb. 7. : « Determinatio voluntatis, quae utrobique fit, est ab ipsa voluntate pro sua innata libertate se libere applicante ac determinante ad consensum aut dissensum ;... et non a Deo sua omnipotentia illam determinante, ut potest: quoniam tunc actus non esset liber, sed necessarius. »

3° Quoniam in systemate scientiae mediae : *a)* physica Dei motio et gratia efficax ex Dei moventis intentione tollit libertatem; *b)* Deus proinde non valet liberum arbitrium creatum, quocumque voluerit, inclinare; *c)* consequenter non repugnat dari hominem, quem Deus etiam de potentia absoluta non possit in ulla circumstantia convertere. Unde Molina q. 23. disp. 1. memb. 7. : « Id non est donis gratiae determinare voluntates nostras ad consensum, sed est solum invitare et allicere. » Et in hoc sensu explicat verba Prov. 21, 1 : Cor regis in manu Domini ; quocumque voluerit, inclinabit illud ; sc. non physice movendo, non efficienter reducendo de potentia in actum, sed moraliter dumtaxat alliciendo. Contra quod S. Augustinus *Enchirid.* cap. 27. : « Quis tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere ? »

Aufert a Deo certitudinem divinae scientiae. 1" Juxta Molinam q. 14. disp. 52. : « Scientia media est, qua (Deus) ex aitissima et inscrutabili comprehensione cujusque liberi arbitrii in sua essentia intuitus est, quid pro sua innata libertate, si in hoc vel illo vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset, cum tamen posset, si vellet, facere reipsa oppositum. » Sed quod in se est incertum, nequit cognosci certo nisi in causa sua certa et efficaci ac infallibili. Causa autem ex se efficax, certa et infallibilis futurorum contingentium ac actuum liberorum non est nisi ipsa voluntas Dei, *quae profundit lotum ens et omnes entis differentias.* Ergo ante omnem actum libe-

rum divinae voluntatis implicat, quod futura conditionala-contingentia el libera certo ac determinate cognoscantur.

2° Certitudo scientiae mediae aut provenit ex divina motione, aut ex circumstantiis rerum in quibus liberum arbitrium creatum collocaretur, aut ex ipso libero arbitrio· creato. Non ex primo capite; nam scientia media praecedit omnem actum liberum divinae voluntatis; et aliunde motio, quam Molina admittit, est *indifferens, non* determinans, tam in ordine naturae quam gratiae. Non ex secundo capite: quoniam qualescumque sint circumstantiae, nequeunt efficaciter, certo et infallibiliter in liberum arbitrium influere : libera enim voluntas, si libera est, dominatur astris et ipsis circumstantiis. Nec ex ipso libero arbitrio creato : *a)* quia non est primum volens nec primum eligens nec primum determinans ; i) quia ante omnem actum liberum divinae voluntatis nihil in potentia creaturarum habet rationem futuri, sive contingentis sive necessarii sive liberi: *c)* quia adhuc post actum sive decretum divinae voluntatis, causa secunda contingens et libera se habet ad *opposita;* et « sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni ». (I. q. 14. a. 13.)

Ac denique : Liberum arbitrium creatum etiam constitutum sub omnibus illis conditionibus el circumstantiis, quas Molina requirit ad suam scientiam mediam, semper est indifferens et indeterminatum ad hoc vel illud agendum. Et quanto magis Deus infinito excessu comprehendit liberum arbitrium, tanto magis ejus indifferentiam et indeterminalionem cognoscit. Atqui impossibile esi talem certam cognitionem in illa comprehensione habere: quia in causa indifferenti vel indeterminata ad duo, impossibile est unum determinate cognoscere. Unde D. Thomas I. q. 14. a. 13. : « Quicumque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet de eo nisi conjecturalem cognitionem. »·

Aufert a Deo perfectionem divinae scientiae. — 1" namque : Quoniam dato, et non concesso, quod ante omnem actum liberum divinae voluntatis esset possibilis aliqua cognitio

eorum quae sunt in potentia causae contingentis et liberae-hujusmodi cognitio esset cognitio effectus contingentis in causa sua tantum; ac consequenter Deus non haberet de eo nisi conjecturalem cognitionem, quae est maxima imperfectio, et quae Deo minime attribui potest.

2° Quoniam secundum istam mediani scientiam Deus pendet a creaturis in cognoscendo. Nam prima omnium radix, quare Deus cognoscat liberum arbitrium hoc facturum, est quia ita liberum arbitrium ex sua innata libertate est facturum. Unde objectum illud creatum est prima radix ob quam Deus illud certo cognoscit. Et sic hujusmodi Dei scientia sicut a prima radice pendetl ab ipsis creaturis. Unde Deus mendicat hanc scientiam mediam a determinatione ipsa voluntatis creatae.

3" Quoniam hujusmodi scientia involvit dependentiam divini intellectus a re externa, saltem tamquam ex conditione logica, quae objective necessaria est, ut mens divina rem internoscat. Atque ista objectiva necessitas nec pendet a mente divina nec a divina voluntate. Proinde scientia media jam non esset digna Deo : nam se haberet ad suum objectum externum, ad realitatem objeclivam extra se, sicut se habet scientia angelorum, quae nec mensuratur a rebus quas cognoscit, sicut nostra scientia ; nec ipsas res mensurat. Omnis namque scientia, quae non sit prior rebus ipsis cognitis et mensura ipsarum, non est scientia digna Deo.

4° Quoniam hujusmodi scientia media non solum non est mensura rerum cognitarum, sed adhuc videtur quoque esse mensurata ab ipsis rebus. Nam, teste Molina q. 14. disp. 52. : *a)* « In potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud quam reipsa sciverit : » *b)* « potuerit tamen scire oppositum ejus quod per eam cognoscit : » *c)* « quod sil unius potius partis quam alterius, habet ex eo quod liberum arbitrium, ex hypothesi quod crearetur in uno aut altero ordine rerum, esset potius facturum unum quam aliud, cum utrumvis indifferenter posset facere. » Ergo attribuere Deo talem scientiam est affirmare quod Deus dependet a libera voluntate creata

in cognoscendo, sicut per concursum simultaneum Deus dependet a nostra libera voluntate in operando.

5° Juxta Molinam scientia media est quidem prior determinatione divinae voluntatis, at posterior determinatione voluntatis creatae; antecedit omnem actum liberum voluntatis divinae, sed consequitur ad omnem actum liberum voluntatis humanae. Immo Molina non dubitat asserere, quod determinatio liberae voluntatis creatae est *causa* hujusmodi mediae scientiae. Ita enim scribit in libro *Concord,* q. 14. disp. 52. : « Scientia, qua Deus absolute novit has vel illas res esse futuras, non est causa rerum: e contrario, ideo a Deo praecognoscuntur hoc vel illo modo futurae, quia ita pro libertate arbitrii sint futurae. » Et rursus : « Praenotionis autem causa haec est, quod ita futurum erat. »

IV

CONCLUSIO 3.

Scientia, quam Molina introduxit mediam inter scientiam Dei necessariam seu naturalem et inter scientiam Dei liberam, est etiam rejicienda, quoniam :

a) Caret vero ac reali objecto ;
b) Habet praedicata contradictoria ;
e) Innititur falso supposito ;
d) Laedit liberum arbitrium creatum ;
e) Tollit necessitatem orationis ;
/') Latam aperit viam ad errores Pelagianismi.

Scientia inedia caret proprio objecto. — *Ratio prima.* — 1'1 aliquid sit scibile, aliqua oportet quod sit necessitate necessarium. Sed quod « res libero arbitrio praedita, si in certo ordine rerum et circumstantiarum collocetur, in unam aut alteram partem se flectat » ante omnem liberum actum divinae voluntatis, nulla prorsus necessitate est necessarium. Ergo minime est prorsus scibile. 1° Non est necessarium

necessitate absoluta, quia hoc est contra rationem liberi et etiam contra rationem contingentis; 2° nec necessitate infallibilitatis aut suppositionis aut consequentiae ; quoniam hujusmodi necessitates subaudiunt semper atque in omni casu actum liberum divinae voluntatis. EI hoc praesertim, cum agitur de causis contingentibus ac defectibilibus ; voluntas quippe creata ex natura sua defeclibilis est ac contingens. Quapropter, adhuc in hypolhesi quod voluntas itumana prodiret in actum suum absque eo quod Deus ageret in voluntatem ea ratione qua voluntas agens esi, ut supponit Molina : quod voluntas in unam vel alleram partem se flexura esset ante omnem actum liberum divinae voluntatis : non esset scibile nisi per conjecturalem cognitionem. Unde scientia media est scientia nulla.

Ratio secunda. — Scientia media juxta Molinam esi illa scientia, qua Deus cognosc'd omnia futura coni ingentia et libera, sive absoluta, sive conditionata quae futuribilia dicuntur: et cognoscit independenler a decreto Dei actuali, id est, ante omnem actum liberum ipsius divinae voluntatis. Atqui ante omne decretum divinae voluntatis, sive independenter a decreto Dei actuali, futura ac futuribilia nullo modo sunt in ratione futuri aut futuribilis: ac proinde, cum nullam habeant rationem entis futuri, nec rationem habere. possunt veri et scibilis. Scientia igitur media est scientia inanis el vacua.

Ratio tertia. — Impossibile est, quod aliquis effectus sit aul intelligalur futurus in aliqua causa nisi dependentor a sua causa efficiente. In ratione namque effectus necessario includitur ipsius dependentia a propria sua causa. Sed inter omnes causas proprias ac efficientes alieujus effectus futuri, sive absoluti sive conditional!, sive contingentis sivi* liberi, prima ac principalis causa efficiens, in cujus virtule reliquae omnes agunt, est decretum divinae voluntatis, sc. Deus, qui est primum intelligens et primum volens, sub quo ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta süb principali agente. Absurdum ergo esi atque in terminis contra-

(lictorium, illiquid esse futurum seu futuribile ante omnem actum liberum divinae voluntatis. Nulla res est futura quorumque modo, nisi ex voluntate Dei.

Scientia media habet praedicata contradictoria. In primis, docente Molina. » eam nulla ratione esse dicendam liberam » :

1" « Quia antecedit omnem liberum actum voluntatis divinae. »

2" « Etiam quia in potestate Dei non fuit scire per eam· scientiam aliud quam reipsa sciverit. »

« Deinde dicendum neque etiam in eo sensu esse naturalem. quasi ita innata sit Deo, ut non potuerit scire oppositum ejus ([uod per eam cognoscit... Dicendum ergo est partim habere conditionem scientiae naturalis, quatenus praevenit actum liberum voluntatis divinae, neque in potestate Dei fuit aliud scire; partim habere conditionem scientiae liberae, quatenus quod sil unius potius partis quam alterius, habet ex eo quod liberum arbitrium, e.x hypothesi quod crearetur in uno aut altero ordine rerum, esset potius facturum unum quam aliud, cum utrumque indifferenter posset facere. »· *(Concord,* q. 14. disp. 52.)

Habere autem conditiones scientiae naturalis simul ac conditiones scientiae liberae est habere conditiones contrarias, quae sese excludunt ex eodem subjecto: est habere praedicata contradictoria. Et sic scientia media est necessaria simul ac libera in Deo. *Necessaria : a.)* quia antecedit actum voluntatis divinae : *b)* quia non est in potestate Dei aliud scire. *Libera : a)* quia Deus potest scire, oppositum ; *b)* quia consequenter est in potestate Dei aliud scire per istam scientiam quam de facto scit. Est ergo scientia media ita innata Deo, ut non possit scire oppositum ejus quod per eam cognoscit; et tamen est ita libera, ut possit oppositum scire.

Contradictio inter esse *necessariam* et esse *liberam* non potest effugi, si haec duplex conditio scientiae mediae referatur ad ipsam scientiam, ac proinde ad ipsum Deum. De ratione scientiae *necessariae* est : *a)* quod non sil in

polestate Dei aliud scire: *b)* quod antecedat proinde omnem actum liberum divinae voluntatis. De ratione scientiae *libe rae* est : *a)* quod consequatur non quidem ad existentiam rei scitae, sed ad actum liberum divinae voluntatis; nam hujusmodi scientia ulpote habens conjunctam voluntatem, officit ipsam essentiam realem rei scitae et causai: *b)* quod sit in potestate Dei aliud scire, sicut el aliud causare vel ›tpposilum determinare.

Scientia itaque media nec esi media nec est scientia: quia est in terminis contradictoria, sicut sunt hae duae propositiones : « In potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud quam reipsa sciverit: » et : « In potestate Dei fuit scire pcream scientiam aliud quam reipsa sciverit. »

Unica via ad contradictionem vitandam est respondere, quod Molina reipsa respondet, sc. : « In potestate Dei non fuit scire aliud : sed tamen Deus potuit scire aliud, quoniam liberum arbitrium potuit aliud facere. » Uene quidem; sed tunc scientia media partim habet conditionem scientiae necessariae, et partim habet conditionem scientiae mutabilis et dependentis a libero arbitrio creato. Utique Deus potuerit aliud scire, sed non quia sit in potestate, Dei. sed quia est in potestate liberi arbitrii creati.

Quod videtur Molina vidisse, dum scribebat : « Ne vero primo suo aspectu te haec doctrina perturbet ! » At scientia media plus adhuc perturbat in aspectu suo ultimo. Quamobrem illam sub diversis aspectibus placet nobis Considerare ac lectoribus praesentare.

Scientia inedia innititur falso supposito. I). Thomas *De Verit.* q. 22. a. 2. ait : « Secunda causa non potest influere in suum effectum nisi in quantum recipit virtutem primae causae... Deus propter hoc, quod est primum efficiens, agit in omni agente. » Et opusc. *De natura angel,* cap. 12. : « Oportet igitur quod (Deus) cognoscat omnia, ad quae sua virtus extenditur. Sua autem virtus extenditur ad omne quod est quocumque modo in rebus vel esse potest, sive sit proprium sive commune, sive immediate ab eo productum sive

mediantibus causis secundis; quia causae primae virtus· magis imprimit in effectum quam virtus causae secundae. Oportet igitur i)euni cognitionem habere de omnibus quae sunt quocumque modo in rebus. « Inde necesse est. quod Deus moveat et applicet omnes causas secundas, etiam liberas, ad operandum: alioquin, quantumvis perfectae supponerentur. non possent procedere in actum. Divina itaque, motio et applicatio est illa vis, qua : 1° virtus ipsa causarum secundarum completur et conjungitur cum propriis ipsarum actionibus et effectibus; 2° omnis causa secunda agit ad esse ut instrumentum causae primae; 3° et causa prima vehementius ingreditur in causatum quam ipsa causa secunda.

Sed Molina in libro suae *Concord,* q. 14. disp. 26. : 1" negat, quod « virtus primae causae in secunda recipiatur » ;2° negat quod « primum efficiens agat in ipso agente »; 3° illam vim. illam virtutem appellat « commentitium, nullaque ratione fulcitum, et res frustra multiplicans ». Unde causalitas Dei non se extendit : *a)* ad determinationem liberi arbitrii ad agendum ; *b)* ad actum ipsum ea ex parte qua voluntas agit, sed tantum ea ex parte qua voluntas suscipit actum in se. Nec generali suo influxu, nec particulari quod gratia praeveniens nuncupatur, Deus revera efficit actum liberae voluntatis, in quantum *liberum,* in quantum *bonum,* in quantum *laudabile* ac *meritorium,* nec in quantum *actum* prodeuntem ex facultate voluntatis et rationis. Concursus enim generalis est indifferens ad bonas et ad malas actiones; et influxus particularis, quo homo invitatur quidem ad bonum. « a nostra libertate pendet ut efficax aut inefficax sit » *(Concord,* q. 14. disp. 40.): ac consequenter versatilis esi et a nostrae voluntatis nutu pendulus.

Exinde, absque vi penetrativa et supercomprehensiva scientiae mediae, Deus nequiret cognoscere secreta cordium et futura contingentia ac libera. Vis enim penetrativa scientiae mediae introducta est a Molina, ut occuparet locum illius famosae vis, qua secundum Angelicum Doctorem cunctae substantiae creatae agunt ad esse ut. instrumenta causae primae: el ita Deus valeret respicere a longe illa omnia,

quae ipse non facit nec libere vult nisi post liberam determinationem voluntatis creatae.

Scientia igitur, quam Molina introduxit mediarn inter scientiam Dei necessariam et liberam, appellanda est « commentitia, nullaque ratione fulcita. et res frustra multiplicans ».

Scientia inedia laedit liberum arbitrium creatum. — *Ratio prima.* —Molina ipse in libro suae *Concord,* q. 14. disp. 52. ait : « Neque Deum concedimus per scientiam naturalem seu mediam (quam de hae re in eo negamus) intileri ante determinationem suae voluntatis, quam partem ipse sit electurus, eo quod intellectus in Deo ea altitudine et praestantia non superet essentiam ac voluntatem divinam, qua essentias ac voluntates creatas longe superet... Nec satis percipio, quanam ratione in Deo integra maneret libertas, si ante actum suae voluntatis praecognosceret in quam partem esset inflectenda : etenim existente tali scientia, nulla ratione partem oppositam eligere posset. » Duplici itaque motive negat Molina Deum per scientiam mediam intueri ante determinationem suae voluntatis, quam partem ipse Deus sit electurus: 1°quia intellectus Dei non superat altitudine suam divinam voluntatem ; 2° quia Deus « libertatem non habuerit ad partem oppositam eligendam ».

Quoad Ium ipsi Molinae discipuli videntur existimasse, periculo non carere negare scientiam mediam esse, in Deo respectu suae propriae voluntatis; quasi Deus comprehenderet seipsum comprehensione minus alta atque inscrutabili quam comprehendit voluntates creatas. Negare scientiam mediam Deum habere circa suam voluntatem propter hoc. idem est ac dicere intellectum Dei non adaequare sua infinita comprehensione divinae voluntati1.

' Unde P. Urraburu S. J. *Theodic.* disp. -1. cap. 5. a. I. scribit: ‹ Scientia media dividitur in directam et reflexam : quarum prima circa conditionata creaturis immediate libera ; secunda vero circa conditionata Deo immediate libera versatur... Scientia media reflexa displicet aliquibus ex nostris cum Molina *Concord,* disp. 17. et 50. qui et libertati Dei adversam putat. » Jam habemus etiam Deum

Quoad 2vm nos acceptamus rationem, quam contra Molinam retorquemus. Si enim cum scientia media non valet integra in Deo manere libertas : « etenim existente tali scientia, nulla ratione partem oppositam eligere posset » : a pari, nec integra in homine maneret libertas, si in Deo daretur scientia media respectu voluntatis creatae. Scientia enim Dei est immutabilis atque infallibilis; si ergo hujusmodi scientia non est causa efficiens determinationem liberam humanae voluntatis, existente tali scientia, nulla ratione voluntas creata partem oppositam eligere posset, modo non posset quoque talem scientiam mutare. Unde aut negandum quod scientia media sit *invariabilis,* aul concedendum quod est causa rerum, aut tollitur *potestas* liberi arbitrii creati sese inflectendi in partem oppositam.

Ratio secunda. — Scientia media eadem via qua plus aequo extollit arbitrium creatum, ipsum destruit. Supponil enim liberum arbitrium, in tali rerum ordine collocatum, seipsum certe et infallibiliter determinasse ad hoc vel illud determinate volendum. Atqui haec certa atque infallibilis arbitrii creati determinatio :

1° Non provenit ex determinatione primae causae, nam illam tenaciter negant adversarii vehit excidium ipsius libertatis :

explorantem suam propriam voluntatem et videntem, quid ipse sua libertate decerneret ante omnem suae liberae voluntatis actum. Duplex haec media scientia, tam directa quam reflexa, est ejusdem furfuris, se. : altera adversa libertati creatae, et altera adversa libertati divinae.

Ipse etiam P. Urraburu *Onlolog.* disp. 7. cap. 2. a. 1. scribit : « Habet cum hac quaestione (de causis) connexionem controversia inter theologos acriter agitata, an virtus operandi actus supernaturales intellectus et voluntatis sit *solum gratia, quin naturalis virtus intellectiva et volilwa* active *concurrat ad illos.* In qua controversia affirmativam Thomistae communiter, negativam *Nostrates* etiam communiter tuentur sententiam. » 1« Nullum agnoscimus Thomistam talia affirmantem ; et si quis hoc affirmaverit, eo ipso desinit esse Thomista. 2° Infra audiemus aliquem Molinistain. dicentem liberum arbitrium nihil omnino agere.

2° Non provenit ex illo ordine rerum et circumstantiarum, quae liberum arbitrium determinare nequeunt;

3° Nec provenit ex priori actu liberae voluntatis, quia de illo priori idem flt argumentum.

Ergo necesse est proveniat vel ex ipsa natura arbitrii vel ex aliqua complexione aut causa naturali, quae necessariam habeat connexionem cum talibus conditionibus, ut sic illis positis operetur. Ergo arbitrium ex natura sua est determinatum ad sic operandum, positis illis conditionibus.

Ratio tertia. — Radix prima tam necessitatis quam coiitingentiae, quain libertatis in rebus, effectibus et actionibus, est ipsa voluntas divina; quae « cum sit efficacissima, non solum sequitur quod liant ea quae Deus vult fieri, sed et quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult... Ex hoc ipso, quod nihil voluntati divinae resistit, sequitur, quod non solum liant ea quae Deus vult fieri, sed quod liant contingenter vel necessario, quae sic fieri vult. »11. q. 19. a. 8. et ad 2.) « In rebus autem inanimatis causarum contingentia ex imperfectione el defectu est... Quod autem voluntas sil causa contingens, ex ipsius perfectione provenit, quia non habet virtutem limitatam ad unum, sed habet in potestate producere hunc effectum vel illum ; propter quod est contingens ad utrumlibet. » *(III. C. Gent.* cap. 73.) Ila D. Thomas. Divina itaque voluntas est prima causa efficiens rationem futuri, rationem liberi, rationem necessarii, rationem contingentis, quae provenit ex perfectione. Ex potestate atque efficientia divinae voluntatis primo el principaliter res est futura, contingens, libera. Ergo ante decretum divinae voluntatis *inflectere se atque determinare* liberi arbitrii creati, sicut non potest esse *actio,* sic nec potest esse *actio libera.* Scientia igitur media eo ipso quod est ante omnem actum liberum divinae voluntatis, est ante primam causam et radicem libertatis et contingentiae. Tollit ergo liberum arbitrium.

Ratio quarta. — *Medium,* in quo Deus per scientiam mediam praenoscit contingentia libera ante omne decretum

suae voluntatis, juxta Molinam est « altissima et inscrutabilis comprehensio cujuscumque liberi arbitrii »;juxta Suarez, est « veritas quae in ipsis est, seu quae concipi potest: neque indigere aliquo medio ut illa cognoscat ».

Atqui de medio assignato a Molina, Suarez, ipsius Molinae patronus et advocatus, asserit : 1° quod « improbat hanc sententiam D. Thomas I. q. 14. a. 13. ; q. 57. a. 3. ; q. 86. a. 4. ; 1I-Π. q. 171. a. 6. ad 2.; 7. *C. Gent.* cap. 66. et 67... Et mihi, addit, est indubitata sententia ». 2° Quod aut dicendum talem cognitionem esse incertam ; aut « perit libertas » ; « tolli usum libertatis »; « libertati repugnat ». (ZZ. De *scient, futur, conting.* cap. 7.)

De medio assignato a Suarez, sc. : « Deum cognoscere· haec futura conditionata sua infinita virtute intelligendi, penetrando immediate veritatem quae in ipsis est », scripsit Molina ipse in libro *Concord,* q. 14. disp. 53. memb. 1. : « In primis doctrina haec ponere videtur alteram partem eorum futurorum contingentium, quae a nostro arbitrio pendent, determinate esse veram, antequam existant; ideoque naturaliter repraesentari determinationem futuram in idea seu essentia divina: id quod nos disputatione praecedente rejecimus : 1° tamquam doctrinae Aristotelis communique doctorum sententiae contrarium ; 2° et cum ipsamet futurorum contingentium natura pugnans, quae eo ipso indifferentia sunt, ut eorum unumquodque, sit aut non sit. Neque intelligi valet, quanam ratione altera pars contradictionis determinate sit futura per comparationem ad liberum ipsum arbitrium, et arbitrium ipsum liberum sil. ut reipsa utramvis indifferenter ponat. »

Ergo scientia media per medium assignatum a Suarez tollit liberum arbitrium juxta Molinam, et per medium assignatum a Molina tollit quoque liberum arbitrium juxta Suarez, alioquin tolletur ipsius scientiae mediae certitudo.

Ratio quinta. — Discipuli Molinae post ipsos magistros, Molinam nempe et Suarez, quaerunt ubique, et non inveniunt, *medium aliquod,* in quo Deus possit videre clare per

scientiam mediam. Alii repetunt cum Molina esse supercomprehensionern causarum secundarum ; alii repetunt cum Suarez esse determinatam veritatem objectivam in alterutram partem contradictionis : alii dicunt esse voluntatem creatam sibi relictam ; alii indicant esse decretum futurum : alii asserunt « Deum cognoscere futura contingentia in supercomprehensionc liberi arbitrii el in decreto voluntatis suae non praedeterminante significare unam et eandem rem. » [1]. Sed quodcumque medium assignent Molinistae (etiam admirabile et vere novum decretum, in quo nihil decernitur), oportet quod sit medium antecedens omnem actum liberum divinae voluntatis ; nam de quidditate scientiae mediae est praecedere omnem actum liberum Dei ; et quod Deus per illam praevideat ante omnem actum liberum suae divinae voluntatis, in quam partem liberum arbitrium creatum, si in hoc vel illo rerum ordine collocetur, se determinet atque Hectat eliciendo consensum, exercendo electionem.

Jam vero, ut D. Thomas docet *I. Periher.* lect. 14. : « Voluntas divina est intelligenda ut extra ordinem entium existons, velut causa quaedam profundens lotum ens et omnes ejus differentias. Sunt autem differentiae entis possibile el necessarium ; et ideo ex ipsa voluntate divina originantur necessitas et contingentia in rebus et distinctio utriusque secundum rationem proximarum causarum. «

Contradictoria ergo loquuntur, qui ponunt decretum nihil decernens, et qui ponunt determinationem liberi arbitrii creati ante determinationem liberi arbitrii increati, et qui ponunt consensum atque electionem humanae voluntatis ante omnem electionem ac consensum voluntatis divinae. Atque proximam causam contingentiae ac libertatis subvertunt, qui causam primam entis ac ipsius differentiarum per scientiam mediam auferunt.

Ratio sexta. — Praeterea, dum hanc scientiam mediam certam ac determinatam pronuntiant, asserunt de libero

1 Vide infra pag. 173.

arbitrio creato quod de eo determinate dici non potest absque ipsius libertatis praejudicio. Nam, ut tradit D. Thomas ibid, led. 13. : « Ejus, quod est ad utrumlibet, proprium est quod, cum non determinatur magis ad unum quam ad alterum, non posset de eo determinate dici neque quod erit neque quod non erit. » Et *I. Sent.* dist. 40. q. 3. a. unico ad 4. : « Contingens futurum, ut motus liberi arbitrii, quamvis non sit determinatum in causa sua, est tamen determinatum in *esse* suo, secundum quod est actu ; et sic subjacet certitudini praescientiae. » At futurum liberum non est determinatum in *esse* suo, nisi : 1° post actum liberum divinae voluntatis ; et 2" consideratum in ordine ad causam primam, sub quo .jam non est futurum, sed praesens in speculo aeternitatis. Unde D. Thomas *De Vent.* q. 6. a. 6. : « In quolibet enim ordine causarum attendendus est non solum ordo primae causae ad effectum, sed etiam ordo secundae causae ad effectum, et ordo etiam causae primae ad secundam ; quia causa secunda non ordinatur ad effectum nisi ex ordinatione causae primae. Causa autem prima dat secundae quod influat super causa lum suum. » Sed ante omnem actum liberum divinae voluntatis non est considerare nisi solum ordinem liberi arbitrii (■reali ad suum proprium effectum (dato, et non concesso, quod hujusmodi ordo causae secundae esset possibilis absque ordine causae primae, ut supponit scientia media') ; et ordo liberi arbitrii creati ad suum effectum adhuc remanet contingens et ad utrumlibet, etiam post divinum decretum. Unde etiam post actum liberum divinae voluntatis, ordo liberi arbitrii ad consensum et electionem, in se ipso tantummodo consideratus, non est determinatus magis ad unum quam ad alterum : quoniam ejus, quod est ad utrumlibet, proprium est quod non possit de eo determinate dici neque quod eril neque quod non erit. Scientia ergo media, in qua non datur (si daretur) nisi consideratio solius ordinis liberi arbitrii creati ad suos proprios effectus, vel non est certa el determinata, et tunc non est divina; vel tollit e medio ipsum liberum arbitrium, quod salvare hoc modo conantur Molinistae.

Scientia media tollit quoque necessitatem orationis. — I" Quoniam finis omnium nostrarum orationum debet esse negotium salutis aeternae, ad quam omnia sunt ordinanda. In negotio autem nostrae salnlis illud est praecipuum, nempe quod Deus « etiam rebelles nostras voluntates ad se compellat » et transmutet de statu injustitiae ad statum justitiae, et in dono justitiae semel accepto voluntates nostras fideliter ac sancte faciat usque in finem perseverare. At in systemate scientiae mediae, liberum arbitrium creatum sese determinat et se flectit et se transmutat et consensum praebet : 1° ante omnem actum liberum divinae voluntatis ; 2° suo proprio ac solo influxu suae propriae ac solius virtutis. Gratia Dei omnibus offertur, et liberum arbitrium pro sua innata libertate sola reddit gratiam efficacem aut inefficacem. Convertit nos Deus, quia nos convertimur; sed non convertimur, quia Deus nos convertat. Non consentimus, quia gratia Dei est efficax ; sed gratia Dei est efficax, quia nos consentimus. Quapropter S. Augustinus *De dono perser.* cap. 2. ait : « Irrisoria enim est petitio, cum ab eo petitur quod scitur ipsum non dare; sed, ipso non donante, est in potestate hominis. »I Deus non dat consensum, praevidet tantum; Deus non determinat nostrum liberum arbitrium, praecognoscit solum liberi arbitrii nostri determinationem ; Deus non physice movet et non intrinsece mutat nostras voluntates, a longe dumtaxat respicit ante omnem actum liberum suae divinae voluntatis.

2° Duplex est modus orandi juxta illud Luc. cap. 18. : « Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus pharisaeus et alter publicanus. Pharisaous stans, haec apud se orabat : Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri, vehit etiam hic publicanus. Jejuno bis in sabbato ; decimas do omnium quae possideo. — Et publicanus a. longe stans nolebat nec oculos ad coelum levare; sed percutiebat pectus suum dicens : Deus, propitius esto mihi peccatori. »

Juxta *principia fundamentalia Concordiae Molinae* ita

debet fieri oratio : Deus, gratias ago tibi. quia non sum sicut celeri homines; etenim :

a) Absque tua physica praemotione, et antequam mihi praebeas concursum tuum simultaneum, indifferentem ad bonum vel ad malum : ego solis viribus naturalibus mei liberi arbitrii me moveo et determino et eligo observare praecepta legis naturalis: et cum tuo concursu indifferenti ad bonum vel ad malum observo et adimpleo omnia mandata legis.

b) Tu. utique, das mihi gratiam praevenientem, quam eodem modo praebes aliis, et forte abundantius; at ego. faciens quod est in me solis viribus mei liberi arbitrii, quod Iu non vales intrinsece immutare, praevenio tuam ipsammet gratiam praevenientem, quam debes mihi propter hoc dare ex pacto eum Christo Jesu.

c) Gratias ago tibi : quia, cum stes ad ostium cordis mei, sicut ad ostium cordis aliorum hominum, quorum corda fortasse pulsas fortius quam cor meum : ego tamen, ego solus, absque te, aperio cor meum ut intres cum tua gratia ad me justificandum : et ceteri homines nolentes aperire, sunt injusti et raptores: in negotio salutis meae non totum est a te

d) Quia cum jam sim justificatus, etiam meo solo arbitrio discerno me ab aliis hominibus justis, qui pulsati eadem lentatione qua ego, el eodem et aequali auxilio quo ego adjuti, et forsan majori, illi ceciderunt in tentationem — et ego stans nolui cadere.

e) Quia, cum ego aequali auxilio, aut forsitan minori quam auxilium aliis praestitum, potui et volui perseverare in gratia justificante, et alii non perseverarunt.

f) Quia, cum ab aeterno vidisses me tua scientia media sic me habere et sic me discernere ab aliis hominum, posuisti me in illis circumstantiis rerum, in quibus ita me gratiae tuae consentire praevidisti : et propter haec merita praevisa in

1 ‹ In negotio salutis non totum est a Deo. » P. Mkndive S. .1. *De Ijeo uno.* cap. 4. a. 5.

me. me prae aliis elegisti et praedestinasti ad gloriam luam.

Haec est enim oratio facienda juxta principia doctrinalia Concordiae Molinae.

•luxla *physicam praemotionem* atque *gratiam ab intrinseco efficacem et praedestinationem ante praevisa merita,* homo debet percutere pectum suum et dicere : Miserere mei. Domine, secundum magnam misericordiam tuam. Deus, propitius esto mihi peccatori. Non sum dignus vocari filius tuus. Pater, peccavi in coelum el coram te. Adjuva incredulitatem meam. Cor mundum crea in me, Deus, et spiratum rectum innova in visceribus meis. Converte me, Domine, ad te, et convertar. Nullum est peccatum quod alter homo facit, quod ego *non possim* ex infirmitate liberi arbitrii et propria fragilitate etiam facere; et quod tamen non fecerim, non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis; sed omnis nostra sufficientia ex Deo est. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

Ac deinde cogitans conversionem Magdalenae. ac Latronis in cruce, et Sauli in itinere Damasci, debet :

a) Humiliare se coram Domino et confidere in Deo suo, qui cognovit figmentum nostrum et sanat omnes infirmitates nostras ;

b) Satagere per bona opera certam facere suam electionem et vocationem :

c) Operari salutem suam cum timore el tremore: el cum stet, videre ne cadat ;

d) Petere quotidie : Et ne nos inducas in tentalionem :

e) Et cum fecerit, quae debuerit facere, dicere : Servi inutiles sumus. Tamquam lutum in manu figuli, ita ego in manibus tuis. Misericordia Domini, quoniam non sumus consumpti. Manus tuae fecerunt me et plasmaverunt, me ; ▪et redemisti nos sanguine tuo. Misericordiae Domini super omnia opera ejus. In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Sic. igitur est orandum juxta doctrinam Apostoli, S. Augustini et I). Thomae. Unde S. Augustinus *De dono perser.* cap. 13. : « Hoc nobis expedit et credere et dicere; hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis et submissa confessio, et ilolur totum Deo. » '. /

Scientia media latam sternit viam ad errores Pelagianoruiu. - *Ratio prima.* —Quoniam in ordine naturae, juxta systema scientiae mediae, initium bonorum operum est a nobis *quasi ex nobis.* Nec Deus agit in voluntatem ea ratione qua voluntas agens est; nec Deus influit per concursum suum generalem in actum nostrae voluntatis, in quantum est liber et bonus.

Ratio secunda. — Quoniam etiam in ordine supernatural! « non est donis gratiae determinare voluntates nostras ad

1 P. Hurter *De Deo uno* T. 2. tract. 5. (p. 94.) scribit : ‹ Praemio digna fuerit concio vel instructio ascetica innixa theoriae de praedestinatione ante praevisa merita ; sed quae sibi constet et haereat, in qua exhortationes non adversentur praemissis, et quae peccatores excitet ad spem et fiduciam, soletur pusillanimes, corda auditorum dilatet. » 1» Talis concio vel instructio ascetica jam facta fuerat a S. Augustino in libro *De correpi, el grat.,* et a D. Thoma 1. q. 23. a. 8. et II-1I. q. 83. a. 2. et *De Veril.* q. 6. a. 6. 2° P. Hurter nihil aliud facit nisi repetere id ipsum quod Molina contra sententiam communem D. Thomae et Scholasticorum ausus est dicere, et quod Pelagiani antea dixerant contra doctrinam S. Augustini, qui Pelagianis oblatrantibus respondere coactus est per librum *De correpi, el grat.* 3» Molinistis, si hanc instructionem asceticam facerent innixam quatuor principiis Concordiae, nihil aliud restat nisi tradere methodum orandi, qua utebatur Pharisaeus. 4° Juxta D. Thomam I. q. 23. a. 8. praedestinatio quoad exsecutionem ejus effectuum juvatur precibus et aliis bonis operibus; et II-II q. 83. a. 2. : « Non enim propter hoc oramus, ut divinam dispositionem immutemus; sed ut id impetremus, quod Deus disposuit per orationem esse implendum. » At juxta Molinistas praedestinatio est post praevisa merita; et determinationes liberi arbitrii creati praecedunt omnem divinam dispositionem, omnemque actum liberum divinae voluntatis!! In theoria ergo scientiae mediae non relinquitur locus orationi, sicut nec efficaciae intrinsecae divinae motionis, sicut nec praedestinationi ante praevisa merita.

consensum, sed est solum invitare et allicere » : quando voluntas nostra ad supernalurales actus donis gratiae adjuvatur, quamvis illis alliciatur atque invitetur ad consensum, non tamen ab eis determinari et applicari ad eum consensum. *(Concord,* q. 23. a. 4. disp. 1. inemb. 7.) Rursus : « Concursus Dei particularis ad opera supernaturalia liberi arbitrii, hoc est, gratia liberum arbitrium praeveniens, non est causa efficax ejusmodi operum... Nec concursus generalis Dei est causa efficax operum liberi arbitrii; sed a libero arbitrio pendet, tunc ut sint, tunc etiam ut non obstante actuali inlluxu Dei sint potius hujus speciei quam illius. » iq. 14. disp. 29.) « Nec esse concursum immediatum in liberum arbitrium ut in causam, quasi prius eo concursu motum et ad Deo ad agendum applicatum tales actus eliceret... » (disp. 39.)

Unde etiam in ordine supernatural! : 1° efficacia est a solo libero arbitrio ; 2" determinatio ad consentiendum et ipse consensus est a solo libero arbitrio; 3° quod actus sit bonus moraliter, est a solo libero arbitrio; 4“ gratia divina actualis, quae dicitur cooperans, non praecedit natura influxum liberi arbitrii, sed sequitur et est pedisequa humanae voluntatis.

Ratio tertia. — 1u Quoniam in ipso ordine supernatural) homo, faciendo quod est in se viribus naturalibus liberi arbitrii, praevenit ipsam gratiam Dei praevenientem ; 2° quoniam in ipsis operibus supernaturalibus non modo determinatio ad operandum est a solo libero arbitrio, sed postea liberum arbitrium occupat semper locum principalem. Unde in systemate scientiae mediae verilieatur illud S. Augustini cap. 2. *De praedest. sanet. :* « Volens a seipso sibi esse quod' credit, quasi componit homo cum Deo, ut pariem fidei sibi vindicet atque illi partem relinquat : et quod est elatius, primam tollit ipse, sequentem dat illi; et in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem Deum. » Molina quidem (q. 14. disp. 37.) postquam dixit actum supernaturalem 1res habere partes unius integrae causae, a qua

emanat, nempe : 1" liberum arbitrium; 2° concursum generalem ; 3° gratiam praevenientem, ait tamen : « A qua (causa integra) ita emanat totus, ut a singulis etiam pfirtialitate ut vocant causae totus etiam emanet, diverso tamen modo. » \t si totus emanat a Deo influente per concursum generalem. quare non habet a Deo sic influente quod sit : 1° *liber;* 2° *bonus ;* 3° *supernaturalis?* Et similiter, si lotus emanat a Deo influente per gratiam, quare non habet a gratia quod sit: 1° *actus* assensus ; 2° quod sit *liber* ; 3° quod sit *bonus?* In rei veritate *pars una.* quae efficitur a libero arbitrio, est major quam *pars duplex,* quae Deo attribuitur.

Ratio quarta. — Alexander Natalis *Hist. Eccles,* saec. V. cap. 3. a. 8. scripserat : « Quod spectat scientiam illam, quae media nuncupatur, non in hoc fuerunt haeretici Semipelagiani, quod eam admiserint ac propugnaverint ; sed quod ex praescientia meritorum vel peccatorum, quae nunquam essent futura, Deum hominum sortes definire assererent. et alios praedestinare ad gloriam, alios damnare ad poenam. » Hunc textum communiter adducunt Molinistae. ut scientiam mediam justificent a macula Pelagianismi ; sed obliviscuntur Natalem Alexandrum : *a)* id retractasse; *b)* et hac de causa opus suum Romae fuisse improbatum. Natalis Alexander enim sic postea de seipso scripsit : « L'un des articles improuvés à Rome dans l'histoire ecclésiastique de ce Docteur, et que les censeurs de son ouvrage ont jugé qu'il devait, corriger, est couché en ces termes : *Sensus Molinae non est Pelagianus aut Semipelagianus.* Le sens de Molina n'est pas le même que celui des Pélagiens ou des demi-Pélagiens. J'ai en main la preuve de ce. fait. » [1].

P. Kleutgen. post Suarez, fatetur Pelagianos admisisse scientiam mediam, atque fuisse a S. Augustino reprehensos.

1 Cinquième lettre d'un théologien aux RR. PP. Jésuites, sur la Grâce, daus *Recueil de plusieurs pièces pour la défense de la morale,* Cologne 1698, t. II. p. 279. Vide etiam Bu,luart *De Deo Vno,* dissert. 6. a. 6. *De scientia media.*

non tamen propter *usum,* sed propter *abusum. (De scientia Dei* q. 3. cap. 2. a. 8.) Utrum autem *usus* distinguatur ab *abusu,* cum de scientia media agatur, infra adhuc videbitur. Nunc sufficiat indicare quod P. Petrus Fonseca in *Metaphysic. Arist.* lib. 6. cap. 2. q. 4. sect. 8. loquens de hac. scientia media, quam publici juris facere pertimescebat, ait : « Unum illud scrupulum injiciebat, ne hac ratione novum aliquid fortasse induceretur, quod non omni ex parte cum communi Patrum doctrina aut diligenti Scholasticorum examine et accurata lima conveniret. Neque enim quisquam erat, qui hoc pacto libertatem arbitrii nostri cum divina praescientia aut providentia aperte et. ut dicitur, in terminis conciliasse!. »

Et quod praecipuum est, S. Augustinus reprehendit semetipsum reprobando non abusum, sed usum, quem ille adhibuerat lib. *De quaest. Paganor.,* ubi scripserat : « Tunc voluisse Christum hominibus apparere, quando et ubi sciebat esse qui eum fuerant credituri. » Quod quidem reprobavit in lib. *De praedest. sanet,* et *De dono penser.,* ut etiam 1). Thomas affirmat III. q. 1. a. 5. ad 2.

Ac tandem Pelagiani et Semipelagiani utebantur scientia media ad explicandam praedestinationem. Inde illud dogma tritum, quod perpetuo usurpat Faustus *II. De grat. et Hb. arb.* cap. 3., 6. et 7. : « Nisi praescientia exploraverit, praedestinatio nihil decernit. » Atque iste est usus principalis scientiae mediae apud Molinistas, quem S. Augustinus reprehendit ac proscripsit. Unde *De praedest. sanet.* cap. 9. scribit : « Cernitisne, me sine praejudicio latentis *consilii Dei* aliarumque causarum, hoc de praescientia Christi dicere voluisse, quod convincendae Paganorum infidelitati, qui hanc objecerant quaestionem, sufficere videtur? Quid enim est verius quam praescisse Christum, qui et quando et quibus locis in eum fuerant credituri ? Sed utrum praedicato sibi Christo a seipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum *tantummodo eos praesciverit,* an *etiam praedestinaverit Deus,* quaerere atque disserere tunc necessarium non putavi. Proinde quod dixi : *Tunc voluisse*

hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinant suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri; potest etiam sic dici : *TiAic noluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qUi electi, fuerant in ipso ante mundi constitutionem* (Ephes. 1, ἀ). Sed quoniam si ita diceretur, lectorem laceret intentum ad ea requirenda, quae nunc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius et laboriosius disputari : visum mihi est. quod tunc salis erat, breviter esse dicendum, excepta, ut dixi, altitudine sapientiae et scientiae Dei, et sine praejudicio aliarum causarum, de quibus non tunc, sed alias opportunius disputandum putavi. »

V

Rationes seu motiva quare scientia media est necessaria.

Quare introducere oporteat scientiam quandam mediam inter scientiam Dei mere naturalem ei liberam, sic breviter ac nervose ostendit. P. Handier S. .1. in tractatu *De Deo uno* part. 2. sect. 2. cap. 1. punch 5. §5. *De usu scientiae futuribilium in Deo :*

» Praenotanda : *a)* Haec scientia praesertim fac,it ad luendum divinae providential* titulum, qua Deus creaturas ad proprios flues deducit. »

b) « Ad hoc tria requiruntur : 1" Deus aliquid decernens, etiamsi adhibeat media non necessario connexa cum fine, debet scire per ea tamen Unem certo obtinendum esse: 2° dum decernit Unem et media, non debet laedere libertatem ; 3° dum decernit auxilium gratiae efficax, debet tribuere speciale beneficium : dum inefficax, non inferre maleficium. »

« Dico : 1° *Scientia futuribilium necessaria est ad decreta sapienter formanda.* — Prob. Ad hoc Deus scire

debet, quisnam modus agendi aptior sit ad finem, quem i ventum habitura sint media adhibita. Sed hoc non potest scire nisi per hanc scientiam. Non sufficit simplex intelligenlia cum voluntate Dei efticacissima. tum quia intellectus iam non dirigeret voluntatem, tum quia periret libertas, aul I feus caeco modo ageret. »

« Dico : 2" *Scientia futuribilium necessaria est ad conciliandam libertatem cum gratiae efficacia et certitudine decretorum.* — Prob. Ad hanc conciliationem requiritur : *a)* infallibilitas gratiae et medii ad finem certo oblinendum : *b)* illius repudiabilitas ad salvandam libertatem ; sed. ul patet, haec duo non obtinentur nisi per scientiam futuribilium. »

« Dico : 3° *Scientia futuribilium necessaria est ad decla randu/m speciale beneficium Dei dantis gratias efficaces, negantis inefficaces.* – Prob. 1. pars : Specialis benevolentia Dei in hoc est, quod det gratias praevisas efficaces, dum potuisset dare inefficaces: sed non praevidet nisi per scientiam futuribilium. 2. pars : Est benevolentia specialis in negando gratias inefficaces : sed Deus non praevidet inefficaciam nisi per scientiam futuribilium. K

« Dico : 4° *Scientia futuribilium praecedens decretum Dei dantis gratias inefficaces, negantis efficaces, non facit eum maleficum.* — Prob. Deus non est maleficus, si non dat gratiam inefficacem quia inefficax est. el non denegat efficacem quia efficax est. Porro ita est : el, scientia quam habet, non est ratio cur det aut deneget. Item non impedit, quin Deus det auxilium utile, sufficiens ad effectum; praestat tantum ut illud detur, non obstante inefficacia ; aliud non detur, non obstante efficacia : non se habet ut motivum, sed tantum praelucet. »

Contra praedicta dicendum : 1° Aliud est scientia futuribilium, et aliud est scientia media. — Probatur : *a)* Quia de ratione scientiae mediae est cognoscere futura libera nostri liberi arbitrii ante omnem actum liberum divinae voluntatis : et hujusmodi scientia non modo non datur,

sed neque dari potest, ut ex supra dictis patet : *b)* quia ante omnem actum liberum divinae voluntatis habetur (ratio rerum possibilium : at implicat dari rationem futuri aut fuluribilis : *c)* quia scientia futuribilium et futurorum contingentium est scientia divina ; nam Deus cognosci! omnia, et possibilia et futura et futuribilia. Scientia autem media non est scientia, nisi forte in existimatione Molinistarum. Unde, ad summum, erit ens rationis.

2° Scientia media non est Deo necessaria ad decreta sapienter formanda. — Probatur : *a)* Quia est scientia nulla: *b)* quia Deus non tantum scit quisnam modus agendi aptior sit ad finem, et quem eventum habitura sint media adhibita : verum etiam sua ipsa scientia, prout habet adjunctam voluntatem, causât atque efficit tam modum quam ipsam modi aptitudinem. Atque nulla adhibentur aut adhiberi valent media, quorum efficacia non proveniat ex ipsa Dei voluntate. Sufficit itaque, et plus quam sufficit, scientia simplicis intelligentiae, qua Deus concipit formam operis; et voluntas Dei efficacissima, qua efficitur forma operis concepta. Puerile est existimare aut imaginari, quod Deus debeat antea explorare quid facient vel non facient creaturae, in quam partem humanum arbitrium se flectat ac determinet vel non, ad hoc quod Deus possit decreta sapienter formare. Puerile est etiam dicere, quod « intellectus jam non dirigeret voluntatem », aut « periret libertas ». « aut Deus caeco modo ageret ». Nam Deus nihil praesupponit in suis effectibus, quod ipsemet primo el principaliter non faciat, et quod creaturae faciunt ex virtute ab ipso accepta, sive per modum permanentis sive per modum transeuntis. Deus est lux, quae illuminat sua propria opera: ac voluntas Dei eo ipso quod cum intellectu divino identificatur, ipsa est sibi et lex et lux, qua regulantur et fulgent omnia opera Dei, qui agit per intellectum et voluntatem. Sed dicitur scientia Dei causa ut dirigens ex parte voliti, in quantum quod Deus secundum suam voluntatem facit, juste facit, sapienter disponit et ordinatissime exsequitur, attingendo a fine

usque ad finem omnia in omnibus fortiter simul atque suaviter [1].

Periret libertas! Mors libertatis humanae est ipsamet scientia media, qua statuuntur unum contra alterum tamquam duo principia agendi irreductibilia, arbitrium divinum et arbitrium humanum. Libertas non perit nec perire potest sub efficacia divinae voluntatis quae, ut profunde observat D. Thomas, « est intelligenda ut extra ordinem entium existens, velut causa quaedam profundens totum ens et omnes ejus differentias ». *(I. Perilier.* lect. 14.)

3° Scientia inedia non est necessaria ad conciliandam libertatem cum gratiae efficacia et certitudine decretorum. — Probatur : *a)* Quia scientia media non conciliat, sed laedil libertatem, ducendo ad fatalismum ; *b)* quia infallibilitas gratiae ul medii ad finem certo obtinendum, provenit « ex hoc ipso, quod nihil voluntati divinae resistit »; unde « sequitur, quod non solum fiant ea quae Deus vult fieri, sed quod fiant contingenter vel necessario, quae sic fieri vult ». (I. q. 19. a. 8. ad 2.) Vera concordia, vera conciliatio libertatis cum gratiae efficacia et certitudine decretorum quaerenda ibi est, ubi de facto repcrilur. videlicet : in ipsa efficacia gratiae et decretorum certitudine ; nam, ut D. Thomas cum S. Augustino tradit, divina motio « secundum quod est a Deo movente, et tunc habet necessitatem ad id quod ordinatur a Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis ; quia intentio Dei deficere non potest ». (I-Π. q. 112. a. 3.) Gratiae divinae repudiabilitas : *a)* non est de ratione libertatis; quia posse peccare nec est libertas nec pars libertatis, quamvis sit quoddam libertatis signum ; *b)* hujusmodi repudiabilitas, quae est posse resistere divinae motioni, non obtinetur per scientiam mediam, nec indiget obtineri, sed jam habetur clara et manifesta eo ipso, quod liberum arbitrium creatum factum est ex nihilo, ex quo oritur posse deficere.

[1] 1. q. 19. a. 4. ad I.; q. 21. a. 1. ad 2.; 1-11. q. 93. a. 1. ad 1.; *be Verit.* q. 23. a. 6.

'i" Scientia media non est necessaria ad declarandum speciale beneficium Dei dantis gratias efficaces, negantis inefficaces. Probatur : *a)* Quia specialis benevolentia Dei in hoc. esi. quod non tantum det gratias praevisas efficaces, sed etiam quod praevidendo et volendo efficaces reddat atque efficiat, *b)* Quia gratia divina, utique, convenienter dividitur in sufficientem et efficacem; sed absque ratione appellatur gratia Dei inefficax. Nam : 1° omnis gratia Dei est beneficium et signum divinae benevolentiae; 2° omnis gratia Dei aliquid efficit; 8° hoc. quod non omnis Dei gratia perducat hominem ad opus salutare vel ad finem ulteriorem, ad quem medianle primo effectu ordinatur, non procedit ex ipsa gratia, sed ex resistentia liberi arbitrii.

.T" Absurdum est dicere : « Scientia luturibilium praecedens decretum Dei dantis gratias inefficaces, negantis efficaces, non facit eum maleficum. » — *a)* Quia implicat dari scientiam luturibilium praecedentem decretum Dei; nam ante omnem actum liberum divinae voluntatis nec datur ratio futuri nec luturibilis, sed ratio dumtaxat possibilium; *b)* quia absque inotivo rationabili gratia Dei denominatur inefficaxl ; cjquia Deus, sive det gratias efficaces, sive det gratias sufficientes, sive deneget, semper est sanctus, bonus et .justus : et dare gratiam sufficientem aut denegare efficacem nec facit aul facere potest Deum maleficum. « Neque tamen propter hoc est iniquitas apud Deum, si inaequalia non inaequalibus praeparat. » (1. q. 23. a. 5. ad 3.) Ratio autem, quare Deus dat gratiam tam sufficientem quam efficacem, est ipsa Dei misericordia. Et ratio, quare Deus denegat, est Dei justitia. Et in omnibus Deus misericors ac justus est adorandus.

Adnotandum tandem cum D. Thoma : « Procedunt autem

Apte ad rem Lemos *Panopl. gral.tova.* IV. parte II. lib. IV. tract. 2. cap. 1. : « Sicut ergo non potest dici quod habens auxilium sufficiens, ex defectu illius auxilii non convertatur; ita nec dicendum videtur, quod illud sufficiens auxilium ex propria ratione sua sit positive *inefficax.* ›

Ini·· objectiones ex eo, quod cognitio divini intellectus et operatio divinae voluntatis pensantur ad modum eorum quae in nobis sunt, cum tamen multo dissimiliter se habeant. » ; /. *Periher.* lect. 14.)

VI

Rationes quare scientia futuribilium debet esse independens ab omni actuali decreto divinae voluntatis.

§1

Vruruinenta P. Billot.

Ratio prima. — « Praedeterminatio tollit rationem actus liberi in quantum hujusmodi. Posita praedeterminalione. actus omnino subtrahitur a dominio voluntatis. Physica praedeterminatio aufert ab actibus liberis rationem liberi et contingentis. «

Ratio secunda. — « Sequeretur Deum esse auctorem peccati. Si Deus praedeterminat voluntates ad unum, necesse est ut praedeterminet eas tam ad bonum quam ad malum ; quippe decreta praedeterminantia assignantur ab adversariis ut medium, in quo cognoscit divinus intellectus omnes actus liberos, sive bonos sive malos. Ideo Judaei non crediderunt, quia, visis licet miraculis, fuerunt ad non credendum praedeterminati. »

Ratio tertia. — « Testimonia autem, ubi D. Thomas dicit Deum movere voluntates, applicare omnes creaturas ad agendum, etc., profecto extra quaestionem sunt. Haec enim et similia significant Deum esse auctorem agentibus creatis, ut de potentia actus primi transeant in aclualitatem actus secundi: sed quod determinate exeant in actum hunc vel illum, hoc semper dependet, juxta Angelicum, ex forma seu virtute activa, per quam operantur. »

Hucusque I'. Billot e Societate Jesu. *De Deo Uno* parte II. cap. 1. *De scientia Dei; et* sic vel simili modo argumentantur omnes Molinistae ad probandum quod impossibile est Deum cognoscere futura libera in decretis divinae voluntatis. Et quamvis de hac materia ex professo pertractatur supra, Parte II. : *Concordia liberi, arbitrii cum divina motione secundum doctrinam SS. Augustini et Thomae,* attamen quae sequuntur breviter oportet ad praesens indicare. Ac incipiendo ordine inverso, respondeo dicendum :

Ad tertiani rationem. — *a)* Testimonia, ubi D. Thomas docet ubique passim Deum movere voluntates, applicare omnes creaturas ad agendum, immutare hominis voluntatem, transferre liberum arbitrium de uno in aliud, et cor hominis, quocumque voluerit, vertere : profecto intra quaestionem sunt, et ipsam quaestionis radicem tangunt. Quapropter Molina in sua *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 27. scribit : « Quare ingenue fateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam D. Thomas in causis secundis exigit. » Oportet ergo Molinistas magistri ingenuitatem imitari

1 Ad rem Cardinalis Gonzalez in sua *Philsophia elementaria-* lib. VI. Theodicea cap. 4. a. 3. : ‹ Qui lucem in tenebras vertere conantes non verentur asserere D. Thomam solum concursum simultaneum. non vero physicam praemotionem amplecti... Qua sane in re Molina, quidamque alii ex ejus discipulis, honestius et dignius agunt, dum ingenue fatentur se in re hac a 1). Thoma discedere. › Et in opere quod scripsit cum esset episcopus Cordubensis, hispanico sermone, se. *Filosofla elemental, escrita por el Exemo. Sr. 1). Fr. Zeferino Gonzalez. Obispo de Cordoba* lib. VI. *Theodicea* cap. 4. a. 4. § 12. ait : ‹ La existencia de la premocion fisica, aun con respecto à los actos libres de la voluntad, es una verdad para Santo Tomas. Excusado es anadir que el santo Doctor establece y prueba la existencia de la premocion en cien Ingares de sus obras, y ésto con toda cia ridad y precision. Por esto no podemos menos de calificar de *ridicula·* y *necia* (stulta ac ridicula) la pretension de algunos, que apoyandose sobre algun texto truncado ô sobre algnnas palabras aisladas, tratan de persuadirnos que Santo Tomas es partidario de su concurso simultanée. En esta parte preferimos y agrâdanos

b) Cum discipuli D. Thomae tradunt cum suo Magistro Deum movere, applicare, determinare virtutem operativam causarum secundarum, etiam libere agentium, nihil aliud dicunt nec dicere intendunt nisi quod « Deus est auctor agentibus creatis, ut dc potentia actus primi transeant in actualitatem actus secundi ». Et quoniam actus secundus est actus singularis, actus determinatus, hic vel ille, actus: et aliunde, transitus de potentia in actum est vel necessarius vel contingens ; liber aut cum potestate virtutis operativae ad oppositum, vel sine potestate ad oppositum : hinc est quod Deus est auctor agentibus creatis ut de potentia actus primi transeant vel necessario vel contingenter vel libere ad talem et talem actum, ad actum hunc vel illum. Ex forma enim vel virtute activa, per quam creatura rationalis operatur, dependet quidem quod creatura libera *possit* determinate *exire* in actum hunc vel illum ; ex physica autem Dei praemotione, quae est complementum virtutis activae ipsius liberi arbitrii, habet et accipit creatura rationalis quod *de facto* in hunc vel illum actum determinate *exeat.* Etenim a Deo movente habet nostrum liberum arbitrium hoc ipsum quod seipsum libere moveat atque determinet.

Ad rationem secundam. — Deus numquam movet ad peccatum, numquam determinat ad malum, quamvis non semper movet ad omne bonum, nec ad bonum moveat omnes aequali modo. Aliquando enim permittit, quod creatura rationalis *deficiat* in suo proprio motu, sub ipsa divina motione, ab ordine primi motoris. Implicat contradictionem dari praedeterminationem divinam ad *non credendum,* ad *resistendum gratiae,* ad *peccandum.* Peccare enim, resistere, non credere, est defleere: ideoque non exigit causam *efficientem.* sed *deficientem* in sua propria operatione. Causa autem deficiens est ipsa creatura, non Deus. Oportet igitur Moli-

mucho màs la franqueza y lealtad de Molina y de algunos de sus discipulos, cuando conflesan paladinamente que su teoria sobre este punto no se halla conforme con la del Angélico Doctor. »

nistas corrigere et *sententiam* et *linguam,,* quotiescumquc de physica Dei motione loquantur: quin ex verbis inordinate prolatis facile incurritur error, et ex praepostero divinae motionis conceptu, quem ipsi Molinistae communiter propalant. alii in errorem ducuntur. Decreta praedeterminantia causant et efficiunt id ipsum quod Deus per illa praedeterininat; profundunt totum ens et omnes entis differentias: sunt primi fontes totius activitatis, perfectionis, bonitatis, pulchritudinis et libertatis. Ita D. Thomas *De div. nom.* cap. 5. lect. 3. : « Quae quidem praedefinitiones et voluntates sunt distinctivae entium et effectivae ipsorum; quia secundum hujusmodi rationes supersubstantialis Dei essentia praedeterminavit omnia el produxit. » Et *De Malo* q. 16. a. 7. ad 15. : « Voluntas divina est universaliter causa entis, et universaliter omnium quae consequuntur modum necessitatis et contingentiae. Ipsa autem est supra ordinem necessarii et contingentis, sicut est supra totum *esse* creatum. » Et *De Pot.* q. 3. a. 16. ad 4. : « Oportet autem illud, quod est causa entis, inquantum est ens, esse causam omnium differentiarum entis, et per consequens totius multitudinis entium. Ipsa enim differentia, per quam entia dividuntur ad invicem, quoddam ens est. Unde Deus non est auctor tendendi ad *non esse,* sed est *omnis esse* auctor. »

Ad rationem primam. *a)* Divina ergo molio seu praedelerminatio non subtrahit a dominio voluntatis actum, sed conjungit ipsam virtutem agendi cum suo proprio actu ; non aufert ab actibus liberis rationem liberi el contingentis, sed confert; non minuit potestatem voluntatis, sed potius auget actuando, complendo ac perficiendo illam.

b) Quidditas seu ratio essentialis physicae praemotionis clauditur a D. Thoma et a Philosopho in illo fundamentali sanae philosophiae principio : « Omne quod movetur, ab alio movetur. De potentia autem non potest aliquid reduci in actum nisi per aliquod ens in actu. Etiam quae ex proposito Hunt. oportet reducere in aliquam altiorem causam, quae non sit ratio et voluntas humana. » (I. q. 2. a. 3. el ad 2.)

c) Hoc bene vidit Molina ipse, qui in suis *Comment. in I.* q. 2. a. 3. noluit ascendere cum 1>. Thoma per illas quinque vias, quibus Deum es$e probari potesl. Timuit ire per viam primi motoris et perviam primae causae efficientis, in quibus ,(primum est causa medii, et medium est causa ultimi:... et moventia secunda non movent nisi per hoc quod sunt mota a primo... Et in omnibus causis efficientibus ordinatis primum est causa medii, et medium est causa ultimi, sive media sint plura sive unum tantum. Remota autem causa removetur effectus. » (1. q. 2. a. 3.) Unde si removeatur physica praemotio, quae est virtus derivata a causa prima el transiens per secundas causas, ipsarum virtutem operativam complendo el cum ipsarum propriis effectibus jungendo, non erit nec effectus ultimus nec causae efficientes mediae.

d) Hoc perlecte intellexit etiam Suarez, qui in suis *Disput. metaph.* viam primae causae efficientis, prout a D. Thoma exponitur ac declaratur, judicat quasi nullius valoris demonstrativi ; el viam primi motoris, aliarum viarum angulare fundamentum, pronuntiat, quasi ex tripode, esse valde incertam, cum sit innixa principio philosophico necessariae et aeternae veritatis : Omne quod movetur, ab alio movetur. Omne quod reducitur de potentia in actum, ab alio quod est in actu reducitur

e) At P. Billot alacriter ascendit cum Angelico Doclore per illas quinque vias et quasi scalas, quibus el ipsi philosophi ethnici ad Deum ascendebant : et fatetur aliquos (inter quos Suarez) passos fuisse aequivocationem circa inlelligentiam hujus principii : Omne quod movetur, ab alio movetur; et ultro declarat, quod « nisi quis velit renuntiare evidenti principio rationis sufficientis, deveniendum est ad aliquod

1 Apte ad rem D. Mercier *Ontologie* 3">« edit. 1902 p. 375 : « Suarez estime que ce principe est le fruit d'une induction ; il n'a pas assez remarqué que le mouvement signifie ici n'importe quel changement. Le principe a pour sujet : Ce qui subit une influence, et dans cette acception métaphysique il a pour formule : Nihil transit de potentia in actum nisi per aliquid ens in actu... Ce principe est en matière nécessaire, analytique, »

movens quod ita moveat, ut movendo non moveatur »: et quod « ridiculum est, etiam apud indoctos, ponere instrumenta moveri non ab aliquo principali agente ; et quod denique « oportet in summo veluti culmine Universi esse. Primum Movens, quod sil omnibus supremum, et hoc dicimus Deum, cui sc. omni die accinil Ecclesia dicens : Iterum Deus tenax vigor, Immotus in te permanens. Lucis diurnae tempore Sucessibus determinans ».

f) Igitur P. Billot arguentem contra physicam Dei motionem (cap. 1. *De scientia media)* remittimus ad ipsum P. Billot explanantem quinque vias, quibus Deum esse probari potest.: et Ipse dicet sibimetipsi : 1" Quod Deus est tenax vigor etiam liberi arbitrii creati. 2° Quod est ridiculum. etiam apud indoctos, ponere instrumenta moveri non ab aliquo principali agente. « Sub Deo. qui est primus intellectus et volens, ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta sub principali agente. » *(III. C. Geni.* cap. 147.) « Omnia autem moventia, etiam per intellectum, comparantur ad primum movens, quod est Deus, sicut instrumenta ad agens principale. » *(I. C. Gent.* cap. 44.) 3° Quod « licet viventia recte dicantur movere seipsa, in quantum, secundum aliquid sui, in actu existenlia reducunt se in actum secundum aliud : tamen vel ex hoc solo quod perfectio actus secundi seu ultimae actualitatis omnino excedit imperfectionem elicitivae potentiae, metaphysice repugnat ut, si ab alio nullo pacto moveantur, seipsa moveant. Omne ergo quod movetur (sive nullo modo moveat se sicut inanimata, sive moveat se ut viventia), semper indiget ab alio moveri et ab eo recipere aliquid, quod de potentia transeat in actum. » Ita recte P. Billot *De Deo uno* q. 3. An *Deus sil.*

g) Physica ergo praemotio nihil est aliud nisi hoc aliquid, quod omnes causae secundae, etiam libere agentes, indigeni recipere a Deo, quod est primum volens et primum libere agens, ad hoc quod de potentia transeant in actum.

Argumentum Achilles contra praeinotionem physicam.

Molinistae omnes sic contra physicam praeinotionem arguunt : « Liberae voluntatis enim dos et nobilitas propria est seipsam determinare pro sua *indi/ferentia activa.* Atqui, docentibus ipsis praemotionistis, in id praecise datur praedelerminatiO; ut voluntas, *sublata indifferentia,* ad agendum determinetur a Deo. Ergo non sine contradictione ponitur, quod simul voluntas seipsam determinet. » En argumentum Achilles eorum, qui judicant quod praedeterminatio physica inexplicabilem reddit conceptum humanae libertatis sub movente Deo L Respondeo dicendum :

a) Quare in praemissa majori, dum loquuntur de indifferentia liberae voluntatis creatae, addunt : « *activa i>;* et in praemissa minori dicunt sine ulla determinatione : « *sublata indifferentia* »? Ludunt ergo corn vocabulo *indifferentiae, et* laborant in aequivoco ; et ideo diligere videntur copfusionem magis quam distinctionem.

b) Thomistae cum D. Thoma docent quidem in id praecise dari et esse necessariam praedeterminationem ad tollendam voluntatis creatae indifferentiam : sed indifferentiam passivam. non autem activam ; indifferentiam quae est carentia actus, non autem indifferentiam quae ipsius est dominativa.

c) P. Lemos in Congregationibus *De Auxiliis* disp. 2. coram Paulo V. jam hanc difficultatem luminose dissolverat. « Respondeo : Tollit indetcrminationem et indifferentiam quandam *quantum ad actum* seu *privativam* et *polentialitatem : Concedo.* Tollit indeterminationem seu indifferentiam *substantialem et essentialem* voluntatis : *Nego.* »

« Itaque duplex in voluntate nostra est indifferentia seu indeterminatio. Altera est substantialis et essentialis: et in ista libertas consistit : et ista est potentia, quae ita unum

1 Ita cum aliis Aloisius Adulphus Paquet *De Deo uno* disp. VI. i|. 1. a. 5. At de his redibit sermo infra cap. 12.

operatur ex indifferentia rationis, ut possit aliud operari, nec ex natura sua est ad unum determinata. Altera indifferentia seu indelerminatio est privativa, sive quantum ad actum ; et ista est quaedam potentialités et imperfectio voluntatis, qua creata voluntas, antequam moveatur a Deo, aequaliter privatur omni actu et aequaliter se habet ad unum et ad alterum, et aequalem dicit potentiam ad utcumque ; et ista potentialitas seu indifferentia privativa actus, imperfectio magna est in nostra voluntate.-»

« Unde prima divina libertas, quae perfectissima est, semper est in actu : et istam potentialem seu privativam indifferentiam non habet. Igitur divina praedeterminatio in voluntate nostra recepta, sicut potentiam nostram liberam re,ducit de potentialilate in actum primum, ita aufert ab illa istam imperfectionem et potentialitatem, istamque indifferentiam privativam. Perficit autem indifferentiam essentialem et substantialem voluntatis, quia reducit illam de' potentia in actum primum, ut juxta suum proprium modum ipsa voluntas se determinet in actum secundum, salva ejus libertate. »

Quod D. Thomas sic breviter docuerat *De Malo* q. 3. a. 2- ad 4. asserens quod nostrum liberum arbitrium ab ipsa Dei motione « habeat hoc ipsum quod seipsum movet; et sic non repugnat libertati, quod Deus est causa actus liberi arbitrii ».

Molinistae etiam dicunt, quod non possunt capere libertatem humanam sub divina praemotione. Ad quod ipse P. Lemos in Congreg. 17. coram Clemente VI1L respondebat : « PP. Societatis non possunt intelligere quomodo cum absoluto decreto divinae voluntatis stet libertas arbitrii : sed oportet confiteri hoc esse opus divinae omnipotentiae. Ad divinam omnipotentiam reducit hoc Augustinus in *Enchir.* cap. 96. : *Nisi hoc credamus, periclitatur ipsum nostrae fidei confessionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud vocatui· omnipotens, nisi quia quidquid vult, potest ; nec voluntate cujuspiam creaturae, voluntatis omnipotentis impeditur effectus.* Et in epist. ad Vitalem : *Nolentes credere omni-*

potenthisima facilitate convertit. Et S. Thomas *II. Sent.* •list. 25. ({. 1. a. 2. ad J. : *Licet Deus voluntatem de uno in aliud mutet, nihilominus hoc sua omnipotentia facit, ut illud, in quod mutatur, voluntarie velit.* Utrumque enim vult Deus, et substantiam el modum. Unde tradil D. Thomas illam regulam maxime observandam, videlicet : Cum de divina providentia et voluntate est sermo, non esse sic dicendum : *Deus hoc voluit et praeordinavit,* ergo hoc erit; sed debere simul modum cum substantia apponere, sic dicendo : *Deus voluit ut hoc fieret necessario, ergo necessario eveniet. Deus praeordinavit hoc fieri contingenter, ergo fiet contingenter. Deus praedestinavit hoc fieri libere, ergo fiet libere.* »

Radix prima, ex qua oritur difficultas capiendi libertatem humanam sub divina praemotione, in eo nempe consistit, quod Molinistae nop videntur adhuc pervenisse ad efformandam sibi : 1" veram notionem causae primae: 2° veram notionem causae secundae ; 3° veram proinde notionem libertatis humanae. Hic volvitur cardo lotius controversiae inter D. Tbomam et inter Molinam et Suareziutn, qui non voluerunt cum D. Thoma ascendere per illas quinque vias, quibus Deum esse probari potest; quibus vera notio causae primae declaratur, et consequenter vera notio causae secundae manifestatur ; et quibus pervenitur, ascendendo, ad veritatem· usque creationis demonstrandam : quam Suarez demonstrare non valet, eo ipso quod discedit a D. Thoma in quaestione gravissima, quae caput est totius melaphysicae e.t lapis angularis philosophiae Christianae.

Molinistae siquidem ex una parte libertatem humanam magnifice extollunt et dicunt illam esse praecipuam hominis excellentiam, qua differt a brutis, aequatur angelis. Deo assimilatur et omnibus aliis creaturis pracest atque in eas dominatur. Et hoc quidem verum est. El postea simulant scandalizari et scindunt vestimenta sua et continent aures suas, quotiescumque audiunt physicae praemolionis nomem : et non cessant invocare ad terrorem infantium canonem 4. sess. 6. Concilii Tridentini : « Si quis dixerit liberum hominis

arbitrium a Deo motum el excitatum nihil cooperari assenliendo Deo excitanti... neque posse dissentire si velit; sed. velul inanime quoddam, nihil omnino agere mereque passive se habere : A. S. › Et unus ex Molinistis scribit : « Scimus equidem Thomistas definitionis Tridentini vim effugere celebri distinctione sensus compositi et sensus divisi. Quod si ea distinctio semel admittatur, jam nihil est quod Concilium adversus Lutheranos et Calvinistas definierit. »

Ex alia vero parte, quando Thomistae arguunt hanc tam praecellentem perfectionem nostrae libertatis, qua sumus actuum nostrorum domini el movemus ac determinamus nosmetipsos ad agendum ita, quod etiam dum agimus potestatem habemus agendi contrarium, immediate causari a Deo, actuari a Deo, perfici a Deo per aliquem influxum praevium: " nam motus est quidam defluxus a movente in mobile; » *(I. C. Gent.* cap. 20.) " nam complementum virtutis agentis secundi est ex virtute agentis primi : » *(III. C. Gent.* cap. 66.) « quia ipse est qui operatur iu omni operante per naturam vel per voluntatem : » (ibid. cap. 67.) « motio autem moventis praecedit motum mobilis, ratione et causa » (ibid. cap. 149.) : Tunc Molinistae laborant et sudant, ut abscondant magnificentiam nostrae libertatis; et ita deprimunt illam, ut dicanl ipsam esse quandam umbram seu formaiitalem, quasi ens rationis fictum et umbratile, aliquid prope nihil. Unde :

1 Ita P. Huktek iu tract. *De gral.* cap. 3. thés. 193. Prob. 2. thés. Edit. 5. recognita 1885. — Attamen P. Hurter ibid, schol. 2. n° 143 admittit dari quaedam auxilia gratiae *ex se efficacia :* « Quid enim, inquit, si illa gratia, qua Paulus praeventus ex persecutore factus est subito apostolus, fuerit *ex sese efficax :* scquiturne quotiescumque fidelis tenuissimam elicit attritionem, cum gratia praeveniri ex se efficaci { » 1» sequitur, quod male argumentatur P. Hurter, dicens ex Cone. Trid. sententia gratiam efficacem ex sese non posse jam admitti ; 2» gratiam efficacem ex sese non laedere libertatem; aliler S. Paulus *non libere* ad Deum se convertisset ; 3° gratiam Dei permanere eandem ante ct post Cone. Tridentinum ; ac proinde si ante definitionem Concilii gratia erat ex sese efficax, ex sese efficax erit quoque postea: et nulla adest necessitas Thomistis definitionis Concilii vim effugiendi.

I" Alii dicant quod « determinatio voluntatis ad ununi non habet rationem entis procedentis a Deo... Nec omne quod habet rationem entis, debel procedere a Deo semper immediate... Nec omne quod esi in effectu procedente a causis secundis, fit immediate a Deo... Hoc enim est omnino falsum el ducens ad occasionalismum. » fla P. Michaële de Maria S. J. *Theol. natur,* part. Π. q. 2. a.

2° Alii dicunt quod « equidem verum esi. quod ipsa determinatio voluntaria, in quantum hujusmodi, constituit aliquam positivam rationem entis, quae a Deo dependere debet, sed *suo modo.* Depende! quippe a Deo in quantum esse non potest in actu nisi praesupposita motione primae causae : dependet etiam sub propria formalitate determinationis contingentis, quatenus a Deo est *activa indifferentia* voluntatis, a qua procedit. Et re quidem vera, nisi velimus negare propriam activitatem causarum secundarum el reducere omnia ad puram conditionem instrumentorum, fateri necesse est causas secundas, tam necessarias quam liberas, esse causas principales suorum effectuum quantum ad specificationem eorum... El ideo determinatio voluntatis, tam sub generali ratione entis in actu quam sub speciali ratione contingentiae sibi propriae, dependet a causa prima, quin inde oporteat nos ad praedeterminantia decreta confugere... El nota, quod actus liber, prout de lacto contingens prae opposito, sub praedeterminatione Dei, non est *aliquis modus* imitandi divinam essentiam : quia sic associantur nolae, quae ad invicem pugnant et se mutuo destruunt. » Ita P. Billot *De Deo uno* part. II. cap. 1. de scientia eonditionalium | 1.

3° Alii palam ioquenles, el absque subtilitate anleceden lium modorum, in quibus vera falsis el falsa veris veluti ex industria miscentur, sic plane el plene resolvunt controversiam : i. La liberté n'est pas, en elle-même, une puissance active, une cause efficiente, qui produise des réalités physiques... La liberté humaine est donc ;ï la Ibis quelque chose et de bien petit et de bien grand. De bien petit : car elle ne produit rien, elle n'est cause de rien, elle n'est raison ni

do. la réalilé physique ni de la valeur morale qui constituent l'œiivre méritoire... Mais si la liberté n'est pas une· cause efficiente, il n'y a plus lieu de chercher sa place dans la hiérarchie des causes, ni d'exiger qu'elle soit mue par la cause première. Tout le raisonnement fondé sur l'effio'âcité du Premier Moteur s'écroule; car un moteur ne peut agir avec toute puissance là 01'1 il n'y a pas de mobile. » Ita ad litteram P. de Regnon, de la Compagnie de Jésus. *Banez e! Molina* lib. 111. p. 217. 263 et 277. Paris 1883 h

Bene babel. Molinistae jam manifesto et conceptis verbis asseverant humanam libertatem non esse veram causam efficientem. En fructus genuinus scientiae mediae, concursus sirnultanci et lotius concordiae Molinae ! Libertas humana nihil producit, nihil agit, nihil efficit, nihil causal, nec in ordine physico nec in ordine morali. Liberum hominis arbitrium non est causa efficiens ; non habet locum in hierarchia causarum agentium: et ideo non movetur a causa prima; quoniam a causa prima non moventur nisi : 1" ea quae habent rationem verae causae: 2° ea quae habent rationem moventis el mobilis. Ideoque revera ruunt atque in nihilum rediguntur insolubilia Thomistarum argumenta, quae assumuntur ex via primi motoris atque ex via primae, causae efficientis. Si enim liberum hominis arbitrium non est movens nec mobile, manifestum est quod non movetur. Et si non est vera causa efficiens, extra dubium est

1 Et tamen l'. de Regnon serio haec scribit : « Grâce à la théorie de la science moyenne, toute objection contre le dogme de la liberté s'évanouissait, et le Calvinisme perdait pied. C'était la seule victoire qu'ambitionnait l'Ordre de Saint-Ignace, et. pourvu qu'on lui laissât en main une épée si terrible à l'hérésie, elle se déclarait prête à la baisser courtoisement devant tout adversaire catholique. › *(lianes et Molina* lib. 11. §. 8. p. 131.) Mirum profecto modum, gladiumque vere terribilem, quo percussus Galvinismus succumbit, et quo dogma libertatis in tuto ponitur; concludere sc. per viam scientiae mediae dicendo : « La liberté n'est pas en elle-même une puissance active, une cause efficiente qui produise des réalités physiques... (p. 217)... Donc la liberté n'est pas une cause efficiente... et produisant quelque effet particulier. › (p. 270.)

quod virtus ipsius operativa nec completur ex virtute causae primae, nec ad agendum applicatur, nec cum suo proprio actu per virtutem primae causae conjungitur.

Ergo Molinistae non valent sustentare in suo esse liberum hominis arbitrium contra argumenta Thomistarum deprompta ex via primi motoris et ex via primae causae efficientis, nisi : 1" vel asserendo cum Molina. Suarez el Bellarmino, quod liberum arbitrium est « simpliciter et absolute potentia activa » : quod est proprium solius Dei, qui est actus purus; .2'· vel loquendo ambigue el contradictorie, sicut P. Michaël·· de Maria et sicut P. Billot et alii plures, qui admittunt *determinationem* voluntatis ad agendum habere profecto *rationem· entis,* sed tamen ipsam non procedere a Deo immediate immediatione virtutis : dependere quidem a causa prima, quatenus a Deo esi activa indifferentia voluntatis, sed nihil dicendo de dependentia a causa prima, quatenus a Deo est etiam *complementum* propriae activitatis causae secundae, cujus *indifferentia passiva* et *potentialis* tollitur per divinam praemotionem : et praeterea, pueriliter distinguendo inter physicam praemotionem et physicam praedeterminntionem, quasi non exprimerent unam et eandem rem ! 3° vel palam confitendo cum P. de Regnon. quod humana libertas nihil producit, nihil causal, nihil efficit, nihil omnino agit.

Videat nunc P. Hurter, et omnes videant quoque alii in Molinismo socii, utrum Concilium Tridentinum aliquid definierit contra Lutheranos et Calvinistes, adversus Manichaeos et Jansenii sectatores, cum et ipsi scientiae mediae defensores dicant et praedicent quod humana libertas nihil omnino agit. Inierim, Thomistae non cessabunt docere el tradere doctrinam D. Thomae, quam sua auctoritate confirmat ac corroborat Leo XIII. in Litteris Encyclicis *De libertate humana,* dum ait : « Libertas praeslanlissimum naturae bonum, idemque intelligentia aut ratione utentium naturarum unice proprium, hanc tribuit homini dignitatem, ut sit in manu consilii, obtineatque actionum suarum potestatem. »

« Scite, Augustinus aliique. adversus Pelagianos hoc ani-

madvertebant, si posse deficere a bono secundum naturam esset perfectionemque libertatis, jam Deus, Jesus Christus^ Angeli. Beati, in quibus omnibus ea potestas non est, aut non essent liberi, aut certe minus perfecte essent quam homo viator atque imperfectus. »

« De qua re Doctor Angelicus multa saepe disputat, ex quibus effici cogique potest facultatem peccandi non libertatem esse, sed servitutem. »

« Virtus gratiae, cum mentem illustret voluntatemque salutari constantia roboratam ad morale bonum semper impellat, expeditiorem efficit simulque tutiorem nativae' libertatis usum. »

« Ac longe est a veritate alienum, *interveniente Deo* minus esse liberos motus voluntarios; nam intima in homine el cum naturali propensione congruens est divinae vis gratiae: quia ab ipso et animi et voluntatis auctore manat, a quo res omnes convenienter naturae suae moventur. »

« Irnmo gratia divina, ut monet Angelicus Doctor, ob hanc causam, quod a naturae opifice proficiscitur, mire nata atque apta est ad tuendas quasque naturas, conservandosque mores, vim, efficientiam singularum. »

Ec.ce fundamentum verae concordiae liberi arbitrii creati cum divina praemotione, tam in ordine natuçali quam in ordine supernatural! !

VII

OBSERVATIONES

Prima : Pro complemento quaestionis optimum erit etiam considerare quomodo se habeant inter se universi Molinae ac Suarezii discipuli in assignatione medii, in quo Deus per scientiam mediam inspiciat et a longe videat futura libera conditionata ante omnem actum liberum divinae voluntatis. Omnes respiciunt scientiam mediam, lampadis praelucentis instar, qua sublata Deus ipse ambularet in tenebris in exse-

cutione providentiae ac praedestinationis. Unde P. Kleutgen cap. 2. *De scientia Dei* a. 16. : « Societatis Jesu theologi dogmata de divina et creata voluntate alia via conciliare lentaverunt. Posuerunt et ipsi aeterna decreta, quibus Deus actus etiam liberos sive praefiniat sive permittere statuat, sed praelucente scientia media. » '. El P. Billot *De scientia Dei* scribit, quod sine scientia futuribilinm independent! ab omni actuali decreto divinae voluntatis : 1" « sub quadam alea et quodam periculo sortis erunt, dispositiones aeternae providentiae » : 2° « non haberet Deus certum et infallibile medium convertendi corda » ; 3° « item, nisi haec scientia foret in Deo, lieront multae orationes, quas.defectu potentiae non posset Ipse exaudire ». Ites equidem gravissima! Si scientia media e medio tollatur. Deus remanebit caecus, surdus et impotens ! ·'.

' Etiam P. Baudier *Eludes religieuses,* juin 1888, p. *M'I* : « La science moyenne, sans laquelle rien ne s'explique dans l'œuvre de la providence et de la prédestination. » — Etiam P. Hurter tract. 5. *De Deo uno* thés. 88. : ‹ Scientia media non admissa, explicari nequit quomodo Deus provide sua decreta circa naturas liberas condere possit, vel harum libertas salva incolumisque maneat. » — Et. P. Pesch *De Deo uno* part. HI. sect. 3. *De scientia Dei :* ‹ Sine hac praevisione tola providentia divina destrueretur ; quia rectas conditiones ad debitos fines *non posset* Deus eligere, nisi antea videret quid creatura sub his vel illis conditionibus libere actura esset, » Et sic de ceteris.

s In opere cui titulus : *De primatu divinae libertatis ad sciendum el discernendum de contingentibus* lib. 1. *contra scientiam mediam,* auctore F. Hieronymo Vives Valentino Ord. Praed. iValent. 1654) in disp. 9. dist. 6. agitur ex professo de omnibus his, quae a P. Billot tanguntur, quaeque a P. Suarez jam fuerant tradita lib. II. *De scient, conditional. ;* et dum refutantur argumenta Suarezii. concluditur, quod scientia media non est utilis ad exsequenda munera seu finem, cujus gratia fuit adinventa, sed e contra : « *Scientia media efficit Deum caecum et ignorantiae subjectum : exponit, periculo frustrandi sua decreta; et nihil valet ad conciliandam libertatem creatam eum divina causalitale, si explicetur cum. decreto aut concursu intrinsece indifferenti.* »

Bossuet autem in opere, cui titulus : *Traité du libre arbitre* cap. 6. « Second moyen pour accorder notre liberté avec la certitude «les décrets de Dieu : La science moyenne ou conditionnée. Faible de

Secunda : Gum autem agitur de modo quo Deus ante omne «Incretum divinae voluntatis omnes hominum vias praevideat, el. per quem Deus habeat certum et infallibile medium convertendi corda, el orationes nostras *possit* ipse exaudire, lune :

a) Molina in sua *Concord,* q. 14. disp. 52. tradit hujusmodi medium esse « Altissimam el inscrutabilem comprehensionem eujuscumque liberi arbitrii ».

b) Suarez autem *De scient. Dei* lib. 1. cap. 8. et lib. 2. cap. 7. affirmat hujusmodi medium esse « Veritatem futurorum contingentium objectivam ».

c) 'boletus vero in I. Pari. q. 14. a. 13. ait : « Salvo meliori judicio, puto quod Deus, factor omnium voluntatum, cognoscit in ipsis certo quid debeant eligere. »

d) Alii Molinistae assignant pro medio cognitionis futurorum « Decretum divinum ut futurum ».

e) Alii dicunt esse « Creaturam sibi derelictam ».

f) Alii contendunt Deum cognoscere « futura in veritate objectiva fundata in eventu futuro ».

g) Bellarminus *IV. De grat. et lib. arb.* cap. 15. : « Res est omnino difficilis, et fortasse in hac vita incomprehensi-

cette opinion ». postquam exposuit principia hujus systematis, concludit sic : « Une seule demande faite aux auteurs de cette opinion en découvrira le faible. Quand on présuppose que Dieu voit ce que fera l'homme, s'il le prend en un temps et un état plutôt qu'en l'autre : ou on veut qu'il le voie dans son décret, et parce qu'il l'a ainsi ordonné; ou on veut qu'il le voie dans l'objet même comme considéré hors de Dieu, et indépendamment de son décret. Si on admet le dernier, on suppose des choses futures sous certaines conditions, avant que Dieu les ait ordonnées ; et on suppose encore qu'il les voit hors de ses conseils éternels : ce que nous avons montré impossible. Que si on dit qu'elles sont futures sous telles conditions, parce que Dieu les a ordonnées sous ces mêmes conditions, on laisse la difficulté en son entier ; et il reste toujours à examiner comment ce que Dieu ordonne peut demeurer libre. Joint que ces manières de connaître sous condition ne peuvent être attribuées à Dieu que par ce genre de figures qui lui attribuent improprement ce qui ne convient qu'à l'homme ; et que toute science précise réduit en propositions absolues toutes les propositions conditionnées. » Haec Bossuet.

bilis... Probabile tamen nobis videtur Deum futuras actiones liberas non videre nisi in humana voluntate. »

h) P. Billot *De scientia Dei* cap. 1. : « Hoc autem qualiter intelligi debeat, paucis et cum magna sobrietate declarandum est... Quod allinet ad quaestionem *quomodo,* libenter fatemur nos deficere... Hic tamen consistimus, et non procedimus ultra, ne lentantes explicare quomodo sit haec divina praescientia. reprehendamur a Scriptura monente nos inscrutabile hoc esse ac penitus humano intellectui impervium. »

i) P. Kleutgen *De Deo uno* q. 3. cap. 2. *De scientia Dei* a. 8. ad 3. loquens de scientia media : « Verum est inquit, de medio in quo Deus haec futura cognoscat, diversas esse theologorum sententias. »

j) P. Baudier serio affirmat hanc sententiarum diversitatem in designando mediae scientiae fundamento esse negotium domesticum Societatis, in quo Thomistae nullum habent jus interveniendi *.

k) P. Pesch *De Deo uno* part. 3. sect. 3. a. 1. diversas theologorum Molinistarum sententias ad perfectissimam unitatem atque harmoniam reducens, concludit : « Vides igitur hos omnes modos loquendi : *Deum cognoscere contingentia :* 1° in eorum objectiva realitate; 2° in supercomprehensione liberi arbitrii: 3° in essentia divina; 4° in ideis divinis; 5° in decreto non praedeterminante voluntatis suae : hos omnes, inquam, modos loquendi significare unam eandemque rem alio et alio modo. » Et tamen de nulla alia re quaeritur in controversia, nisi de *ipso modo.*

l) Ac tandem P. de Regnon in opere, cui titulus : *Bahez et*

' « Les décrets subjectivement absolus, objectivement conditionnels écartés, le reste est *affaire de famille où les Banésiens n'ont pas à intervenir.* Les uns disent, Dieu connaît, voit les futuribles libres dans leur *vérité objective ;* les autres, dans leur vérité formelle ; ceux-ci dans la *supercompréhension* de la volonté humaine; ceux-là dans leur éternelle présence devant. Dieu. » *(Eludes religieuses,* juin 1888, p. 195). — ‹ Ce sont là querelles domestiques auxquelles n'ont rien à voir les Banésiens. » (P. de Regnon, *Banes et Molina,* lib. 2. §7.)

Molina lib. 2. § 6. laudans et exaltans hujusmodi harmoniam inter diversas Molinistarum sententias feliciter adinventam a P. Pesch. coronat omnes labores ac sudores Molinistarum scribens : » Donc, enfin, il nous faut renoncer à expliquer le *comment* de cette science divine, que nous appelons la science des conditionnels... Expliquer celle science, la science moyenne, c'est œuvre de dilettantisme philosophique. »

Tertia : P. Kleutgen *De scientia Dei* cap. 2. a. 17. ad examen revocans diversos illos modos loquendi, qui secundum adinventam P. Pesch « significant unam et eandem rem alio et alio modo », movet caput suum et desperat de solutione salisfactoria quaestionis. Loquens de medio proposito a Suarezio et propugnato a P. Ruiz, ait : « Plura, quae in hac expositione dicuntur, optime dicerentur, si demonstrandum esset lutura haec a Deo cognosci ; at siquidem quaeritur, in quo medio cognoscantur, vereor ne satisfaciant. Recte sano argumentamur, quoniam futura, de quibus loquimur, sunt quaedam vera, non posse non cognosci a Deo, cujus virtus cognoscendi infinita est, et cognosci quidem in sua essentia, cujus item virtus repraesentandi fine caret. Sed hoc modo quaestio nostra non solvitur. Essentia divina ut est *causa exemplaris,* et *ideae* ipsae non repraesentant haec futura nisi tamquam mere possibilia. Nos igitur hic quaerimus, *sub qua ratione* considerata essentia divina ea repraesentet, tamquam quae actu vel sunt futura vel posita conditione essent futura. Ad hanc igitur quaestionem in hac sententia non respondetur. Quae autem explicandi gratia adduntur, haud scio an secus ipsa pugnent. »

Deinde loquens de *medio* assignato a Molina, addit : « Hoc idem argumentum etiam contra Molinam urgent. Quantumcumque enim et voluntas ipsa et res adjunctae omnes comprehendantur, non potest in his videri, quod in iis non est. Atqui nec in voluntate nec in rebus ceteris, sive singulis sive universis est, quod voluntatem, siquidem vere libera sil, determinet. Dum autem non cognoscitur id quod voluntatem determinet, nec quam partem sit electura praevidetur. »

P. Billot loquens de *medio* scientiae inediae assignato a P. Suarez scribit : *a)* « Veritas objectiva futuribilium nihil reale est extra intellectum apprehendentem ipsam ; unde repugnat ut sil conditio real is. ex qua esset exspectanda determinatio cognitionis. » *h)* « Insuper, scientia divina penderet ab aliquo extrinseco, saltem til a conditione, cum tamen sit sub omni respectu prorsus independens. » *c)* « Denique, cum scientia sit actus manens in intelligente,, semper necesse est, ut habeat in ipso intelligente omnia determinativa sua; et ideo quocumque modo dicatur scientia aliqua ab objecto extrinseco determinari, numquam extrinsecum potest per se solum determinare scientiam, sed tantum mediante aliqua specie vicaria sui, quae in intelligente sit. Quapropter omnibus modis rejicienda est explicatio. » *d)* *v* Quia illud, quod nec in seipso realitatem habet nec in reali aliquo medio objective cognoscitur, profecto videtur non posse cognosci nisi ut fictio arbitraria intellectus. Atqui futuribilia non habent in seipsis realitatem: praeterea, ex adversariorum (Suarezii sequacium) sententia, non sunt in reali aliquo medio objectivo cognoscibilia : ergo rebus imaginariis aequiparanda viderentur. »

Quarta : Videas igitur, quantum progressus fuerit P. Pesch in *medio* scientiae mediae stabiliendo, poliendo et unifieando ! Suarez rejicit tamquam improbabilem sententiam Molinae; et Molina tamquam falsam sententiam Suarezii ; ct alter alterius jure merito damnat modum scientiam mediam explicandi. P. Kleutgen sincere fatetur, quod nec Molina nec Suarez satisfacere assequuntur in medio scientiae mediae determinando. Unde addit : « Equidem malo assenliri Bellarmino, qui, et si opinionem quam dixi, probabiliorem judicaret, haec tamen sapienter et modeste monuit : res esi omnino difficilis, et fortasse in hac vita incomprehensibilis, qua ratione Deus futura praenoscat. » Et P. Billot existimat rejiciendam velut absurdis scatentem explicationem Suarezii. \t P. Pesch nullam reperit difficultatem, nullum inter sententiam Molinae et Suarezii discrimen : sed gravitate quadam

alllrmal « hos omnes modos loquendi significare unam el eandem rem alio el alio modo ».

Similiter, de quidditate sive ratione essentiali scientiae mediae est quod Deus inspiciat futura libera et contingentia liberi arbitrii creati ante omrte decretum divinae voluntatis. P. Pesch asseverat, quod videre futura conditionata et libera ante omne decretum divinae voluntatis et videre in decreto divinae voluntatis significat « unam et eandem rem » !

Et praeterea, dantur decreta divinae voluntatis, non praedeterminantia. Mirabile decretorum genus, in quibus nihil decernitur nihilque determinatur !

Quinta : P. Kleutgen Joco supra citato, quasi contristatus ex eo quod Molinistae non inveniant fundamentum ullum supra quod firmiter ac secure requiescere possit scientia media, ait : « Hoc unum adjiciam, immerito Thomislas... de subverso fundamento scientiae mediae gloriari. Ex eo enim, quod futura a Deo non in seipsis sed in se cognoscantur, haud sequitur ut cognoscantur in decreto praedeterminante. Neque omnino controversia de scientia media ex hac quaestione pendet. Cum enim et revelatione divina et ratione ipsa humana constet etiam hypothetice futura nostra Deo esse nota, hac scientia divina procul dubio uti possumus ad explicanda dogmata de praedestinatione, gratia et. libero arbitrio, etiam si fateamur ignorare quomodo Deus ea cognoscat. » Ad haec :

1° Revelatione divina constat *futura* nostra, sive absoluta sive conditionata, Deo esse nota; et ratione ipsa humana demonstratur Deum cognoscere omnia futura libera et contingentia, sive conditionata sint sive absoluta. Attamen revelatio divina nihil loquitur de *scientia media;* et ratio ipsa humana non pro scientia media, sed contra illam militat, ut ex supradictis patet.

2° Non oportet identificare *scientiam divinam* de futuris contingentibus cum scientia media. Quod Deus cognoscat omnia, possibilia, futuribilia et futura, nemo negat; aliter Deus non esset Deus. Quod autem Deus cognoscat futura.

libera et contingentia liberi arbitrii creati ante omnem actum liberum ipsius divinae voluntatis : hoc non admittunt nisi Molina et Molinae sequaces, qui adhuc non valuerunt ostendere *scientiam mediani* esse scientiam divinam.

3° Controversia de scientia media pendet omnino ex hac quaestione, sc. ex hoc, quod probetur sive revelatione sive argumentis rectae rationis ac verae philosophiae, Deum cognoscere « ex altissima et inscrutabili comprehensione cujusque liberi arbitrii, quid pro sua innata libertate, si in hoc vel illo vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset, ante omnem liberum actum voluntatis divinae ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52.) Unde si Molinistae nequeunt probare Deum cognoscere futura libera scientia naturali et necessaria ante quodlibet decretum liberae divinae voluntatis, sive medio assignato ab ipso Molina, sive a Suarezio, sive a quocumque alio theologo Societatis : scientia media carebit fundamento. Exinde :

4° Themistae de subverso fundamento scientiae mediae merito gloriari possunt.

5° Sequitur, quod futura cognoscantur in decreto praedeterminante; praeter alias rationes, quibus necessario demonstratur nihil transire ex ordine mere possibilium ad ordinem futurorum nisi in virtute liberae divinae voluntatis.

6° Et semel subverso fundamento scientiae mediae, scientia media nequit appellari « scientia divina »; quia sine fundamento praedicatur de Deo. El. tunc, quid ergo proderit usus scientiae mediae « ad explicanda dogmata de praedestinatione, gratia, et libero arbitrio, etiamsi fateamur ignorare *quomodo* Deus ea cognoscat » ? De *hoc* agitur *modo,* nempe : Utrum ante omnem actum liberum divinae voluntatis habeal aut habere possit rationem futuri, rationem entis, rationem veri, rationem proinde scibilis, aliquis actus liberi arbitrii creati. Ostendant hoc Molinistae: et tunc hac scientia divina procul dubio uti possumus ad explicanda dogmata de praedestinatione, gratia et libero arbitrio. Inierim Tliomistae gloriabuntur in Domino de subverso fundamento scientiae mediae.

Sexta : Sectatores scientiae mediae, qui pro humana libertate bellatores strenui se esse gloriantur, sua ipsa scientia media libertatem laedunt, destruunt atque in nihilum redigunt. Nesciunt enim humanam libertatem propugnare nisi :

I" Vel tradendo quod liberum arbitrium creatum est *potentia pure, simplicité·)· et absolute activa :* quod proprium est Dei, qui est actus purus et primum volens ac per essentiam liberum. (I. q. 3. a. 4.)

2° Vel affirmando quod ipsa determinatio liberae voluntatis creatae ad agendum habet quidem rationem positivam entis; sed tamen hujusmodi ratio positiva entis non procedit a Deo. ente per essentiam, immediate immediatione virtutis. Quod quidem repugnat philosophiae Christianae et est contradictorium in terminis. (I. q. 44. a. 1.i

3° Vel palam dicendo quod humana libertas nihil causât, nihil efficit, nihil omnino agit. Quod error est Manichaeorum, Lutheranorum et Calvinistarum, in Concilio Tridentino ab Ecclesia damnatus sess. 6. can. 4.

Scientia itaque media ad *fatalismum* deducit, eo ipso quod ea, quae ex proposito fiunt quaeque ex voluntate deliberata procedunt, non reducit « in aliquam altiorem causam, quae, non sit ratio et voluntas humana ». (I. q. 2. a. 3. ad 2.) Oportet igitur reducere electiones ipsas atque determinationes liberi arbitrii creati ad ipsam Dei liberam voluntatem, a qua sicut ex proprio ac primo fonte oritur totum ens et omnes ejus differentiae; totum ens et omnes entitatis modi, modus contingentiae et necessitatis, modus ipse libere agendi et libere se determinandi ad agendum *. (1. q. 19. a. 8. et q. 22. a. 4.)

1 De *Scientia Media* actum fuit in variis *Congreg. dè Auxiliis.* In Congreg. 14. habita 27. Januarii 1603 coram Clemente VIII. obiter agens de scientia media P. Lemos dicebat : « In ista praescientia conditionalium affirmant (PP. Societatis) consistere totam *Concordiam* Molinae. Et quamvis modo non liceat ex professo ostendere hujus scientiae impossibilitatem, et qualiter omnium magnarum Inlsitatiim est origo et fundamentum, et quomodo est asylum in quod refugerunt semper Semipelagiani pro detrahenda *efficacia*

divinae gratiae, ipsam male in libero arbitrio constituendo ; iameu ad praesens ista scientia constituitur a Molina ita, quod ante decretum divinae voluntatis per illam Deus praesciat, quid liberum arbitrium, si in isto vel in illo ordine rerum collocaretur, ex se et non ex Deo movente, acturum sit. Unde ait Molina, ut etiam modo isti Patres (Jesuitae) protulerunt, quod praevidens Deus ante decretum suae voluntatis quod si daret huic hoc vel illud auxilium de se sufficiens ad perseverandum, ipse homo ex sua libertate bene uteretur illo et perseverabit, ita quod non perseveret ex vi et efficacia auxilii dantis effieacissimas vires ad perseverandum, sed ex seipso. Unde constat, qualiter ex parte auxilii, prout provenit a Deo, est tantum sufficiens, et fit efficax quia homo bene illo utitur ex seipso ; ita quod *actualitas* perseverantiae est ex homine, *potentia* vero *sufficiens* ad perseverandum ex Deo tantum est; et quia melior est actualitas, sive actus secundus, quam actus primus; inde colligit S. Augustinus, quod qui sic antiquitus philosophabantur, melius quid tribuebant homini quam Deo. Itaque videt Deus per illam conditionatam sive mediam praescientiam, quod Deus dat posse et sufficiens auxilium, homo vero ex se dat *ipsum, actualiter operari.* Videt quod auxilium, prout provenit a Deo, *non* dat *bonum usum* arbitrii; sed quod homo ex se dat ipsum bonum arbitrii usum. Videt Deus per illam praescientiam, quod divina gratia non subdat sibi liberum arbitrium ; sed e contra, quod liberum arbitrium subdat sibi gratiam ipsam. Videt Deus per illam praescientiam id quod homo ex se facturus est, non autem id quod Deus est facturus ut ipse homo faciat. Videt Deus per illam scientiam mediam *auxilia divina· ex* modo motionis divinae esse *indeterminata* et *indifferentia* ad operandum ; et quod homo ex sua libertate *illa determinat* et facit *efficacia esse.* Et tandem videt Deus illa praescientia, quod homo *incipiat,* et Deus ut famulus *subsequatur ;* et quod efficacia perseverantiae est in arbitrio, et non in Deo. Nam illa media praescientia est pure speculativa, non vero practica et causa rerum. Unde videt efficaciam in *objecto* et in *bono usu* liberi arbitrii, qui auxilium, ex parte Dei sufficiens, *facit efficax:* quod expresse concedit Molina. Ipse enim Molina, qui constituit efficax auxilium perseverantiae per istam praescientiam, explicat quomodo sit efficax, vel a quo provenit ejus efficacia. » Haec Fr. Thomas de Lemos.

» * *

Postea in *Congreg. de Auxiliis* disp. 33. coram Clemente VIII. respondens ad P. Vastida e Societ. Jesu : ‹ Nec omittenda ullo modo est diversitas maxima, immo plana contradictio multiplex, qua defensores scientiae mediae adversus seipsos pugnant. »

a) « Molina enim primus dixit *(Concord.* q. 23. a. 1. disp. 1. memb. II.) parum aut nihil de hac media scientia fuisse locutos SS. 1*1'. et Scholasticos Doctores. At vero Eranciscus Suarez *De scient, condition,* cap. 2. dicit familiarem fuisse hanc mediam scientiam et antiquis Patribus et Doctoribus Scholasticis. »

b) « Molina dicit (ibid. memb. 6.) Sanctum Augustinum existentem in illa quasi caligine ad istam mediam scientiam non attendisse pro concordanda libertate cum gratiae donis. Et tamen Eranciscus Suarez, citato loco. S. Augustino hanc mediam scientiam laborat adscribere. »

c) « Molina (ibid.) dicit expresse a nemine, quem ipse viderit, luisse traditam huc usque conciliationem arbitrii cum gratia per hanc mediam scientiam. Ceterum Eranciscus Suarez loc. cit. illam mediam scientiam dicit traditam a SS. PP. et DD. »

d) « Molina (disp. 52.) dicit hanc mediam scientiam nulla ratione esse liberam, nec reducendam ad scientiam visionis. Et tamen Franciscos Suarez (loc. cit. cap. 3.) affirmat hanc mediam scientiam esse simpliciter liberam ex parte objecti, et pertinere ad scientiam visionis. »

e) ‹ Aliqui defensores hujus scientiae mediae, ipsa supposita, admittunt voluntatis praedefinitiones respectu omnium nostrarum bonarum operationum ; ut Gabriel Vazquez I. P. disp. 99. cap. 5. Molina autem illas omnino negat. At vero Eranciscus Suarez, hae media scientia praesupposita, respectu aliquarum nostrarum bonarum operationum, non respectu omnium, illas admittit. »

/) « Molina (disp. 52.) negat Deum hac media scientia praescire ante suae voluntatis determinationem, quid sua voluntas actura sit ; quia alias ab ea tolleret libertatem. Et tamen alii defensores scientiae mediae illam etiam constituunt respectu divinae voluntatis. ›

g) ‹ Molina (disp. 52.) explicando modum quo Deus cognoscit per hanc scientiam futura conditionata, dicit quod illa cognoscit in eminentissima comprehensione, qua infinito excessu comprehendit arbitrium creatum. At vero Eranciscus Suarez dicit *II. De scient, futur, cond.* cap. 7. et 8. : Haec est mea sententia, non cognoscere Deum illa futura in tali comprehensione, sed in ipsa veritate, in seipsa ; quia, videlicet, est determinata ad unam partem; sed istam determinationem ad unam partem dicit Molina (disp. 52.) esse contra communem Doctorum sententiam et tollere arbitrii libertatem. »

« Tanta autem diversitas et tam aperta contradictio in fundando potissimo, immo unico, totius doctrinae suae fundamento : quid aliud ostendit, quam RR. PP. in hoc suo fundamento *firmum fundamentum* non invenire, et propterea sic fluctuare ! »

Ila Lemos, qui et ostendit S. Augustinum et D. Thomam hanc

scientiam mediam expresse impugnare ; et praeterea, quod illa : 1« « certam cognitionem et perfectionem mendicaret a creatura, quod dici nullo modo potest » ; 2® « negat aperte divinam primam causalitatem. tam in esse naturae quam in esse gratiae, quod est intolerabile» ; 3° « ponit Deum non habere certam cognitionem horum contingibilium. et Deum constituit non esse praescium futurorum ».

* * *

Deinde in Congreg. 31. habita 29. noveuib. : « Iterum de scientia media est disputatum; ct praecipue : Num Deus per illam futura conditionata libera certo cognoscat. » In hac Congreg. P. Lemos : 1° iterum dixit ‹ qualiter scientiam mediam S. Augustinus graviter impugnaverit et expugnaverit semper, tamquam Semipelagianorum inventum, ad subtrahendum divinae causalitati et gratiae, quod male libero hominis adseribebant arbitrio » ; 2° iterum recolit « quae et quanta impossibilia et absurda ex hac media scientia apertissime consequantur » ; 3° ostendit quomodo argumenta allata pro scientia media nihil aliud probabant nisi quod « Deus certo cognoscat omnia futura conditionata, quae, si conditiones apponantur, essent certo futura ». 4° Et adjunxit : « Ex quo autem capite habeant quod sunt *certo futura,* quod P. Vastida (e Societate Jesu) tangere non vult, dico quod ex decreto divinae voluntatis. »

Porro, in Congreg. 35. habita (›. decemb. ‹ tertio de scientia inedia est disputatum, quaesitumque : Num Deus futura conditionata ante vel tantum post suae decretum voluntatis certo cognoscat. » P. Lemos ad argumenta P. Vastida dicentis decreta praedeterminantia tollere libertatem, respondit : 1°«Quod negare illud decretum praedeterminans,.non solum fuit summus Pclagianorum error, ut ostendi ; sed aperte convenit cum haereticis hujus temporis, quod ex Dei voluntate efficaci seu praedeterminante tollatur libertas ... Unde, ut saepe explicavi in conspectu Sanctitatis Vestrae, Concilium Tridentinum sess. 6. can. 4. hoc damnat, quod ex efficaci Dei voluntate sive auxilio tollatur libertas. » 2° ‹ Insuper eadem ratione, qua Patres Societatis negant decretum praedeterminans. ne videlicet laedat libertatem, motus fuit antiquitus Cicero ad negandam divinam providentiam eirca humanas operationes, ne videlicet laederet earum libertatem : ut refert S. Thomas *111. C. Gent.* cap. 9. Et S. Augustinus V. *De Civit. Dei* cap. 9. ubi et illud de Cicerone dicit, quod : *Ut faceret homines liberos, fecit sacrilegos.* » 3® ‹ Et certe mirum est, quod ex eodem principio, ex quo S. Thomas et sancti Doctores colligunt hominem *Ubere operari,* colligant alii laedi libertatem. Ex decreto enim efficaci divinae voluntatis, cui

nullus resistit, et ex eo quod nullus ei resistit, colligunt aliqui quod tollatur hominum libertas; sed S. Thomas ex eodem principio et non ex alio docet, quod firmatur libertas, et quod necesse est quod homo operetur, et libere operetur, sicut Deus vult ipsum operari et libere operari. Et cum Deus velit utrumque, et quod homo operetur et quod libere operetur, si homo necessario et sine libertate operaretur : resisteret divinae voluntati, quae vult ipsum libere operari. » 4» Ac posteaquam attulit in medium auctoritates ex SS. PP.. ex S. Augustino praesertim et ex PP. Concilii Carthaginensis et ex Coelestino 1., addit : « Concludendum est ergo, quod per decretum praedeterminans voluntatem non laeditur, sed fundatur et firmatur liberum arbitrium. »

Et finem faciens orationi P. Lemos scribit : ‹ Et sic fuit finita Congregatio famosa, cum durasset per tres horas et dimidiam. Finitae fuerunt etiam *Disputationes* tres de illa media scientia, ut tandem sine honore sepeliretur ad pedes SS. D. N. Clementis VIII. › Haec Lemos. Lemos quidem sepelivit sine honore *scientiam mediani :* sed dignum scientiae mediae epitaphium exsculpendi in silice, officium sibi assumpserunt discipuli Molinae per haec verba, nimirum : « *La liberté humaine... ne produit rien, elle n'est cause de rien, elle n'est raison ni de la liberté ni de la réalité physique ni de la valeur morale qui constituent l'œuvre méritoire... La liberté n'est pas, en elle-même, une puissance active, une cause efficiente qui produise des réalités physiques.* » *(Banes et Molina* par le P. Th. de Regnon de la Compagnie de Jésus, p. 217 et 263 Paris. 1883.1

CAPUT SEXTUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Quartum principium Concordiae : Praedestinatio habens rationem ex parte ipsius praedestinati.

1

PRAENOTANDA

Primo : Omnes modi declarandi praedestinationem ad duo extrema capita reduci possunt. — Etsi multiplices exstent modi explicandi praedestinationem, omnes tamen postremo veniunt reducendi ad haec duo extrema, videlicet : 1° ad sententiam illorum qui dicunt totum praedestinationis effectum nullam habere causam sive rationem ex parle praedestinati: 2° ad sententiam illorum qui dicunt totum praedestinationis effectum habere aliquam causam seu rationem ex parte liberi arbitrii hominis praedestinati.

Juxta primam sententiam praedestinatio dicenda est omnino gratuita : quia hoc modo etiam ex parte effectus non habet pro ratione nisi divinam voluntatem, ad quam totus effectus praedestinationis ordinatur ut in finem, et ex qua procedit sicut ex principio primo movente. (I. q. 23. a. 5.)

Juxta sententiam oppositam praedestinatio, quantumvis pendeat ex voluntate Dei praedestinantis, non ideo dici debet omnino gratuita ; quia, licet diversimode, uno tamen vel altero modo reperiri potest aliqua causa, aliqua ratio vel motivum vel saltem conditio sine qua non, quare iste homo fuit praedestinatus ad gloriam et ille reprobatus.

Itaque cuni dicitur : Praescientia meritorum est causa praedestinationis, vel cum hoc absolute negatur, oportet accipere nomen *meriti* et nomen *causar* in tota sua latitudine, sic ut talis reddatur sensus : *a)* juxta primum modum explicandi praedestinationem : *Nulla datur ratio praedestinationis adultorum eoe parte usus liberi arbitrii praevisi; b)* juxta alterum modum explicandi praedestinationem : *Datur ratio praedestinationis adultorum ea· parte usus liberi arbitrii.*

Secundo : Scientia inedia logice postulat praedestinationem post praevisa merita.— Illi autem theologi, qui cum S. Augustino et D. Thoma asserunt nullam dari rationem praedestinationis ex parte usus liberi arbitrii praevisi, ut sint sibimetipsis conformes, etiam admittere ipsos oportet principia theologica et philosophica ab Augustino et Angelico Doctore tradita, ex quibus necessario infertur conclusio praedestinationis omnimode gratuitae. Quapropter non satis sibi constant Bellarminus et Suarez, congru istarum protoparentes, qui praedestinationem ex omni parte gratuitam propugnant, ac simul ut talem praedestinationem explicent, ad *scientiam mediam* mentem cordis sui convertunt, et gratiam Dei ex se efficacem et cordis duritiam auferentem haud spontanee amplectuntur, immo concedere renuunt. At de his mox infra.

Tertio : Triplex modus declarandi praedestinationem post praevisa merita. —- Illorum vero, qui praedestinationem ex parte ipsius praedestinati aliquam affirmant habere rationem, 1res dinumerantur principales sententiae : *a)* Origenis dicentis effectum praedestinationis praeordinari alicui propter merita praeexistentia in alia vita. Quod quidem tamquam haereticum ab Ecclesia est damnatum, *b)* Pelagianorum dicentium merita praeexistentia in hac vita esse rationem et causam effectus praedestinationis. Unde ex hoc contingit, quod alicui datur praedestinationis effectus et non alteri : quia unus initium dedit se praeparando et non alius. Quod quidem etiam ab Ecclesia damnatum fuit velut error haere-

ticus. c> Eorum qui dicunt quod merita sequentia praedestinationis effectum sunt ratio praedestinationis; ut intelligatur. quod ideo Deus dat gratiam alicui et praeordinavit se ei daturum, *quia praescivit eum bene usurum gratia;* sicut si rex dat alicui militi equum, quem scit eo bene usurum.

Ita D. Thomas q. 23. a. 5. Ac valde, notandum, quod Angelicus Doctor : 1° impugnat istum tertium modum dicendi praedestinationem aliquam ex parte praedestinati habere, rationem ; 2° distinguit explicite a modo, quo Pelagiani praedestinationem habere rationem explicabant : 3° contra tiunc tertium modum non affert vel auctoritatem Scripturae vel Ecclesiae, sicut contra primum et secundum : et 4° ex hoc. tertio modo L quasi non daretur jam alius intermedius.

' Do isto tertio modo : *a)* Cajetanus in I. q. 23. a. 5. ait : « Tertia opinio est, quod merita futura, in hac tamen vita, sunt causa praedestinationis. Et ad hanc opinionem reducitur opinio retractata ab Augustino *(I. lietrael.* cap. 23.) sc. quod fides futura luit ratio praedestinationis Jacob magis quam Esau... Circa hanc partem adverte, quod Henricus de Gandavo *(Quodl.* 1. a. 19. et 3. a. 5.) tenet opinionem satis propinquam huic modo confutatae, dicens quod bonus usus, non gratiae, ut praecedens dixit opinio, sed liberi arbitrii est causa praedestinationis. »

b) Fr. Lunovicus de Leon *De praedes!,* a. 5. sic in formam conclusionis redegit : « Illa sententia, quae ponit causam et rationem praedestinationis in bono usu liberi arbitrii gratia concomitante, vel in obedientia et non repugnantia liberi arbitrii, cum excitatur et vocatur a gratia Dei : haec sententia bene intellecta non est omnino improbabilis. *Quod dictum volo sub censura.* » (Mag. Luysii Legionensis, Augustiniani, opera, torn. 7. pag. 81. Salmanticae 1895.)

c) Dominicus Bannez in I. q. 23. a. 5. : « Solum hoc est advertendum, quod error qui impugnatur a D. Thoma in hac conclusione (tertio modo) fere eisdem testimoniis impugnatur atque haeresis Pelagiana. Condemnatur etiam testimoniis adductis a. 3. dub. 3. in confirmatione ultimae conclusionis. » Post testimonia autem adducta in a. 3. concludit : ‹ Intelligat ergo theologus, quando dicitur utrumque necessarium ad salutem et justificationem hominis, sc. bonum usum liberi arbitrii et auxilium divinae misericordiae, non ita esse haec duo distinguenda, quasi duo agentia partialia, sed quasi alterum sub altero subordinatum. Neque rursus talem subordinationem intelligat. qualem intelligimus dum dicimus : quod ignis subordinatur

transit nd stabiliendam veram sententiam tenendam, nempe r « Impossibile est quod totus praedestinationis effectus in communi habeat aliquam causam ex parte nostra: quia quidquid est in homine ordinans ipsum in salutem, totum comprehenditur sub effectu praedestinationis, etiam ipsa praeparatio ad gratiam. » (q. 23. a. 5.)

Quarto : Quonam loco collocandus veniat Molina. Nunc quaeritur, quonam loco oporteat Molinam collocare. Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 2. : 1° Rejicit *ermorem Origenis* et *errorem Pelagii;* quia « hunc esse praedestinatum, illum reprobum, hunc esse praedestinatum ad majorem gloriam, illum ad minorem, *totum adscrïberet* non gratiae et auxiliis Dei, sed propriis meritis et industriae liberi arbitrii ».

2" Et ibidem memb. 5. etiam rejicit *tertium, modum* dicendi praedestinationem habere ex parte praedestinati aliquam rationem. « Sententia haec (inquit) etiam hoc modo explicata, non minus falsa est et a Scripturis Sacris aliena, quam quae membro praecedente impugnata est: argumenlaque, quibus illa refutata est, non minus hanc impugnant, ostenduntque satis esse in fide periculosam, ne aliquid amplius dixerim. »

3° Et postea memb. (›. exponit sententiam D. Thomae, « quae communior est (inquit) inter scholasticos, et his duabus conclusionibus continetur. Prior est : Praedestinationis, quoad effectus particulares, ex quibus integer praedestinationis effectus constat, nihil prohibet unum esse causam alterius... Posterior est : Praedestinationis, quoad integrum effectum, non datur causa ex parte praedestinati...

soli ad generandum ignem, quasi determinans concursum universalem solis ad istum ignem generandum hic et nunc. Hujusmodi enim doctrina in Pelagianam haeresim declinat... »

d) Unde videtur, quod hoc tertio modo explicabant praedestinationem *Semipelagiani,* ex quibus fuerunt Faustus, Cassianus, Gennadius aliique Massilienses, contra quos scripserunt S. Fulgentius et S. Prosperus.

Eadem sententia est Augustini inultis in locis. » At Molinae non omnino placuit sententia Augustini et D. Thomae, quae est communior inter scholasticos. Unde in prima editione libri *Concordiae* ad litteram scribebat : « Communior scholasticorum de praedestinatione sententia impugnatur. » In subsequentibus postea editionibus linguam, sed non sententiam corrigens, scripsit : « Communior sententia *quousque cera...* »

'i° Timens ergo a communiori scholasticorum sententia, quae D. Thomae et S. Augustini sententia est, recedere, et quasi in doctrina tantorum Doctorum pars quaedam adinveniretur falsa et quaedam alia pars vera, sic distinxit Molina ibid. memb. 6. : *a)* « Atque adeo eandem sententiam amplectimur, quatenus affirmat praedestinationem non esse secundum praescientiam usus liberi arbitrii, quasi pro qualitate usus praevisi statuerit praedestinare suave dona adultis distribuere. » Haec est pars vera, quam Molina libenter amplectitur, *b)* « Multi tamen eam sententiam in hoc sensu amplectuntur ac defendunt, quasi Deus ante ullam praescientiam usus liberi arbitrii, etiam ex hypothesi futuri, atque adeo nulla omnino habita ratione talis usus, (degerit quosdam in particulari ex hominibus et angelis, quos voluit, quibus beatitudinem conferret, et reliquos ab ea excluserit ». Haec est pars, quam Molina arbitratur esse falsam et prorsus rejicit.

Quinto : Duo capita distinguenda in praedestinatione Holiniana. — Unde praedestinatio juxta Molinae sententiam habet duo capita, ut ex professo declaratum manet cap. 1. § 7. in explanatione quarti principii *Concordiae.* Ex uno capite praedestinatio est omnino gratuita, nullam habet causam seu rationem ex parte nostra; sed lota ea in Dei voluntatem misericorditer praedestinantis tamipiam in causam reducenda est. Ita Augustinus, ita D. Thomas, ita communior scholasticorum sententia, ita quoque libenter cum illis Molina. Ex alio capite praedestinatio habet causam, habet rationem ex parte usus liberi arbitrii. Integer proinde effectus praedestinationis divinae habet « *duas causas libe-*

/•*as* ». d a qualibet earum, tamquam a parte unius integrae causae, pendet. Prior ac praecipua Deus est. Posterior ar minus praecipua ipsum arbitrium. Ita Molina cum suis Molinistis.

Quid continetur in capite primo ? Videlicet : « Quod Deus hunc potius ordinem rerum quam alium voluerit creare, et in eo haec potius auxilia quam alia conferre, cum quibus praevidebat hos et non illos pro libertate sui arbitrii perventuros in vitam aeternam, nullam fuisse causam aut rationem ex parte adultorum praedestinatorum et reproborum. »

Quid vero continetur in capite secundo ? Videlicet : « Quod vero voluntas creandi eum ordinem rerum et in eo conferendi haec et non alia auxilia, rationem praedestinationis comparatione horum adultorum et non illorum fuerit sortita, pendens fuit ex eo. quod unus potius usus quam alius pro libertate arbitrii eorum esset futurus, atque adeo ex eo, quod Deus futurum eum praeviderit, quia pro eorum libertate erat futurus. Atque ex hoc capite diximus dari rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi. » *(Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ult. i

Sexto : Quomodo Molina componat praedestinationem ante praevisa merita cum praedestinatione post merita praevisa.

Haec igitur sunt duo capita continuo in quaestione de praedestinatione distinguenda: hi duo semper discernendi sunt sensus, « in quorum altero negandum erat cum Augustino praedestinationem fuisse secundum praescientiam usus arbitrii eu,jusque praevisi. In altero vero id ipsum sine scrupulo cum aliis Patribus omnino concedendum erat. »

« Modo addimus duo. Primum est : Scripturas Sanctas ita exponendas esse, ut nec juxta primum sensum affirmemus praedestinationem fuisse secundum praescientiam usus liberi arbitrii meritorumque cujuscumque adulti, neque juxta secundum sensum id negemus. Secundum est : Patres quodammodo ea tenus ad concordiam posse reduci : si qui negant praedestinationem fuisse secundum praescientiam meritorum et boni usus liberi arbitrii futuri, accipiantur in priori sensu,

I liiatenus eorum dicta id patientur; in quibus est Augustinus <4 ejus sectatores. Qui vero fuisse affirmant secundum merita et bonum usum praevisum, exponantur in sensu posteriori, quatenus eorum dicta id ferent; de quorum numero sunt Origenes, Athanasius. Chrysostomus, Ambrosius, Theodoretus, Theophylactus, omnes in cap. 9. Epist. ad Rom. et Hieronymus in illud ad Galatas cap. 1. : *Cum placuit ei, qui segregavit me ex utero matris meae.* » *(Concord,* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. ult. i

Sic mirifice componit omnia Molina in sua Concordia : divinam praedestinationem cum libero arbitrio creato, praedestinationem gratuitam cum praedestinatione ex nobis pendente, negationes et affirmationes S. Scripturarum circa hanc rem, et simul SS. Patres atque Ecclesiae Doctores affirmantes simul ac negantes, praedestinationem fuisse et non fuisse secundum praescientiam meritorum et boni usus liberi arbitrii futuri. Poteritne amplius desiderari?

II

CONCLUSIO 1.

Praedestinatio, quam Molina tradit in libro Concordiae, tamquam absurda et in terminis contradictoria rejicienda est, quia :

a) Innititur falso supposito ;
b) Distinguit inter id quod est ex libero arbitrio, et ex praedestinatione ;
e) Tollit certitudinem praedestinationis ;
d) Parificat praedestinationem reprobationi ;
e) Facit et praesupponit praedestinatos non quidem a Deo electos, sed potius seipsos ad gloriam eligentes ;
/') Truncat ac destruit ipsam veram notionem divinae praedestinationis.

§ 1

Praedestinatio a Molina tradita innititur falso supposito.

Ratio prima. — Praedestinatio, quam Molina explicat in libro *Concordiae,* tota quanta est, innititur scientiae mediae

inter scientiam Dei naturalem et scientiam Dei liberam. Unde ab ipso Molina (q. 23. a. 1. et 2. disp. 1.) definitur : « Ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus praevidet creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam cum proposito eundem ordinem exsequendi. »

Et addil : *a)* Quod haec praescientia est « media inter liberam et naturalem » (ibid.); *b)* quod « ex sola hac praescientia... totam suam certitudinem habet divina praedestinatio » (q. 23. disp. 1. memb. 11.); *c)* « quod decreta Dei et rationes providendi vel praedestinationis rationem habuerint vel solum providentiae circa vitam aeternam, dependet ex Dei praescientia: » *d)* et haec Dei praescientia « dependens fuit ex eo. quod uterque eorum pro sua libertate erat facturus ». (q. 23. disp. 1. memb. 11.)

Jam vero, scientia media : 1° sine rationabili ullo fundamento introducta est a Molina inter scientiam Dei naturalem et scientiam Dei liberam ; 2° impossibilis est atque absurdis plena, ut ex professo supra cap. 5. manet sufficienter in perspicuo positum.

Ratio secunda.— Praedestinatio, quam Molina edocet in sua Concordia, praesupponit etiam doctrinam illius circa naturam sive essentiam divinae gratiae actualis. Auxilia enim gratiae media sunt, quibus Deus exsequitur ordinem creaturae rationalis in salutem.

De gratia autem divina actuali plurima affirmantur et praedicantur a Molina, quae revera falsitatem redolent el in absurda concludunt; exempli causa :

1° Quod e duobus, qui aequali motu gratiae praeveniuntur ac moventur, unus consentiat, concurrat eum gratia, eliciat actum et convertatur, alter vero non : certe solum provenit ab innata et propria et intrinseca libertate utriusque, bonis et malis, reprobis et praedestinatis communi.

2° Gratia namque praeveniens ex parte sua aequaliter utrumque movet naturaeque necessitate ex parte sua agit: ex eo autem, quod unus eorum libere adhibere vult influxum

illum sui arbitrii proprium et alter non. unus eorum convertitur, alter non item.

3° Ex eodem capite affirmamus, quod auxilia praevenientis gratiae, efficacia sint aut inefficacia ad conversionem, pendere ab eodem inlluxu arbitrii proprii.

4° Quod enim actus a gratia praeveniente et ab arbitrio elicitus liber sit eaquc de causa capax rationis, virtutis, laudis et honoris... : profecto non est effectus gratiae praevenientis, sed arbitrii per suum influxum. Gratia namque praeveniens determinata est ad unum..., ex necessitate naturae movet, ac sollicitat. *(Concord,* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 10.)

5° Poterit Deus compensare influxum, quo gratia praeveniens in genere causae efficientis in illos actus influit; et de potentia absoluta tanto ac tali influxu immediato in eosdem actus cum libero arbitrio cooperari, ut efficiantur tales, quales essent, si praeveniens gratia antecederet. *(Concord.* q. 14. a. 13. disp. 37.)

fi® Conversionem fieri a Deo applicante et determinante voluntatem, ut praebeat consensum gratiae excitanti ac vocanti : falsum est.

7® Determinatio ab extrinseeo voluntatis (a Deo) ad ipsius actus seu ad cooperationem aut consensum, pugnat eum libertate voluntatis ad eosdem actus.

8® Deum habere quidem influxum in actionem voluntatis, non vero quo voluntatem ad consensum seu cooperationem determinet.

9® Influxus Dei in actionem est immediatus in actionem ipsam, et non in voluntatem et per voluntatem eo molam in actionem.

10® Determinatio tamen voluntatis... est ab ipsa voluntate, pro sua innata libertate se libere applicante ac determinante ad consensum aut dissensum, et non a Deo sua omnipotentia illam determinante ; quoniam tunc actus non esset liber, sed necessarius ex parte nostrae voluntatis, ac proinde nec rationem virtutis neque meriti haberet neque esset actus humanus.

11" Quia tamen gratia illa (praeveniens), quantum est de

se, agit necessitate naturae, neque in ea est ulla libertas, actus illos esse quidem supernalurales, quia ab ea gratia emanant, non vero esse ea ratione liberos. E contra vero, eosdem actus liberos esse, quia emanant a voluntate, quae ad eos potuit non influere, non vero esse ea ratione supernaturales. *(Concord,* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 7.) « Gratiam praevenientem esse *motum liberi arbitrii.* » (ibid, memb. 10.) « Quod actus liber sil, non ab auxilio gratiae, sed a solo arbitrio provenit. » (ibid. memb. 6.) « Gratiam praevenientem esse *motum naturalem voluntatis.* » (q. 14. a. 13. disp. 45.)

Ex quibus omnibus sequitur : *a)* Gratiam Molinianam esse versatilem et a nostrae voluntatis nutu pendulam ; a nostra enim libertate pendere, ut auxilia praevenientis atque adjuvantis gratiae efficacia ad conversionem seu justificationem sint. *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 40.)

b) Influxum gratiae praevenientis de potentia absoluta posse compensari a Deo per influxum generalem.

c) Gratiam Dei praevenientem nihil influere in actus supernaturales : 1° nec in quantum *liberi;* 2° nec in quantum *boni;* 3° nec in quantum *meritorii.*

d) Gratiam Dei praevenientem agere ex necessitate naturae, et tamen ipsam esse principium actus liberi, (q. 14. a. 13. disp. 27. et 37.)

e) Gratiam Dei praevenientem ex necessitate movere ac sollicitare et esse determinatam ad unum ; in ea non esse ullam libertatem, el tamen esse motum liberi arbitrii.

f) Influxum Dei non esse in potentiam voluntatis, nec causare actionem voluntatis ut egreditur a potentia liberi arbitrii ; ac proinde non applicare voluntatem ad consensum nec in ipsa conversione aut justificatione, qua homo transmutatur de statu injustitiae ad statum justitiae.

(/) Deum igitur non causare, non efficere, non producere in nobis initium nostrorum bonorum operum.

Ratio tertia. — Praedestinatio a Molina propugnata in libro *Concordiae* etiam necessario praesupponit concursum simul-

laneum, quo Deus concurrit, non modo ut auctor naturae est, ad omnem actionem liberi arbitrii creati, verum etiam, ut auctor est ordinis supernaturalis, ad opera ipsa salutaria. Etenim, teste ipso Molina, actus supernalurales credendi, sperandi et diligendi, procedunt : 1° a Deo influente per concursum generalem ; 2° a concursu Doi per gratiam praevenientem : 3° et ab influxu ipsius liberi arbitrii, ut manet expositum cap. 1. IV. Atque « hae sunt 1res partes unius integrae causae, a qua emanat totus actus: ut a singulis, etiam partialitate causae totus etiam emanat, diverso tamen modo ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 37.)

Concursus autem simultaneus dependet a concursu creaturae; determinatur a libero arbitrio creato ad hanc vel ad illam actionem : est indifferens ad bonum et ad malum, ad consensum vel ad dissensum; non causal nec efficit esse *Uberum* nec esse *bonum* actuum humanorum : subditur libero arbitrio creato, cum homo per suum liberum arbitrium utatur divina motione. Et sicut gratia actualis, juxta Molinam, est versatilis [1] ac libero arbitrio subdita, quae ab eodem

1 Quod gratia Molinistica sit *versatilis* et a creata voluntate *pendula,* aftirmat ipse Molina *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 4. ; q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 10.). Confirmat ipse Lessius *De grot. Dei* cap. 10. : ‹ Recte dicit Molina (inquit), quod gratia sit efficax vel inefficax, pendere a libero arbitrio; adeo ut in potestate liberi arbitrii sit gratiam, quae secundum se est sufficieris, reddere efficacem vel inefficacem in actu secundo. › — Et corroborat Suarez *De grat.* part. 2. cap. 53. : ‹ Dicimus vocationem congruam per se spectatam et secundum suam absolutam entitatem non habere intrinsece ac determinate actualem efficaciam, sed potius de se esse indifferentem, ut congrua vel incongrua sit. » Unde gratia actualis juxta Molinam de se est : 1° indifferens, versatilis; 2° dependens ab hominis voluntate, qua gratia efficitur *congrua* et redditur *efficax.* — P. Hurter *De grat.* cap. 2. schol. 1. n» 117. scribit : « Versatilis enim tunc tantum posset dici gratia, si ex aequo ad bonum et ad malum juvaret: cum solum vero ad bonum alliciat et juvet, a malo deterreat, et contra malum subministret *virtutem,* vere inscite versatilis concipitur. › Concipitur scite *versatilis:* quia *virtus,* quam contra malum subministrat, de se est *indifferens* juxta Molinistas, et redditur a libero arbitrio *efficax.* Unde virtus non est de se efficax, nec determinans, nec

libero arbitrio pendet, nt fiat efficax vel inefficax ; et per se spectata, est indifferens ut congrua sit vel incongrua : ita concursus simultaneus est indifferens, versatilis et a libero arbitrio pendens ut sit efficax vel inefficax ad bonum vel ad malum, ad virtutem vel ad vitium, ad opus laudabile vel reprehensibile : ut constat ex expositione lacta cap. J. III.

Itaque omnia argumenta, quibus rejiciuntur concursus simultaneus Molinae, gratia praeveniens ipsius et scientia media, eo ipso rejiciunt Molinae praedestinationem, quae his tribus *Concordiae* principiis innititur. Quartum enim principium *Concordiae* corruit, aliis tribus praecedentibus jam subversis.

congrua : ergo versatilis, indifferens ac pendula. Linde nemo, quem ego sciam, appellat gratiam Molinisticam *versatilem,* quia adjuvet ad malum, sed quia redditur *efficax* ab humano arbitrio in operando bono. Attamen de concursu simultanée Molina ipse affirmat, quod est *indifferens* ad bonum vel ad malum operandum, ut ex supradictis cap. 1. patet. Et tamen P. Hurter arguit contra gratiam ex se efficacem, quae aufert ipsam duritiam cordis, et qua voluntas ex mala transmutatur in bonam, et quae facit ut nos bonum velimus et faciamus infallibiliter, insuperabiliter et indeclinabiliter, sicut S. Augustinus loquitur; P. Hurter, inquam, sic arguit contra hanc divinam gratiam : « Admissa praemotione physica, sequitur Deum praedeterminare indeclinabiliter, irresistibiliter, insuperabiliter ad opera mala et ad peccata... Atqui Deus... Ergo non videtur Deus excusari posse a peccato. Desistimus ab evolvendo hoc argumento, ne invidiam conflare videamur praedeterminantium systemati. » Ita P. Hurter ad litteram tract. *De grat.* thes. 193. Undenam scit P. Hurter, quod praemotio physica adjuvat ex aequo ad malum et ad bonum ? Et si gratia Molinistica (quae nihil aliud est, si quid est, nisi *motio moralis)* ad bonum allicit, a malo deterret, et contra malum subministrat virtutem : quare obloquitur P. Hurter contra gratiam ab intrinseco efficacem, quae non modo allicit ad bonum, sed impellit et confirmat in bono, et « ad Deum nostras etiam rebelles compellit propitius voluntates » juxta doctrinam Ecclesiae? Gratia haec non solum moraliter, sed et physice transmutat voluntatem, el subministrat virtutem ex se efficacem contra malum. Vere inscitus videtur esse conceptus, quem P. Hurter efformavit sibi de gratia divina, quam cum S. Augustino et Angelico Doctore «locent ac propugnant Thomistae !

§ 2

Praedestinatio a Molina tradita distinguit inter (<l quod est ex libero arbitrio, et id quod est ex gratia atque ex praedestinatione.

D. Thomas 1. q. 23. a. 5. postquam rejecit veluti haereticas etS. Scripturae contrarias positionem Origenis el positionem l'elagianorum, etiam rejicit saltem tamquam contrariam veritati et Christianae philosophiae opinionem dicentium, merita sequentia praedestinationis effectum constituere quandam rationem praedestinationis ex parte ipsius praedestinati. \tque sic hujusmodi opinionem impugnat : « Sed isti videntur distinxisse inter id quod est ex gratia, et id quod est ex libero arbitrio, quasi non posset esse idem ex utroque. Manifestum est autem, quod id quod est gratiae, est praedestinationis effectus; et hoc non potest poni ut ratio praedestinationis, cum hoc sub praedestinatione concludatur. Si igitur aliquid aliud ex parte nostra sil ratio praedestinationis, hoc erit praeter effectum praedestinationis. Non est autem distinctum quod est ex libero arbitrio et ex praedestinatione, sicut nec est distinctum quod est ex causa secunda •d causa prima. Divina enim providentia producit effectus per operationes causarum secundarum, ut supra dictum est q. 19. a. 5. Unde et id. quod est per liberum arbitrium, est ex praedestinatione. »

Nunc ergo, Molina expresse dicit : *a)* « Dari rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi. » *(Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ult.)

b) « In praedestinatione includi actum voluntatis divinae, quo Deus efficaciter vult, quantum ex se est, conferre ea media, quibus praevidet praedestinatum adultum dependenter a libero suo arbitrio perventurum in vitam aeternam. Quare actus ille voluntatis divinae neque *tota causa* est ••*ffectuum omnium* praedestinationis, cum multi ab influxu libero arbitrii pendeant. » (q. 23. a. 1. et 2. disp. 2.)

ci « Rem, quae est integer supernaturalis effectus praedestinationis adulti... pendere a duabus causis liberis tamquam a *duabus partibus* unius causae integrae. » (q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 9.)

d) « Licet res illa habeat quod sil effectus praedestinationis, prout est a Deo per praedestinationem aeternam atque comparatione Dei, et non ut est ab arbitrio creato, nihilominus, ut ab arbitrio creato pendeat, non solum quod res ipsa in rerum natura sil, sed etiam consequenter quod *rationem effectus* praedestinationis in se habeat... » (ibid.)

e) « Examinandum tamen restat, utrum *idem bonus usus,*. spectatus ut praecise emanat ab arbitrio ipso suaque innata ac naturali libertate... dicendus sil effectus praedestinationis. Nos diximus ex eo capite non habere quod effectus sil praedestinationis, coque modo praecise spectatum, computandum non esse inter effectus praedestinationis ; sed esse *id, quod se tenet ex parte praedestinati,* et *quod Deus ab illo exigit,* ul Deo ipso per suam aeternam praedestinationem effectusque omnes temporales illius praecipue coopérante, perducenteque illum in vitam aeternam, adultus quoque ipse libere consentiat et cooperetur : ut ea ratione.

f) Licet effectus totus praedestinationis, mediaque omnia universim, quibus in vitam aeternam perducitur, dona sint Dei, ex infinita ipsius misericordia pro sola libera sua voluntate profecta: multa tamen eorum sini merita ipsius praedestinati, et quaedam eorum dispositiones ipsius, quibus sua libertate seipsum disponit ad gratiam. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 10.)

Itaque : 1° Deus non est *tota causa* effectuum omnium praedestinationis; nam « multi, inquit Molina, ab influxu liberi arbitrii pendent ». Quasi Deus non esset etiam causa et liberi arbitrii creati et influxus ipsius liberi arbitrii el ipsorum multorum praedestinationis effectuum praedestinationis, qui ab influxo liberi arbitrii pendent !

2° Deus est *causa partialis* illius rei, quae est integer effectus praedestinationis adulti. Quapropter nou est causa totalis el integra in ordine causae primae, a qua descendit

tota virtus ipsius causar secundae, quae est liberum arbitrium creatum. Sed e contra. Deus el homo, voluntas divina el voluntas humana sunt, inquit Molina. « duae partes unius causae integrae ».

3° Quod liberum arbitrium creaturae rationalis determinet se ad consentiendum et consentiat el consentiendo cooperetur, non habet rationem effectus praedestinationis, nec effectus praedestinationis est dicendus; sed : *a)* « est id quod se tenet ex parte praedestinati et quod Deus ab illo exigit; » *b)* est id quo pendet, quod effectus praedestinationis, prout est a Deo, « sit in rerum natura et rationem effectus praedestinationis in se habeat ».

Uno verbo, tota Molinae *Concordia* nihil aliud est quoad medullam substantiae ipsius nisi *distinctio* inter id quod est ex gratia, et id quod est ex libero arbitrio; inter id quod est ex libero arbitrio creato, et id quod est ex Deo: inter id quod est ex causa secunda, et id quod est ex causa prima.

In ordine enim *naturae* « totus quippe, effectus et a Deo e,st et a causis secundis: sed neque a Deo neque a causis secundis ut a tota causa, sed ut a parte causae, quae simul exigit concursum el influxum alterius; non secus ac cum duo trahunt navem, lotus motus proficiscitur ab unoquoque trahentium, sed non tamquam a tota causa motus, siquidem quivis eorum simul efficit cum altero omnes ac singulas partes ejusdem motus ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 26.)

In ordini' autem *supernatural'!* similiter se habent Deus el homo; quantumvis praeveniat gratia, semper remanent sicut duae causae partiales, parallelae, laterales, et sicut duo trahentes navem aut portantes lapidem. Nam : *a)* « determinare voluntatem ad illius consensum, pugnat cum libertate voluntatis: » *b)* « non ergo illa actio et cooperatio Dei est determinatio voluntatis; » *c)* « Deum habere quidem influxum in actionem voluntatis, non vero quod voluntatem ad consensum seu cooperationem determinet » *(Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 7.); *d)* « tum et singulas partes ejus supernaturalis usus liberi arbitrii, qui in integro effectu praedestinationis adulti includitur... habere duas causas

liberas, el a qualibet earum tamquam a *parte unius integrae causae* pendere » (ibid. memb. 9.); *e)* «totus effectus totaque actio, totalitate ut vocant effectus, et est a Deo el ab arbitrio nostro, tamquam a duabus partibus unius integrae causae, tam actionis quam effectus : non secus ac quando duo agentia movent mobile aliquod, quod neutrum eo influxu, quo actu influit, illud moveret nisi coopérante alio, unumque illorum agentium magis ac principalius influit quam aliud. » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 12.)

Ac tandem scientia media, qua Deus ante omnem liberum actum suae divinae voluntatis videt « quid pro sua innata libertate acturum esset liberum arbitrium creaturarum, si in hoc vel illo vel etiam in infinitis rerum ordinibus collocaretur » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52.), praesupponit tamquam necessarium fundamentum hanc famosam distinctionem inter id quod est ex gratia, et id quod est ex libero arbitrio; inter id quod est ex causa secunda et ex causa prima. Inde quod Deus el creatura sint causae partiales seu partes duae unius integrae causae. Deus non operatur per creaturas, sed cooperatur cum creaturis; « arbitrium ipsum invitat et allicit, ut consensum praebeat ad ejusmodi usus .supernaturales... Semper tamen Deus arbitrio innatam libertatem, ut consentiat aut non consentiat, influat aut non inlluat, cooperetur aut non cooperetur, relinquit... Totus vero ille usus Deum ipsum et arbitrium creatum tamquam duas partes unius causae liberae habet, a quarum qualibet praedicto modo explicato pendet. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 9.)

Unde Deus invitat liberum arbitrium creatum ad consensum; sed « arbitrio relinquit, ut consentiat, ut cooperetur, ut influat ». Deus non efficit, ut causa prima, *totum, hoc.* quod libero arbitrio relinquitur faciendum. Quasi adinveniretur aliquid entitatis aut perfectionis, quod causa prima *relinqueret* causae secundae faciendum, et quod ipsa non faceret primo et principaliter !

Sic loquitur Molina de determinatione liberae voluntatis, de transitu ipsius a potentia ad actum, de ipsius proprio

actu, qui esi eligere, et consentire et cooperari : sicut loqui oportet, cuni agitur de imperfectionibus, de privatione entitatis, de malo, quod est privatio boni. Ut Deus, causa prima, *permittit* aliquando causas secundas *deficere* in suis propriis actionibus ac molibus, ita *relinquit* semper causis secundis liberis ut influant aut non influant, ut consentiant aut non consentiant, ut cooperentur aut non cooperentur.

Deus, .juxta Molinam, non agit in potentiam voluntatis nec in potentiam ullius causae secundae; non agit in ignem producentem calorem, sed in aquam, in qua recipitur calor: non influit « in causam ea ratione qua agens est, quasi eo prius mota el excitata agat, sed cum causa ». (q. 14. a. 13. disp. 29.) Aliquid igitur in determinatione et actu liberi arbitrii subterfugit virtutem divinae voluntatis, quae est causa prima omnium rerum et entitatum;et hoc aliquid, quod Deus non facit, videt a longe per scientiam mediam. Scientia media non est enim causa eorum quae videntur.

§ 3

Tollit certitudinem praedestinationis.

Ratio prima. — Certitudo praedestinationis, quam Molina propugnat in libro *Concordiae,* lota quanta est, in scientia media fundatur. Unde Molina q. 23. a. 1. disp. 2. : « Deum praevidere media, quibus quisque perveniet ad beatitudinem. ex hypothesi quod in hoc vel in illo ordine rerum collocandus sit, non pertinet ad scientiam liberam, sed ad illam mediam inter liberam et mere naturalem, quae omnem liberum actum voluntatis antecedit, ut q. 14. a. 13. ostensum est. » Et q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. : « In aeterna praedestinatione non alia est certitudo, quod praedestinatus sempiternam sil beatitudinem consecuturus, quam quae est in divina praescientia, qua Deus certo cognovi! eum, cui talia vel talia auxilia ac media ex aeterna dispositione praeparavit, perventurum in vitam aeternam. »

Sed scientia media aufert a Deo : *a)* certitudinem divinae

scientiae* : *b)* perfectionem divinae scientiae, ut ex professo· supra ostensum manet cap. 5. conci. 2.

Praedestinatio igitur a Molina propugnata tollil certitudinem a divina praedestinatione.

Ratio secunda. — Certitudo scientiae mediae, a qua oritur lota certitudo praedestinationis a Molina excogitatae, fundatur supra comprehensionem ipsius liberi arbitrii creati. (Inde Molina q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. : « Licet adultus ita praedestinatus certo, hoc est absque ulla Dei deceptione, vitam aeternam consequatur. certitudo tamen non est ex parte mediorum etlectusque praedestinationis, sed ex parte divinae praescientiae, qua Deus altitudine illimitataque perfectione sui intellectus, supra id quod natura rei habet, certo cognoscit praedestinatum taliter pro sua libertate cooperaturum per suum arbitrium, ut eisdem mediis in vitam aeternam reipsa debeat pervenire. »

Certitudo autein supercomprehensionis divinae pendet exeo, quod homo pro sua innata libertate acturus est; « quia in potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud quam reipsa sciverit ». Item quod res libero arbitrio praedita, si in certo ordine rerum et circumstantiarum collocetur, in unam aut alteram partem se flectat, non provenire ex praescientia Dei ; quin potius ideo Deum id praescire, quia ipsa res libero arbitrio praedita libere id ipsum agere debet: neque provenire ex eo quod Deus velit id ab ea fieri, sed ex eo quod ipsa libere id velit facere. *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52.1

Certitudo ergo hujnsce divinae, comprehensionis : 1° pendet ab libero hominis arbitrio: 2° est posterior ipsa determinatione voluntatis creatae: 3° nequit esse certitudo, sed conjecturalis dumtaxat cognitio, quia natura rei hoc non habet, ac proinde nec dare potest (1. q. 14. a. 13.); 4° et si (ut Molina videtur intendere) talis supercomprehensio habet certitudinem, quia est « *supra id quod natura rei habet* ». tunc est contradictio in terminis; quia jam ideo Deus id non praescit, quia ipsa res libero arbitrio praedita id ipsum agere

debet. Quomodo enim, si natura liberi arbitrii creati hoc non habet, poterit id ipsum cognosci in supercomprehensione ipsius liberi arbitrii naturae?

Ratio tertia. — Certitudo praedestinationis juxta Molinam non oritur aut provenit : 1° nec ex eo, quod Deus velit, quia antecedit omnem actum liberum divinae voluntatis (q. 14. a. 13. disp. 52.); 2“ « neque ex parte, mediorum » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.): et aliunde ab arbitrio pendet gratiae auxilia efficacia reddere (q. 14. a. 13. disp. 40. j: 3° nec ex cognitione ipsius liberi arbitrii creati, quia est « *supra id quod natura rei habet* »; 4° nec ex ipsa divini intellectus comprehensione ; quia ante omnem actum liberum divinae, voluntatis non datur nisi comprehensio necessaria divinae essentiae et omnium rerum, quae sunt aliae a Deo. in quantum%abent rationem dumtaxat possibilium.

Ergo praedestinatio, quam Molina defendit, omni prorsus «•aret certitudine.

Ratio quarta. — « In quolibet ordine causarum attendendus est non solum ordo causae primae ad effectum, sed etiam ordo secundae causae ad effectum, et ordo etiam causae primae ad secundam ; quia causa secunda non ordinatur ad effectum nisi ex ordinatione causae primae. Causa autem prima dat secundae quod influat super causatum suum. » Ita pulchre ac profunde D. Thomas *De Verit.* q. 6. a. 6.

Molina autem non satis attendit ordinem causae primae ad effectum, nec ordinem causae secundae ad effectum, nec ordinem causae primae ad secundam. Vult enim, quod liberum arbitrium creatum ordinem dicat ad effectum, ad consensum, ad electionem, ad volendum hoc facere, sine ordinatione causae primae, ante omnem actum liberum divinae voluntatis. Vult etiam, quod causa secunda, quae est voluntas creata, agat, causet, antequam causa prima, quae est divina voluntas, det ei quod agat, quod influat super causatum suum.

Ergo scientia media est scientia nulla : et nulla quoque

praedestinationis certitudo, quae ex scientia media proveniat, (juin causa secunda non ordinatur ad effectum suum nisi ex ordinatione causae primae.

§ 4

Pariftcat praedestinationem reprobationi.

Primo : Ratione mediorum ad beatitudinem consequendam. — Molina enim *Concord,* q. 23. a. *'i.* et 5. disp. 1. memb. 11. scribit : « Hinc jam facile intelligetur, eum Deus adultis non praedestinatis, tam hominibus quam angelis. e,x sua parte providerit auxiliis et mediis, quibus, si per ipsorum arbitrium non staret, re vera ad beatitudinem pervenirent; quin et aliquibus eorum providerit longe majoribus el potentioribus auxiliis et mediis, quam ftultis ex praedestinatorum ordine... »

Et rursus ibidem paulo post adjungit : « Cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus justificatur et salvatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec salvatur... Neque dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui multo majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in coelo divino conspectu frumitur. »

Datur ergo praeparatio non tantummodo aequalium, sed etiam aliquando majorum beneficiorum pro reprobis quam pro multis qui sunt ex ordine praedestinatorum.

Secundo : Ratione electionis. — Nam juxta Molinam *Concord.* q. 23. a. 3. *quid sit reprobatio* ; « Duplex electio est in Deo meditanda. Una, de qua loquitur Paulus ad Ephes, cap. I. qua ante mundi constitutionem elegit nos in Christo, non quia eramus sancti, sed ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in caritate. Quod non est aliud quam ob merita Christi media nobis voluisse conferre, quibus sancti essemus et immaculati in conspectu ejus in caritate, talesque in line vitae reperiremur: ac hoc nihil est aliud quam praedestinasse nos in Christo...

\lia electio meditanda est, qua tamquam .jam ex miseri «•ordia ac donis suis dignos effectos vita aeterna nos ut tales acceptat eamque tamquam dignis nobis tribuere statuit. In judicio ergo, quo tales nos judicat, et in acceptatione ac proposito vitam aeternam nobis ut dignis conferendi, posita «•st ratio reprobationis; quae exprimetur sententia illa Christi iu die judicii : Venite, benedicti Patris mei, etc. Tamquam rationem enim, quare praedestinatis potius quam reprobis regnum coeleste expetierit tribuatquc, reddidit Christus Dominus ipsa opera, quae per divinam gratiam justi praestiterunt, quae tamen reprobi neglexerunt. »

Itaque : *a)* Omnes homines, etiam reprobi, sunt electi a Deo *prima electione ;* nam omnibus voluit Deus conferre, quibus sancti essent ; « et aliquibus reproborum longe majoribus el potentioribus auxiliis et mediis quam multis ex praedestinatorum ordine ».

b) Et *ratio, quare* praedestinatis potius quam reprobis paratum est regnum coelorum a constitutione mundi, sunt opera, quae per divinam gratiam justi praestiterunt; sicut *ratio, quare* ignis aeternus paratur reprobis, sunt mala opera ipsorum.

c) Unde datur duplex electio : una communis omnibus praedestinatis et reprobis; altera est praedestinatorum ad gloriam et reproborum ad gehennam. Eliguntur ergo reprobi ad gehennam sicut praedestinati eliguntur ad gloriam juxta istam duplicem electionem, quam Molina conceptis verbis Iradit.

Tertio : Ex modo, quo Molina definit praedestinationem. — Molina *Concord,* q. 23. a. 1. disp. 1., credens aptius praedestinationem definire quam D. Thomas, scribit : « Praedestinatio est ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus praevidet creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam cum proposito eundem ordinem exsequendi. » Et postea addit : « Quia vero Deus circa reprobos etiam suam habet providentiam... Quia, inquam, comparatione creaturarum omnium mente praeditarum Deus habet providentiam circa beatitu-

dinem. atque adeo apud se *rationem habet mediorwm,* quibus pervenire possint in vitam aeternam, cum proposito talem ordinem, quod ad se attinet, exsequendi : contrahitur providentia ad rationem *praedestinationis,* quae solum est comparatione creaturarum, quae vitam aeternam consequuntur, per particulam illam : Quibus praevidet creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam. »

Unde : 1° Deus habet providentiam omnium creaturarum mente praeditarum circa beatitudinem; 2° ista providentia est « ratio ordinis seu mediorum, quibus creaturae omnes mente praeditae pervenire possunt in vitam aeternam : 3" neque dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui multo majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in coelo divino conspectu frtmnlur. » *(Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.) Media igitur, «piorum rationem apud se Deus habet circa salutem reproborum, sunt aliquando multo majora et longe potentiora «piam media quibus praevidet praedestinatos ad vitam aeternam esse perventuros.

Praedestinatio itaque et reprobatio non differunt ex parte Dei providentis ; nam Deus providet non solum aequaliter, sed etiam abundantius his qui non perveniunt in vitam aeternam, quam his qui perveniunt.

Proprie loquendo, in systemate Molinae nec datur praedestinatio nec reprobatio, sed tantummodo *providentia* omnium creaturarum rationalium circa beatitudinem, et ista providentia, quae aliquoties est specialior circa eos qui non salvantur quam circa eos qui salvantur, *contrahitur ad rationem praedestinationis,* sola virtute scientiae mediae.

Deus praevidet hos vel illos mediis et auxiliis vel aequalibus vel fortasse minoribus in vitam aeternam esse perventuros : en praedestinatio.

Deus praevidet hos vel illos mediis et auxiliis vel aequalibus vel forsitan majoribus in vitam aeternam non esse perventuros : en reprobatio, vel si mavis, providentia ad rationem praedestinationis non contracta. Molina enim nullam admittit reprobationem quae opponatur vel electioni

vel praedestinationi; sed tantum reprobationem quae opponitur illi secundae electioni ad gloriam post praevisa merita. Sic reprobatio includit tantummodo « judicium aeternum, quo creatura rationalis a Deo indigna judicatur vita aeterna «lignaque aeterna poena puniatur »; sicut praedestinatio est « judicium, quo jam ex misericordia et donis suis dignos clfectos vita aeterna nos ut tales judicat et nos ut tales acceptat ». *(Concord,* q. 23. a. 3. *Quid sit reprobatio.)*

§ 5

Facit et praesupponit praedestinatos non quidem a Deo electos, sed potius seipsos a<l gloriam eligentes.

Ratio prima. Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. sic loquitur : « Sint duo homines justi, animo et corpore ceterisque adjunctis per omnia pares, ponamusque Deum constituisse eodem prorsus modo utrique ex parte sua opitulari ac providere. Tunc oblata utrique eadem peccandi occasione ex aspectu ejusdem mulieris pulchrae, pro *sola innata libertate* ulriusque heri potest, ut unus in peccatum consentiat, alter minime, sed seipsum cohibeat. Quod si ponamus insuper utrumque subito vel ruina domus collapsae obrutum fuisse vel alia de causa, ut saepe evenire solet, interiisse, inveniemus simile omnino Dei decretum conferendi ulrique media ad salutem eandemque prorsus rationem providendi respectu ejus, quem Deus praevidebat non consensurum in peccatum, sed in gratia discessurum, habuisse rationem *praedestinationis;* respectu vero alterius, de quo contrariam habebat praescientiam, habuisse quidem rationem *providentiae,* non vero praedestinationis. Cum ergo quod Deus de utroque non idem, sed contraria praesciverit, dependens fuit ex eo, quod uterque eorum pro sua libertate erat facturus, qui si vellent, possent reipsa, quod fecerunt, non facere : fit, ut quod decreta illa rationesve providendi vel praedestinationis rationem habuerint vel solum providentiae circa vitam aeternam, dependens fuerit tamquam

a conditione sine qua non ex eo, quod unusquisque eorum pro sua innata, libertate erat facturus. Quod Deus ideo altitudine sui intellectus praevidit futurum, quia pro eorum libertate ita erat futurum; et non e contrario. » Unde habetur :

a) Simile omnino Dei decretum conferendi utrique media ad salutem, eademque prorsus ratio providendi.

b) Deus constituit eodem prorsus modo utrique ex parte sua opitulari ac providere.

c) Pro sola innata libertate utriusque unus in peccatum consentit, alter minime; et unus discedit in gratia, et alius in peccato.

d) Ex eo, quod uterque eorum pro sua libertate erat facturus, iit, ut decreta illa rationesve providendi habuerint *praedestinationis* rationem vel solum providentiae circa vitam aeternam.

e) Quod Deus de utroque non idem, sed contraria praesciverit, dependens fuit ex eo, quod uterque eorum pro sua libertate erat facturus, et non e contrario.

Quid ergo discernit unum ab altero? Non decretum Dei, non ratio providendi, non divinae gratiae auxilia, non divina praescientia; sed « *sola innata libertas utriusque* ».

Quare ergo non obstantibus eodem decreto, eadem providendi ratione, iisdem gratiae auxiliis, Deus de utroque contraria praescivit? *Ex eo, quod uterque eorum, pro sua libertate erat facturus.*

Quare decreta illa rationesve providendi habuerunt pro uno praedestinationis rationem et pro alio solum rationem providentiae circa vitam aeternam ? *Ex eo, quod unusquisque eorum, pro sua libertate innata erat facturus.*

Ratio secunda. — Molina ulterius progrediens et desiderans, « ut adhuc melius perspicias, quantum libertas arbitrii horum praedestinatorum ac reproborum ac facultas utrorumque perveniendi reipsa in vitam aeternam aut deflectendi in extremam miseriam cum *ea ipsa numero praedestinatione et providentia* circa eos, quae ex aeternitate

in Deo est. consentiat, finge » (inquit q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.) :

« In Deo optimo maximo non esse praescientiam illam mediam, qua altitudine sui intellectus penetrat, quid pro arbitrii libertate sit futurum, sed quam incertum id in se est, tam incertum et incognitum esse Deo ; et nihilominus Deum per scientiam omnino naturalem, qua naturas omnium rerum, fines earum et media ad eos accommodata penetrat, statuisse ex sua parte eodem modo providere utrisque in vitam aeternam, quo reipsa eis providet, interim exitus cujusque futuri contingentis ignorando. Sane ea hypothesi data nullus dubitaret libertatem arbitrii utrorumque facullatemque eorum vel perveniendi in beatiludinem vel incidendi in supremam miseriam, prout in hujus vitae stadio pro sua libertate excurrere vellent, consentire optime cum ea ipsa providentia, quae circa eos ex aeternitate est in Deo : quippe cum eventus omnino esset incertus pendensque, ut in unam aut. alteram partem eveniret, ex *sola arbitrii utrorumque libertate*. Cum ergo quod Deus eminentia illimitataque sui intellectus perfectione praesciat, quid pro cujusque arbitrii libertate sit eventurum, nihil de libertate illius adimat, sed perinde indifferentem illum relinquat, ut in quam maluerit partem se flectat, ac si praescientia in ipso non praeexstitisset; eo quod non quia id praescivit, idcirco arbitrium se flectere debeat in eam partem, sed quia sua libertate se est inflexurum, Deus id praesciverit praescivissetque contrarium, si pro eadem libertate esset futurum : perfecto nihil hac praescientia impediente *eadem libertas ac facultas* perveniendi in vitam aeternam aut ab ea deflectendi inconcussa perseverat. »

Habemus enim : 1" Quod, licet in Deo non sit scientia media, nullum exinde exoritur inconveniens : hoc revera est certissimum ; quoniam absurda et inconvenientia Molinianae Concordiae prodeunt, tamquam ex ipsa prima radice, ex scientia media.

2° Quod Deus per scientiam omnino naturalem... *statuisset,* etc. : hoc est absurdum. Scientia enim omnino naturalis

est scientia necessaria, scientia simplicis intelligentiae. per quam *nihil statuitur;* quia ad statuendum aliquid oportet quod scientia Dei habeat conjunctam voluntatem, et tunc jam est libera, et causa rerum, et scientia, non mere possibilium, sed futurorum vel futuribilium.

3° Quod admissis hujusmodi divinis statutis : *a)* eventus salutis aeternae pendet *ex sola arbitrii libertate! b) libertas* perveniendi in vitam aeternam aut ab ea deflectendi inconcussa perseverat ; *c) facultas* perveniendi in vitam aeternam inconcussa perseverat.

In hac vero facultate multiplices facultates includuntur, se. facultas adimplendi omnia praecepta legis, seipsum ad gratiam praeparandi, merendi vitam aeternam, a peccato resurgendi, peccata in posterum vitandi et usque in Onem vitae in gratia sanctificante perseverandi. Absque praedictis facultatibus datur utique *facultas deflectendi* a vita aeterna, non tamen *facultas inconcussa perveniendi* in vitam aeternam.

Molina tamen supponit has omnes facultates possideri ab ulrisque, nempe ab iis qui salvantur, et ab iis qui deficiunt a salute; nam Deus « statuit ex sua parte eodem modo providere utrisque in vitam aeternam ».

Ergo quod unus salvetur et alter damnetur, quod iste perveniat in beatitudinem et ille in beatiludinem non perveniat, evenit « ex sola arbitrii utrorumque libertate ».

Ratio tertia. — In systemate doctrinali Molinae, homo suo proprio libero arbitrio se discernit ah alio homine : a) in consecutione gratiae actualis : *b)* in consecutione gratiae sanctificantis ; *c)* in consecutione doni finalis perseverantiae.

Quoad *primum* sic Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 10. : « Quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur praestove est ad conandum totum id, quod ex sese potest, tam circa ea, quae fides habet, addiscenda et amplectenda, quam circa dolorem de peccatis ad justificationem : a Deo conferri gratiam praevenientem auxiliave, quibus id faciat ut oportet ad salutem. » Et iterum : « Inter

leges, quas tam ipse quam Pater Aeternus statuerunt de auxiliis et donis.... una... fuit : ut quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere quod in nobis est. praesto nobis essent auxilia gratiae. »

Quoad *secundum* vero sic Molina ibid. disp. 12. : « Fieri potest, ut duorum, qui aequali auxilio interius a Deo vocantur, unus pro libertate sui arbitrii convertatur, et alter in infidelitate permaneat. » Et rursus : « Iinmo fieri potest, ut aliquis praeventus et vocatus longe majori auxilio pro sua libertate non convertatur, et alius cum longe minori convertatur. » Et iterum ibidem : « Pro sola namque eorum libertate potest evenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat. »

Quoad *tertium* denique sic Molina ibid. q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ull. : « Nulli Deum denegare auxilium, quod ad perseverandum sit satis... Ad donum perseverantiae duo sunt necessaria. Unum ex parte Dei, videlicet, ut ea auxilia conferre statuerit, cum quibus *praevidebat* adultum pro sua libertate perseveraturum. Alterum ex parte arbitrii adulti, tamquam conditio, sine qua voluntas conferendi talia auxilia habuisset rationem voluntatis conferendi donum perseverantiae, nempe ut adultus pro sua libertate ita sit cum cis cooperaturus, ut perseveret : quod in potestate ipsius est collocatum. »

Atque ita sicut divina decreta et rationes providendi habeant *rationem praedestinationis* vel solum providentiae circa vitam aeternam, dependet, tamquam a conditione sine qua non, ex eo quod unusquisque pro sua innata libertate erat facturus (q. 23. a. 5. disp. 1 memb. 11.) : ita voluntas divina conferendi auxilia, quae Deus nulli negat, et quae ad perseverandum sunt satis, dependet, tamquam a conditione sine qua non, ex cooperatione adulti pro sua libertate ad hoc, quod talis divina voluntas habeat « rationem voluntatis conferendi donum perseverantiae ».

Utique Deus praevidet cum hujusmodi auxiliis adultum pro sua libertate perseveraturum ; sed ideo Deus praevidit. « quia pro eorum libertate ita erat futurum, et non e con-

trario ▮. In potestate Dei non fuit scire per earn scientiam aliud quam reipsa sciverit... Potuerit tamen scire oppositum ejus, quod per eam cognoscit, si liberum arbitrium creatum acturum esset oppositum, ut revera potest. ^(*Concord.* q. 14. a. 13. disp. 52. : ibid. q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.)

§ β

Truncat ac destruit ipsam veram notionem divinae praedestinationis.

Ratio prima. — Ex hucusque dictis. Praedestinatio enim, quae falsis principiis innititur, in qua distinguitur inter id quod est ex libero arbitrio et ex ipsa praedestinatione; in qua non est invenire fundamentum scientificum certitudinis ; quae sortitur rationem praedestinationis ex ipso libero arbitrio praedestinati; et in qua praedestinatus non est prius prioritate rationis a Deo electus et dilectus prae aliis: talis, inquam, praedestinatio non est, non potest esse *praedestinatio divina.*

Ratio secunda. — Vera notio divinae praedestinationis est quam tradit D. Thomas 1. q. 23. a. 1. et 2. dicens : « Ratio transmissionis creaturae rationalis in finem vitae aeternae ». sive « Ratio ordinis aliquorum in salutem aeternam, in mente divina existens ». Et quam tradit S. Augustinus *De dono persev.* cap. 14. : « Haec est praedestinatio sanctorum, nihil aliud quam praescientia sc. et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. »

In hac autem vera ac genuina divinae praedestinationis notione : « 1° Dilectio praesupponitur electioni secundum rationem, et electio praedestinationi. Unde omnes praedestinati sunt electi et dilecti. (I. q. 23. a. 4.) 2° « Praedestinatio est causa et ejus quod exspectatur in futura vita a praedestinatis, sc. gloriae, et ejus quod percipitur in praesenti, sc. gratiae ». (ibid. a. 3. ad 2.) 3° « Praedestinatio habet certitudinem ex parte voluntatis divinae, cui non potest aliquid resistere. Voluntas namque Dei non solum movet et causal.

res, sed etiam dat eis talem modum causandi. Et non solum fiunt ea quae Deus vult fieri, sed etiam eo modo quo Deus ea fleri vult. » (I. q. 19. a. 8. ; q. 22. a. 4. ; *Quodl.* 11. a. 3. et *Quodl.* 12. a. 3.) 4° « Praeter certitudinem praescientiae ipse ordo praedestinationis habet infallibilem certitudinem ; nec tamen causa proxima salutis, sc. liberum arbitrium, ordinatur ad eam necessario, sed contingenter. » (De *Verit.* q. 6. a. 3.) 5° Et « in hac praedestinatione Deus sua futura facta praescivit : et Deus id, quod praedestinavit, sua vocatione implevit ». « Et sine dubio enim praescivit, si praedestinavit; sed praedestinasse est hoc praescisse, quod fuerat ipse facturus. » (De *praedest. .sanet,* cap. 17. et De *dono persev.* cap. 18.) 6° « Exsecutio autem ordinis praedestinationis est passive quidem in praedestinatis, active autem est in Deo. Est autem exsecutio praedestinationis vocatio et magnificatio, secundum illud Apostoli Rom. 8, 30 : *Quos praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et magnificavit.* » (I. q. 23. a. 2.) 7° « Vocat enim Deus praedestinatos multos fllios suos, ut eos faciat membra praedestinati unici Filii sui, non ea vocatione qua vocati sunt, qui noluerunt venire ad nuptias... sed ea vocatione praedestinatos vocat, quam distinxit Apostolus I (.or. 1, 23 : *Ipsis vocatis Judaeis atque Graecis praedicare se Christum Dei virtutem et Dei sapientiam.* Sic enim ait : *Ipsis autem vocatis,* ut illos osten deret non vocatos, sciens esse quandam certam vocationem eorum, qui secundum propositum vocati sunt sancti, quos praescivit et praedestinavit conformes fleri imagini Filii sui... Non ex operibus, sed ex vocante ; non quacumque vocatione, sed qua vocatione fit credens. » *(De praed. sanet.* cap. 16.) 8° « Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur... Sic quippe facit filios promissionis et vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam. » *(De praed. sanet.* cap. 8.) 9° « Sic igitur et ordo praedestinationis est certus, et tamen libertas arbitrii non tollitur, ex qua contingenter provenit praedestinationis effectus. » (I. q. 23. a. 6.)

Haec igitur est vera notio divinae praedestinationis, quam tamen Molina, ut truncaret atque destrueret, videtur librum suae *Concordiae* elucubrasse.

Ratio tertia. — Juxta Molinam : 1° Deus non eligit hos vel illos prae aliis ad finem vitae aeternae, sed omnibus hominibus aequali voluntate vult vitae aeternae bonum ; et aliquando majori quidem voluntate vult illos, qui non salvantur, salvos fieri, nam longe majora gratiae auxilia illis confert, saltem aliquibus.

2° Deus, proprie loquendo, non eligit homines salvandos, sed eligit hunc potius rerum ordinem quam alium, et in eo haec potius auxilia quam alia conferre, eum quibus *.praevidebat* hos et non illos pro libertate sui arbitrii perventuros in vitam aeternam, (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. tilt, el memb. 13.)

3° Quod vero electio hujus ordinis rationem habuerit praedestinationis vel non, ratio ex parte adultorum, a qua id pendebat, fuit, *quod pro sua innata libertate* adultus ita cooperaturus erat, ut ad terminum viae in gratia perveniret, Deusque id praeviderit, (ibid.)

4° Molina collocat «certitudinem totam divinae praedestinationis *non in decreto,* quo Deus ei, quem praedestinabat, providere statuit de iis mediis, quibus libertate sua perventurus in vitam aeternam *praevidebatur;* neque etiam in *ratione ipsa* providendi ; sed in praescientia, qua id praevi débat, ratione cujus tale decretum ac providentia sortita sunt rationem praedestinationis ». (ibid. memb. 11.)

5" « Praescientia autem illa, esto originem habuerit ex altitudine et perfectione divini intellectus, qua quod incertum ancepsque omnino in se est, certo cognovit futurum, pendet tamen tamquam a conditione, sine qua non fuisset in Deo, ex eo quod arbitrium creatum eo pacto pro sua libertate sit cooperaturum, ut. ad vitam aeternam perveniat. » (ibid.)

6° « Quod vero haec aut illa providendi ratio tali adulto in particulari rationem habeat... praedestinationis compara-

lione illius, ex eo etiam pendet, quod ipse uno vel altero modo per suum arbitrium sit cooperaturus. » (ibid.)

Igitur praedestinationis ratio seu quidditas non pendet : //) nec ex voluntate Dei, quia vult omnes aequaliter salvos fieri ; *b)* nec ex electione hujus vel illius prae isto vel altero, quia non datur reprobatio negativa; *c)* nec ex ratione providendi, quia aliquibus, qui non salvantur, providit abundantius; *d)* nec ex decreto, quo Deus statuit providere, quia ante omne divinum decretum praevidetur in quam partem se flexurum est liberum arbitrium creatum, et aliunde voluntas Dei salvifica est aequalis et eadem providendi ratio, quae decernitur. Sed : *a)* ex eo quod Deus elegit hunc ordinem rerum ; *b)* ex eo quod in hoc ordine rerum praevidit efficaciam mediorum, quibus homo pervenit ad beatitudinem ; *c)* ex eo quod liberum hominis arbitrium *reddidit efficacia* media, quae tamquam *efficacia* Deus praevidit.

Unde *praedestinare* est : 1° Deum *eligere* hunc ordinem rerum et non alium ; 2° Deum *praevidere* in hoc ordine electo *efficaciam* mediorum, quae homo pro sua libertate *efficacia* consentiendo reddit, (q. 14. a. 13. disp. 40.)

Talis est notio divinae praedestinationis a Molina tradita : eligere hunc rerum ordinem et collocare in illo hominem et praevidere illum pervenientem ad beatitndinem : hoc est Dei. Quod autem hic ordo el hic providendi modus sortiatur rationem praedestinationis, et quod media ad beatitndinem obtinendam reddantur efficacia : hoc est hominis.

Ratio quarta. — Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. ait : « In potestate nullius praedestinati est efficere, ut fuerit praedestinatus; quoniam in potestate ipsius non est efficere, ut Deus ex infinitis rerum ordinibus, quos eligere poterat, eum potius eligeret, in quo praevidebat illum pro sua libertate perventurum in vitam aeternam, quam alium : in quo tamen consistit praedestinari talem adultum. Quare praedestinare aut non praedestinare a solo Deo pro sua tantum libera voluntate pendet. Quod vero haec aut illa providendi ratio tali adulto in particulari rationem habebat

aut non habebat, praedestinationis comparatione illius, ex eo etiam pendet, quod ipse uno vel altero modo per suum arbitrium sit cooperaturus. »

Ex libero autem hominis arbitrio pendet : 1° quod ratio providendi in tali ordine rerum electo a Deo habeat rationem *praedestinationis;* 2° quod auxilia aut media ad beatitudinem consequendam sint *efficacia ;* 3° quod Deus *praevideat : a)* talia media efficacia ex vi et virtute liberi arbitrii creati ; *b)* hominem reddendo efficacia talia media ad heatitudinem pervenire.

Cum ergo contradictorium sit in terminis, dari praedestinationem sine ratione praedestinationis et sine efficacia mediorum et sine praescientia Dei, et aliunde Dei prae scientia et mediorum efficacia el ipsa praedestinationis ratio pendeant ex libero hominis arbitrio : contradictoria loquitur Molina, cum dicit : 1" « In potestate nullius praedestinati est ('.Ulcere, ut fuerit praedestinatus: » 2° « praedestinare aut non praedestinare a solo Deo pro sua lanium libera voluntate pendet. »

Et Molina passim ubique tradit in sua *Concord.* : « Si namque, ut revera potest, res non esscl ita eventura, eadem electio talis ordinis haberet quidem rationem providentiae in heatitudinem, non vero praedestinationis, comparatione eorundem adultorum, quorum modo praedestinatio exislit. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 13.) Et rursus : « Quod hi cum majoribus auxiliis praedestinati et salvi non fuerint, illi vero cum minoribus praedestinati ac salvi fuerint, non aliunde fuit nisi quia illi pro innata libertate noluerunt uti ita suo arbitrio, ut. salutem consequerentur, hi vero maxime. » (ibid, memb. 11.)

Ratio quinta. — Juxta doctrinam Molinae dicendum est, quod etiam *in potestate reprobi est esse praedestinatum.*

Etenim quidditas Molinianae praedestinationis constituitur per hoc, quod per scientiam mediam Deus praevidet talem hominem, talibus mediis adjutum, in beatitudinem perventurum. Sed : 1° scientia media non pendet a libera voluntate

Dei ; antecedit enim omnem actum liberum divinae voluntatis; 2° pendet a libera voluntate talis hominis praevisi et in tali ordine rerum collocati, a qua etiam pendet : *a)* efficacia mediorum; *b)* quod talis ordo sortiatur rationem praedestinationis. Ergo in potestate omnium hominum, etiam illorum qui non salvantur, id est reproborum, est esse praedestinatos.

A solo enim Deo pro sua tantum libera voluntate pendet quidem conferre media, sed non efficaciam mediorum ; eligere hunc ordinem rerum, sed non quod iste ordo habeat rationem praedestinationis. Praedestinatus enim et non praedestinatus tantummodo discernuntur scientia media ; quae tota quanta est, si aliquid est, *pendet ab innata tam praedestinati quam non praedestinati libertate.* Idcirco praedestinatus et non praedestinatus veniunt simul postremo discernendi ad invicem *per ipsorum innatam libertatem.*

Ratio sexta. — Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. affirmat :

1° Certitudinem praedestinationis adulti esse quidem in scientia media, attamen « quodammodo tamquam in radice et solum ex hypothesi, si Deus ea media velit concedere eoque modo velit providere; at vero in scientia libera... esse absolute et absque ulla jam hypothesi ».

2° « ... Praedestinationem non esse secundum praescientiam qualitatis usus liberi arbitrii ». quae praeexistit in Deo ante omnem actum liberae suae voluntatis, id est secundum scientiam mediam.

3° Quod « praedestinatio adultorum fuit secundum praescientiam boni usus liberi eorum arbitrii, habnitque Deus... rationem illius in eis praedestinandis ».

Sed scientia libera, qua Deus post actum suae voluntatis *praevidit absolute* hominem perventurum in vitam aeternam, nihil addit nec in ratione scientiae nec in ratione certitudinis nec in ratione rei seu objecti sciti ad « plenissimam illam praescientiam praeexistentem in Deo ante omnem actum liberae suae voluntatis ». in qua tamquam in *radice*

est lota certitudo praedestinationis, et qua Deus praevidebat ex hypothesi hominem perventurum in vitam aeternam.

Aliunde, conversis jam hypothesi in thesim et decreto conditionato in absolutum, sc. quod de facto « Deus ea media vult concedere eoque modo vult providere ··. nihil prorsus mutatur de conditione liberi arbitrii creati, nec de conditione mediorum, quae de facto conferuntur ; sed semper manet verum tam in hypothesi. si Deus velit, quam in thesi, cum Deus vtdl, quod ex libero arbitrio creato pendet : 1° quod media collata sint efficacia vel non; 2° quod Deus sciat illa plenissima praescientia hoc vel illud et non aliud.

Uno verbo, *qualitas* usus liberi arbitrii est eadem ante el post actum liberae divinae voluntatis, praevideatur per scientiam mediam vel postvideatur per scientiam liberam ; cognoscatur a Deo ex hypothesi vel cognoscatur post thesim. Aliter non erit eadem certitudo et eadem veritas utriusque divinae scientiae.

Duplex igitur sensus, nempe praedestinationem esse e.l non esse secundum praescientiam usus liberi arbitrii creati, videtur esse sensus contradictorius. Et praeterea, semper erit verum dicere, attenta libera Dei scientia. « adultos praedestinatos esse propter propria merita » ; quod ipse Molina q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 9. asserit « *esse falsum* ».

Nam Deus utique elegit hunc ordinem rerum, voluit haec auxilia conferre, atque inter scientiam mediam et scientiam liberam intercedit actus liberae divinae voluntatis; at veritas hypothetica, est veritas eadem quam post hypothesim ; et ratio praedestinationis non oritur nec ex ordine electo nec ex auxiliis collatis, sed ex praescientia, quae, dependet ex qualitate usus liberi arbitrii.

Immo Molina, cum affirmat el negat praedestinationem esse et secundum praescientiam qualitatis usus liberi arbitrii, videtur etiam loqui de eadem praescientia, nempe de ipsissima scientia media, quam in probanda nona conclusione asserit « esse praeviam el necessariam ad praedestinationem ». ’.

Sed Molina in 2. editione addidit appendicem, in qua explicavit

Ratio septima. — Denique, doctrina Molinae circa praedestinationem reducitur logice ad doctrinam quam hodie sine ambagibus propugnant ipsimet Molinistae, nimirum :

« Deum, sicut in tempore confert gloriam propter merita, ita ab aeterno gloriam electis parasse vel destinasse propter merita eorundem praevisa. » Vel aliis verbis : « Deus ab aeterno electis gloriam decrevit et destinavit propter eorundem merita ex gratia praevisa. » Vel : « Electionem ad gloriam esse propter praevisa merita. » [1].

Hanc esse conclusionem logicam ex documentis *Concordiae* depromptam, patet : 1° quia ita infertur a discipulis Molinae ; 2° quia Molina ipse *Concord,* q. 23. a. 3. *quid sit reprobatio* distinguit duplicem electionem in Deo : alteram omnibus communem, quae « non est aliud quam ob merita Christi media nobis (Deum) voluisse conferre, quibus sancti essemus » ; et alteram propter praevisa merita ex gratia ; 3° quia Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. affirmat praedestinationem adultorum esse secundum praescientiam qualitatis usus liberi arbitrii, illa sc. praescientia, quae sequitur ad actum liberae divinae voluntatis. « Sit ergo, inquit, nona conclusio : In secundo sensu explicato praedestinatio adultorum fuit secundum praescientiam boni usus liberi eorum arbitrii, habuilque Deus, modo explicato, rationem illius in eis praedestinandis. » Ita Molina.

Hanc vero conclusionem esse falsam et periculis plenam, ostenditur sequentibus argumentis :

a) Quoniam electio est acceptio unius prae altero ex arbi-

sensum nonae conclusionis, sc. : « Praedestinationem esse non sine praescientia qualitatis usus liberi arbitrii ex quacumque hypothesi futuri. » Sed melius erat reformare vel supprimere totaliter nonam conclusionem. Aliud est enim Deum praedestinare eum praescientia boni usus liberi arbitrii, et aliud Deum praedestinare secundum praescientiam boni usus, habendo rationem illius in hominibus praedestinandis.

1 Ita Vazquez in I. P. q. 23. disp. 89. — Hurter tract. 5. *De Deo uno* thes. 105. n. 112. – P. Mendive *De Deo uno* cap. 4. a. 5. — P. Pesch *De Deo uno* part. III. sect. 3. a. 3. § 2.

Irio eligentis. Post praevisionem autem meritorum ex gratia, non amplius in arbitrio eligentis est velle his potius quam illis bonum salutis aeternae. Habentibus enim gratiam et merita ex gratia, gloria debetur ut merces, ut corona justitiae. Implicat ergo esse electionem ad gloriam post praevisa merita ex gratia.

b) Quoniam electio quandam importat discretionem. Merita praevisa ex gratia, qua ipso facto boni discernuntur a malis, jam praesupponunt discretionem factam. Habentes ergo gra tiam et merita ex gratia jam *non sunt eligibiles* ad gloriam, sed necessario ad ipsam assumendi, utpote :

c) Quoniam si praeparatio gloriae propter merita potest vocari electio ad gloriam, pari jure praeparatio gehennae propter culpas vocari potest electio ad gehennam. Quod errorem Lutheri ac Calvini sapii.

d) Quoniam praedestinatio ad gloriam propter praevisa merita resolvitur in errorem Pelagianorum, ut infra patebit.

(>.) Quoniam Molina ipse non ausus est sic clare loqui, ut nunc discipuli ipsius loquuntur; sed conatus est quin talis conclusio ex sua doctrina inferatur, impedire, scribens *Concord.* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 9. : « Simul observa me non dixisse adultos praedestinatos esse propter propria merita, sed per propria merita; illud enim esset falsum, hoc autem est verum. »

Est. ergo falsa conclusio Molinistarum, se, : Praedestinationem ad gloriam fieri propter praevisa merita. Molina dixit ; audiant igitur Molinistae, dum concludunt juxta mentem seu doctrinam abs dubio, sed tamen contra voluntatem magistri.

III

CONCLUSIO 2.

Praedestinatio, quam Molina tradit in libro Concordiae, prorsus rejicienda quoque est, utpote :

•

) Contraria Sacris Scripturis ;
) Contraria Sanctis Patribus ;
c) Contraria doctrinae Sancti Thomae ;
d) Contraria doctrinae Ecclesiae ;
e) Non satis recedens a doctrina Semipelagianorum.

§ 1

Contraria quidem Sacris Scripturis.

Ratio prima. — D. Thomas *De Verit.* q. 6. a. 3. : « Non enim potest dici, quod praedestinatio supra certitudinem providentiae nihil aliud addit nisi certitudinem praescientiae, ut si dicatur, quod Deus ordinat praedestinatum ad salutem sicut et quemlibet alium ; sed cum hoc de praedestinato scit, quod non deliciet a salute. Sic enim dicendo, non diceretur praedestinatus differre a non praedestinato ex parte ordinis, sed tantum ex parte praescientiae eventus. Et sic praescientia esset causa praedestinationis; nec praedestinatio esset per electionem praedestinantis, quod est contra auctoritatem Scripturae et dicta Sanctorum. »

Sed : 1° Praedestinatio juxta Molinam supra certitudinem providentiae nihil aliud addit nisi certitudinem praescientiae; 2° Molina dicit, quod Deus ordinat praedestinatum ad salutem sicut et quemlibet alium; 3° Molina dicit, quod praedestinatus non differt a non praedestinato ex parte ordinis, sed tantum ex parte praescientiae eventus. Praedestinatio ergo, quam Molina tradit, est contra auctoritatem Scripturae el dicta Sanctorum.

Kalio secunda. — S. Augustinus *De dono persev.* cap. 18. : « Hoc scio, neminem contra istam praedestinationem, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. »

Sed Molina in libro suae *Concord,* nihil fere aliud facit nisi disputare contra praedestinationem, quam S. Augustinus defendit. Unde Cardinalis Baronins ad hoc propositum scripsit : « Tantummodo de libris Molinae remanet controversia. Legi eos, sed non sine stomacho: cum .in illis nihil potentius agere prae se ferat quam S. Augustino adversari (licet Sanctum numquam nominet), eumque oscitantiae redarguere, seque illo in iis disputationibus vigilantiorem acutioremque jactare. Quis posset eum talia loquentem absque nausea tolerare? » *.

Molina ergo, dum de praedestinatione disputat, disputat : 1" contra Scripturas Sanctas : 2° errando.

Ratio tertia. — Apostolus 1 Cor. 4, 7 : « Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? » El Rom. 11, 35 : « Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? »

Sensus enim horum verborum S. Scripturae in perspicuo est: ipsamet ratio demonstrat nihil posse fieri et esse nisi procedat semper immediate immediatione virtutis a Deo. qui est prima causa tam flendi quam essendi omnium rerum alque omnium uniuscujusque rei perfectionum, quocumque modo sint. Unde D. Thomas Rom. 11. lect. 5. : « Nullus enim potest dare Deo nisi quae a Deo accepit. » Et I Cor. 4. lect. 2. : « Cum dicit : *Quis enim te discernit?* assignat rationem, quare unus non debeat contra alium inflari... Potest intelligi dupliciter. Uno modo sic : *Quis enim te discernit* a massa perditorum? Tu teipsum discernere non potes; unde non habes in te, unde contra alium superbias... Alio modo potest

' *Epistola Caesaris Card. Baronii ad Petrum de Villars,* Archiepiscopum Viennensem. (Venerab. C. Gard. Baron, epistolae et opuscula, tomus secundus, Romae 1759, ep. 162.)

intelligi : *Quis te discernit?* sc. superiorem faciens proximo luo : hoc quod tu facere non potes. 1'nde contra eum superbire non debes. »

Jam vero, juxta doctrinam concursus simultanei et indifferentis, gratiae a libero arbitrio pendulae, scientiae mediae, el praedestinationis rationem habentis ex parte usus liberi arbitrii praevisi : 1° homo aliquid habet quod non recipit a Deo immediate ; 2° aliquid ipse dat prior Deo ; 3° seipsum ab alio discernit.

Etenim : 1° Deus non movet nec applicat causas secundas ad agendum (q. 14. a. 13. disp. 26.); 2° « non est influxus Dei in causam [voluntatem] ea ratione qua agens est, quasi eo prius mota et excitata agat » (ibid. disp. 29.); 3° « non igitur causa est Deus virtutis nostrae... Virtutem nostram... non in Deum... sed in nostrum arbitrium nosque ipsos, qui libere in unam aut alteram partem illud flectimus, tamquam in particularem ac proprissimam eorum [virtutis' causam esse referenda » (ibid. disp. 33.); 4° « eademque est ratio de eodem modo affectis aequaliterque a Deo ad fidem vocatis; pro *sola* namque eorum *libertate* potest evenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat » (ibid, disp. 12.); 5“ « nullus dubitaret libertatem arbitrii utrorumque, facultatemqub eorum vel perveniendi in beatitudinem vel incidendi in supremam miseriam... quippe cum eventus omnino esset incertus, pendensque, ut in unam aut alteram partem eveniret, ex *sola,* arbitrii utrorumque *libertate* » :q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.); 6° « quod enim actus a gratia praeveniente et ab arbitrio elicitus liber sit, eaque de causa capax *virtutis, laudis* et *honoris...* profecto non est effectus gratiae... Quod item e duobus, qui aequali motu gratiae praeveniuntur ac moventur, unus *consentiat, concurrat* cum gratia, *eliciat* actum el *convertatur,* alter vero non : certe *solum* provenit ab innata et propria et intrinseca libertate ntriusque, bonis et malis, reprobis et praedestinatis communi. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 10. i

Praeterea, supra ostensum manet et testimoniis ipsius Molinae comprobatum, quod juxta systema doctrinale *Con-*

cordiae homo suo proprio libero arbitrio se discernit ab alio : *a)* in consecutione gratiae actualis; *b)* in consecutione gratiae sanctificantis ; *c)* in consecutione doni finalis perseverantiae.

Praeterea, ipsi discipuli Molinae expresse, conceptis verbis, ad litteram sic scribunt : « In negotio salutis non totum est a Deo»; et fere volunt atque dicere audent talem propositionem esse quasi definitam in Concilio Tridentino sess. 6. can. 4. in quo, ut infra videbitur, etiam Molina conatur ostendere esse fundatam integram ipsius *Concordiam* b

1 P. Mendive S. .I. *De Deo uno* cap. -l. a. 5. sic habet : ‹ *In negotio salutis non totum est a Deo,* sed aliquid homo facit, quod poterat omittere ; siquidem homo potest resistere gratiae, ut docet Concilium Tridentinum sess. 6. can. 4. Vel ergo Deus hujus rationem habet in praedestinatione, vel non. Si primum, datur ratio praedestinationis ad gloriam ex parte effectus praedestinationis adaequatae, ac proinde praedestinatio ad gloriam est ex meritis gratiae praevisis. Si secundum, accidere ob arbitrium humanum potest, ut reprobetur, qui cum gratia bene operando perseverat; vel ut praedestinetur, qui gratiae ad mortem usque resistit : quod est absurdum. » Revera hoc argumentum P. Mendive sapit Molinam, atque ex visceribus *Concordiae* manifesto apparet esse deprompturn. Multa enim sunt absurda, quae a P. Mendive enumerantur; sed radix ceterorum exstat in initio argumentationis : « *In negotio salutis non totum est a Deo.* » Si ergo *hoc,* quod homo *facit,* et quod non est a Deo, est aliquid ; et aliquid adhuc attinens ad negotium salutis nostrae, ideoque aliquid magnum, perfectum et excellens; si enim aliquid est, tunc revera admittendus concursus simultaneus, gratia Molinistica, scientia media, et praedestinatio ex meritis praevisis. Et tunc revera potest accidere *illud maximum absurdum,* quod accidere potest in systemate Molinae circa praedestinationis, reprobationis, gratiae et perseverantiae finalis quidditatem a Molina traditam. Accidere quidem potest ob arbitrium humanum, ut reprobetur qui cum gratia bene operando perseverat; vel ut praedestinetur qui gratiae ad mortem usque resistit. Quod est absurdum. Sicut absurdum est dicere « non esse in potestate hominis esse praedestinatum ›, et tamen « esse iu potestate hominis quod ordo generalis providentiae, qua omnes ad beatitudinem ordinantur, sortiatur rationem praedestinationis ›. Deinde, homo *potest* utique resistere gratiae, si velit; *potest* omittere quod facit in negotio salutis; at quid inde? Ergone in negotio salutis non totum est a Deo? Ex principiis *Concordiae* conclusio logice infertur : sed non infertur nec

Praeterea : cum Molinistae respondere coguntur ad verba Vpostoli : *Quis te discernit?* distinguunt, subdistinguunt. c.ontradistinguunt et post longum distinctionum iter perveniunt laboriose ad famosam scientiam mediam et in illa quiescunt. At scientia media nihil efficit, sed supponit aliquid effectum a *solo* libero arbitrio creato. Scientia media non discernit, quia nihil causal; sed praesupponit aliquid causatum ab homine ante omnem actum liberum divinae voluntatis; atque *hoc aliquid,* ex quo ipsa scientia media pendel. est praescisse illud quod objicitur Molinae et Molinistis tamquam contrarium S. Scripturae et repugnans Christianae philosophiae. Hoc quidem *aliquid,* quod subterfugit efficientiam ac causalitalcm causae primae, qui est Deus, discernit perinde hominem ab homine, cum faciat hominem habere quod a Deo non accepit, sed ex ipsa sola sua innata libertate ante omnem actum libertatis divinae prodivit aut saltem prodire deberet

inferri potest ex Cone. Trid. nec ex doctrina S. Augustini et I). Thomae, nee ex notione primae causae et causae secundae juxta veram et Christianam philosophiam.

1 P. Hurter *De gratia* n« 131. in notula asserit Thomistas male exponere verba Apostoli 1 Cor. 4. : *Quid habes quod non accepisti?* Fortasse male exponant; sed non exponunt aliter S. Augustinus et S. Thomas ; nec principia sanae theologiae ac philosophiae admittunt expositionem contrariam. Deinde procedens ad solvendam difficultatem ex Apostoli verbis exortam contra Molinae systema P. Hurter sic ait : « Id, quod discernit (gratia) inter bene et male operantes, nequit esse commune male vel bene operantibus. Distinguo majorem : Quod discernit *formaliter :* Concedo. Quod discernit *efficienter :* subdistinguo : Si spectetur *quatenus praeveniens el adjuvans :* Concedo. Si spectetur *quatenus praeveniens tantum :* rursum distinguo : Si spectetur *in se* : Nego. *Si in praescientia divina :* Concedo. » Ita P. Hurter, qui post tot et tantas distinctiones, negationes, concessiones et spectationes coactus fuit postremo concedere *aliquid discernens* inter bene et male operantes, aliquid discernens efficienter, *spectatum* in scientia media. Et *hoc aliquid* homo non accipit a Deo, sed habet ex sua sola propria innata libertate, qua reddit *efficacem,* gratiam praevenientem, quae communis est bene et male operantibus. Ex quo

Et denique, ipse Molina in sua *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 12. scribit : « Esto justus de hujusmodi actibus ea ex parle qua libere quidem, sed partialiter partialilate causae et non effectus, ab ipso emanarunt, gloriaretur.... sane non esset insipiens, sed verum diceret; quoniam non gloriatur de actu... sed de sola cooperatione libera per suum arbitrium ad illam. » Et q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 6. : « Quando praesto existente auxilio Dei sufficiente (quod Deus neque ei, qui in peccatum consentit, denegat) aliquis tentationi resistit victoriamque comparat et meretur gratiae augmentum, ipse est qui libere, *minimeque a Deo praedeterminatus,* sed solum adjutus, seipsum determinat et influit dissensum, potensque est tunc influere consensum in tentationem et peccare. » Et q. 14. a. 13. disp. 39. : « Utique ab inaequali conatu et influxu liberi arbitrii provenire potest, ut conferente Deo duobus hominibus aequale auxilium gratiae adjuvantis, unus eorum intensius operetur meliusque se disponat ad gratiam justificantem quam alius: et ut conferente eisdem inaequalia auxilia, aeque operentur, aut is interdum plus qui minori suffultus est auxilio. »

Unde Molina ipse fatetur hominem non esse insipientem, si glorietur : 1° ea ex parte qua libere quidem, sed partialiter partialilate causae agit; 2° de sola cooperatione libera per suum arbitrium ad gratiam; 3° de eo quod, cum possit peccare, non peccat; cum possit gratiae resistere, non resistit; cum posset influere consensum in tentationem, influit dissensum; 4° et de eo quod *intensius* operatui· sub aequali

patet, quod nisi admittatur physica praemotio et gratia ex se efficax, id est, influxus Dei in ipsam potentiam, in ipsam voluntatem ea etiam ex parte qua voluntas agens est, semper erit verum, quod homo discernit seipsum et habet aliquid quod non recipit a Deo. Scientia ergo media, concursus simultaneus, gratia versatilis, praedestinatio habens rationem ex parte liberi arbitrii praevisi, sunt incompatibilia cum doctrina Apostoli : *Quis enim te discernit ? Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Quod Deus videt per scientiam mediam, si quid videt, non dat, non causât; ac proinde homo non accipit, ex se solo efficit.

auxilio, vel sub minori interdum plus, et melius se praeparat ad gratiam justificantem quam alius.

Libere agere, se determinare, ad libere agendum, libere cooperari, gratiae non resistere, tenlationi non consentire, intensius sub aequali vel minori auxilio gratuito conari ad salutariter operandum : haec omnia competunt homini ea cx parte qua partialiter partialilate causae libere, bene, laudabiliter et meritorie operatur.

Haec omnia simul, *illuminata* atque *praevisa* per scientiam mediam ante omnem actum liberum divinae voluntatis, constituunt interiora viscera et quasi umbilicum Molinianae *Concordiae* [1].

[1] Quapropter Molinistae, cum sub hujusmodi praesidium confugiunt, sub alis Molinae protecti arbitrantur se esse non modo securos, verum quoque inexpugnabiles, et canunt victoriam ; et tamquam qui bibunt vinum, psallunt hoc modo in Thomistas : « *Ista gratia sufficiens secum trahit gratiam, efficacem, si non resistimus. Si vero resistimus, non connectitur cum gratia efficaci: et... En proh dolor! Jam sumus Molinistae!* » Ita ad litteram I'.Hurter S. J. tract, *De gratia* cap. 3. thés. 193. Et sic communiter cuncti Molinistae. P. Thomas, antequam Molina scripserit librum *Concordiae* et antequam P. Hurter illum legerit, jam hanc ipsam difficultatem sibi objicerat, scribens : « Si gratia non datur ex operibus, sed tantum ex hoc, quod aliquis non ponit obstaculum : ‹ rgo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio et non cx electione Dei, quod est error Pelagii... Respondeo. Dicendum est, quod hoc ipsum, quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit. Unde si aliquis ponat, et tamen movetur cor ejus ad removendum illud, hoc est ex dono gratiae Dei vocantis per misericordiam suam. Hoc autem donum gratiae non est gratum faciens. Quod ergo a quibusdam removetur istud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei. Quod autem non removetur, hoc est ex justitia ejus. » (D. Thomas, Hebr. 12. lect. 3.) Notet lector, quomodo ex iisdem praemissis P. Hurter infert : « *Jam sumus Molinistae,* › et D. Thomas infert : ‹ *Quod est error Pelagii.* » Notet iterum lector, quomodo 1° datur gratia, qua removentur a Deo ipsa obstacula; 2° quod *hoc ipsum,* quod aliquis non ponit obstaculum et non resistit gratiae, *ex gratia procedit.* Et sic uno solo verbo oris sui Angelicus Doctor totam Molinianae *Concordiae* machinam confregerat ac praedissolverat. — Vide *Part. Prim.,* pag. 304.

Ratio quarta. — Apostolus Ephes. 1, 3-6 : « Benedictus Deus et Pater Domini nostri .Tesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in caritate ; qui praedestinavit nos in adoptionem liliorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae. »

In hoc loco Apostolus loquitur : 1° de aeterna electione ad gloriam, de dilectione aliquorum hominum prae aliis, de separatione a massa perditionis ; 2° de praedestinatione, quae est ordo aliquorum in salutem vitae aeternae in mente divina praeexistens, et quae includit, et necessario in sua ratione praesupponit : *a)* electionem, *b)* dilectionem. Omnes enim praedestinati sunt, electi el dilecti. Unde D. Thomas Ephes. 1. lect. 1. : « Cum dicit : *Sicut elegit nos,* tangitur beneficium electionis, ubi commendatur electio ista, quin libera... quia aeterna... quia fructuosa... quia gratuita. Dicil ergo : Ita benedixit nos, non nostris meritis, sed ex gratia Christi, sicut elegit nos, et gratis a massa perditionis separando praeordinavit nos in ipso, id est, per Christum... Elegit, inquam ; non quia sancti essemus, quia nec era mus; sed ad hoc elegit nos, ut essemus sancti virtutibus et immaculati a vitiis. Utrumque enim facit electio... Deinde cum dicil : Qui praedestinavit nos in adoptionem liliorum ■per Jesum Christum, subdit tertium beneficium, sc. praedestinationis. in praeordinata associatione cum bonis.... Deus praedestinavit nos, id est, sola gratia praeelegit ; in adoptionem filiorum, id est, ut associaremur cum aliis filiis adoptionis in bonis, quae habituri sunt... Causa autem praedestinationis non est necessitas ex parte Dei. nec debilum ex parte praedestinatorum; sed magis est secundum propositum voluntatis suae; in quo quando commendatur beneficium... quia praedestinatio secundum rationem praesupponit electionem, et electio dilectionem. » Et deinde lect. 2. : « Est enim duplex electio, sc. praesentis justitiae el praedestinationis aeternae. Job. 6. 71 : *Nonne duo-*

«lecim vos elegi, et unus ex vobis diabolus est? De hoc Apostolus non intendit hic, quia ista non fuit ante mundi constitutionem ; et ideo statim manifestat, de qua intelligit, quia de secunda, sc. de aeterna praedestinatione; propter quod dicit : *Praedestinavit nos in adoptionem filiorum Dei.* »

Nunc autem Molina *Concord,* q. 23. a. 3. *quid sit reprobatio.* contradicere videtur praedictae Apostoli doctrinae : 1" Quoniam electionem ante mundi constitutionem ita exponit, ut proprie loquendo non sit electio ; quia « non est aliud, inquit, quam ob merita Christi media nobis voluisse conferre, quibus sancti essemus et immaculati », et media, quae ad sanctificationem omnibus hominibus Deus vult conferre; vult enim omnes salvos fleri. Ac praecipue, cum juxta Molinam talia media reddere *efficacia* pendeat ex innata uniuscujusque hominis libertate. 2° Quoniam electionem hanc ante mundi constitutionem Molina sic intelligit, ut tamen non sit separatio a massa perditionis; nam supponitur electio non aliquorum, sed *totius massae,* sicut voluntas Dei conferendi omnibus hominibus media salutis, ad totam massam se extendit; et contrarium dicere error est Jansenistarum. 3° Quia Molina huic electioni ante mundi constitutionem non opponit *reprobationem negativam,* quam absolute rejicit; et ideo omnes homines supponit electos hac electione, de qua Apostolus loquitur. Reprobatio enim, quae *negativa* dicitur, in *non electione* consistit; id est, in hoc quod relinquitur, non assumitur, non separatur a massa perditionis. Quia Molina docet esse aliam secundam electionem, qua Deus post praevisa merita separat bonos ad gloriam ; el hanc denominat Molina *approbationem,* cui ille opponit *reprobationem,* quae « judicium est aeternum, quo creatura rationalis a Deo indigna judicatur vita aeterna dignaque poena aeterna puniatur, cum proposito eam perpetuo excludendi a regno coelesti ».

itaque ex doctrina Molinae circa praedestinationem liquet : *a)* dari electionem in Deo, qua omnibus hominibus Deus vult conferre ob merita Christi media, quibus homines sancti

Hani et sint : *b) efficaciam,* horum mediorum pendere ex eo- quod homines pro innata liberi arbitrii libertate velint ope- rari ; *c)* Deum ante omnem actum liberum suae voluntatis *praevidere* per scientiam mediam, quid pro innata libertate velint homines operari in hoc vel in illo ordine rerum collo- cati ; *d)* Deum ex sola sua voluntate eligere hunc vel illum rerum ordinem, in quo praevidit hos vel illos homines sua innata libertate reddidisse *efficacia* media ad salutem illis collata, et alios homines e contra reddidisse *inefficacia ;* fi) quod electio ex parte Dei hujus ordinis sortiatur ratio- nem praedestinationis vel reprobationis, dependet ex innata hominum libertate; *f)* in quantum Deus eligit hunc ordinem seu modum providendi cum praescientia hujus, quod homo redditurus sit efficacia media illi donata ad salutem, Deus dicitur talem hominem *praedestinare;* in quantum vero eligit hunc providendi modum eum praescientia hujus, quod homo redditurus sit inefficacia media illi donata ad salutem, nihil dicit adhuc de Deo Molina; quia « nec opus est reperiri actum in Deo, qui praedestinationi quasi contrarie oppo- natur » (q. 23. a. 3. *Quid sit reprobatio); g)* denique, post hypotheticum modum providendi cognitum per scientiam mediam ante omnem actum liberum divinae voluntatis, conversum jam in modum providendi absolutum per decre- tum subsequens ad scientiam mediam, tunc accedit *illa electio secunda* bonorum ad gloriam, cui contradictorie oppo- nitur *reprobatio* juxta Molinam ; et quae proinde debuerat dici *electio ad gehennam,* sicut vocant eam Calvinus et Lutherus. Nam si praeparatio gloriae post et propter praevisa merita potest vocari *electio ad gloriam,* pari jure praepa- ratio poenae post et propter praevisa demerita vocari poterit *electio ad gehennam.* Differentia adest in hoc, quod juxta Molinam electio ad utrumque ponitur post praevisum usum liberi arbitrii, el juxta Calvinum ponitur ante usum liberi arbitrii praevisum. Cetera non mutantur. Et fundamentum parallelism! remanet ex parificatione in utroque systemate, quamvis per diversas vias, praedestinationis cum repro- batione.

Ratio quinta. — Apostolus Rom. 8, 28-30 : « Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imagini Filii sui, nt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit : quos autem justificavit, illos et glorificavit. »

In hoc loco S. Scripturae, qui revera est classicus pro materia quam pertractamus, expresse, continentur : 1° praescientia; 2° praedestinatio; 3° vocatio, justificatio et glorificatio, per quas quasi per 1res principales gradus aeternam praedestinationem Deus exsequitur in tempore. Exsecutio enim praedestinationis est quidem passive in nobis, active autem in Deo, ut D. Thomas tradit. I. q. 23. a. 2.

Duplex hic gravis exsurgit quaestio, se. : 1" de qua praescientia loquatur Apostolus ; 2° quo ordine ordinandae sint praescientia et praedestinatio, nempe utrum sic : X Quos praescivit conformes fieri imagini Filii sui, hos et. praedestinavit », vel sic : « Quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imagini Filii sui. »

Haec autem duplex quaestio reducitur postremo in unam, nimirum : Utrum conformitas cum imagine Filii Dei *sit tantummodo terminus divinae praescientiae,* vel sit etiam effectus. Si *primum,* tunc scientia, qua Deus praescivit, antecedit omnem actum liberum divinae voluntatis, quia non causai nec efficit praedictam conformitatem, el proinde praescientia meritorum erit ratio praedestinationis, ul sc. intelligalur quod Deus praedestinet, aliquos, quia praescit eos bene operaturos et in Christum credituros. Et secundum hoc talis est ordo inter praescientiam et praedestinationem : « quos praescivit, conformes, hos et praedestinavit. » Si *secundum,* tunc scientia Dei habet conjunctam divinam voluntatem et causât et efficit ipsam conformitatem, quae est divinae scientiae terminus simul atque effectus. Talis scientia praesupponit Dei electionem et dilectionem ; scit enim Deus electos et dilectos; et quos sic scit, praedestinat conformes fieri imagini Filii sui. Et secundum hoc talis est

ordo : « Quos praescivit diligendo et eligendo, et praedestinavit. » Nam sicut praedestinatio praesupponit electionem el dilectionem, sic etiam praescientiam divinam electorum et dilectorum. Omnes enim praedestinati sunt electi et dilecti. (I. q. 23. a. 4.)Tunc merita praescita non sunt ratio aut causa divinae praedestinationis, sed effectus. Praedestinati praesciuntur bene operaturi, quia praedestinati, quia electi, quia dilecti, quia praesciti praescientia habente adjunctam divinam voluntatem, praescientia sc. dilectionis et electionis.

De qua ergo praescientia loquitur Apostolus, de *scientia media* aut de *scientia dilectionis et electionis;* de scientia media, quae non causal res sed a rebus dependet, aut de scientia habente conjunctam divinam voluntatem, (piae est causa efficiens omnium rerum ?

Si de *scientia media,* tunc praedestinatio Iradila a Molina concordat cum doctrina Apostoli, et Apostolus docuit, sicut Molina docet in libro *Concordiae,* quod praedestinatio adultorum habet rationem ex parte, usus liberi arbitrii praevisi.

Si vero de *scientia dilectionis el electionis,* tunc praedestinatio Moliniana est contrarias. Scripturae et toto coelo differt a doctrina Apostoli.

Molina enim *Concord,* q. 23. a. 5. disp. J. memb. 11. sic scribit: « Sit ergo nona conclusio : Praedestinatio adultorum fuit secundum praescientiam boni usus liberi eorum arbitrii : habuitque. Deus, modo explicato, rationem illius in eis praedestinandis. Probatur conclusio. Primo ex illo ad Rom. cap. 8. : *Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imagini Filii sui...* Sane, de nulla alia praescientia commodius exponi potest locus ille Pauli quam de ea, quae praevia ac necessaria est ad praedestinationem: neque haec est alia quam *illa media,* qua Deus praenovit quid pro libertate arbitrii cum his vel illis donis in hoc vel illo ordine rerum esset futurum, ex hypothesi, quod ea donare statuerat... Expositiones aliae istius loci, ut violentae ac peregrinae sunt, sic adeo variant, ut vix duos reperias qui in eadem conveniant. »

Et postea inter alia affert duo argumenta, in quibus revera

intrinsecus latet *quinta essentia Concordiae :* 1° « Quia eo modo praedestinavit nos Deus justificandos et salvandos, quo in tempore justificamur et salvamur, ut D. Thomas hoc loco in argumento *sed contra* affirmat... At adulti justificamur vitamque aeternam consequimur dependenter ex eo, quod libere velimus; ita ut *integer effectus* praedestinationis simul pendeat a libera voluntate Dei et a libero influxu arbitrii nostri; in potestateque nostra situm sil nec justificari nec salvari, ut fides docet. Ergo quod *ex aeternitate fuerlmus praedestinati* per ea media, quibus reipsa praedestinati fuimus vitamque aeternam consecuti sumus, *non pendet, solum ex divina voluntate,* qua Deus ad haec ipsa media nobis opitulari constituit, sed simul etiam ex *libera cooperatione et influxu nostri arbitrii, praeviso;* nequi*, voluntas divina ita nobis opitulandi rationem habuerit praedestinationis, nisi *praescientiam* de libero influxu nostri arbitrii futuro adjunctam haberet... 2° Quia cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus justificatur et salvatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec salvatur... Neque dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui inulto majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in coelo divino conspectu fruuntur... Sed quod hi cum majoribus auxiliis praedestinati et salvi non fuerint, illi vero cum minoribus praedestinati ac salvi fuerint, non aliunde fuit nisi quia illi pro innata libertate noluerunt uti ita suo arbitrio. ut salutem consequerentur; hi vero maxime. Ergo quod voluntas illa Dei aeterna, qua adultis ea media ex sua parte conferre statuit, quibus in beatitudinem perveniunt, rationem praedestinationis habuerit tamquam a conditione, sine, qua eam rationem non habuisset, ex eo fuit dependens, quod adulti ipsi eo modo pro sua innata libertate usuri erant suo arbitrio, ut ad eam pervenirent, idque Deus altitudine sui intellectus praeviderit... 3° Illud etiam, quod ad exaltationem, laudem et honorem Christi, Sanctissimaeque illius Matris, mihi videtur admodum verisimile : Sacratissimis eorum duorum animabus non solum excellentiora dona Deum conferre decrevisse, sed etiam easdem *praevidisse*

melius quam ceteras pro sua innata libertate usuras suo arbitrio ; *eaque ratione* in tantam dignitatem potius quam ceteras electas fuisse. »

En medullam totius *Concordiae* Molinae! In omnibus et in singulis operibus vult Molina, quod opera Dei pendeanl. lamquam a duabus partibus unius integrae causae, a divina voluntate et ab innata creatae, voluntatis libertate. Nam : 1" ex eo, quod Deus praevidit animam Christi et animam Beatissimae Virginis « melius quam ceteras pro sua innata liber late usuras suo arbitrio » donis excellentioribus, quae Deus conferre illis decreverat. « ea ratione in tantam dignitatem potius quam ceteras electas fuisse » : 2° *integer effectus* praedestinationis pendet a libera voluntate Dei et a libero influxu arbitrii nostri ; 3° quod ex aeternitate fuerimus praedestinati, non pendet solum ex divina voluntate, sed simul etiam ex libera cooperatione et influxu nostri arbitrii praeviso : 4" quod voluntas Dei aeterna rationem praedestinationis habuerit, dependens fuit ex eo. quod pro sua innata libertate adulti usuri erant suo arbitrio: 5" exinde etiam quod cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus justificatur et salvatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec sal vatur : immo etiam eum longe minoribus auxiliis unus salvatur, et alter cum multo majoribus non salvatur.

Itaque in negotio *a) hypostaticae unionis* non totum est a Deo, sed etiam ab anima Christi : *b) electionis ad divinam rnaternitatem* non totum est a Deo, sed etiam ab innata B. Virginis libertate; *c) aeternae nostrae praedestinationis* non lotum est a Deo, sed etiam a. libero influxu arbitrii nostri : *d) integri effectus praedestinationis* non totum est a Deo, sed simul etiam aliquid ex sola innata arbitrii nostri libertate ; *e) nostrae vocationis, justificationis, per severantiae finalis et salvationis* non totum est a Deo, sed simul etiam aliquid ex sola innata liberi arbitrii nostri libertate.

I Inde : 1° liber influxus arbitrii nostri non est effectus causae primae, qui est Deus; 2° libera determinatio nostrae voluntatis non esf, effectus Dei ; 3° quod audiamus vocem Dei

vocantis, non est effectus Dei ; 4® quod libere consentiamus Deo nos justificanti, non est effectus Dei : 5° quod libere cooperémur ad vitam aeternam consequendam, non est effectus Dei ; 6° quod libere velimus perseverare et de facto libere perseveremus in caritate Christi usque ad finem vitae, non est effectus Dei : 7° uno verbo : « Quod voluntas Dei, qua adultis ea media ex sua parte conferre statuit, quibus in beatitudinein perveniunt, rationem praedestinationis habuerit... » non est effectus Dei.

S. Augustinus vere ac profunde dixerat : » Qui creavit te sine te, non justificabit te sine te. › Nunc post *Concordiam* Molinae oportet etiam dicere : Qui creavit te sine te, non praedestinavit te sine te. »

Nihil relinquit Molina, quod totaliter sit a Deo, nec in negotio nostrae salutis nec in aliis rerum negotiis. Etenim, nec ipsa scientia media est totaliter a Deo. cum Deus illam emendicet a creaturis et tamquam eleemosynam accipiat, velit nolit, id est, ante omnem actum liberum divinae voluntatis ex ipsa innata atque intacta liberi arbitrii creati libertate,.

Et adhuc Molina conatur suam peregrinam theoriam sub patrocinio Angelici Doctoris reponere : quasi D. Thomas dixerit unquam Deum eo modo nos praedestinare, quo nos justificat ; et quasi non distinxisset in opere justificationis *motionem* Dei moventis quae est infusio gratiae sanctificantis, et *motum* ipsius mobilis qui est consensus liberi arbitrii ; et quod motus liberi arbitrii sequitur gratiae infusionem sicut effectus suam principalem et primam causam ! ‹l-ll. q. 111. a. 2. et q. 113. a. 3.. fi. et 8j

§ 2

Contraria Sanetis Patribus.

Primo namque, quoniam ipse Molina in lib. *Concordiae* ini. editione expresse impugnavit sententiam S. Augustini : ajebat enim : « Communior scholasticorum de praedestinatione sententia impugnatur. » Et istam communiorem sen-

tentiam ipse fatetur esse D. Thomae et S. Augustini. « Sententia D. Thomae, quae communior est inter scholasticos. » « Eadem sententia est Augustini mullis in locis. » iq. 23. a. 5.. disp. 1. memb. 6.)

Deinde adjungit : *a)* Quod S. Augustinus sua doctrina, « nonnullos ex fidelibus turbavit »; *b)* quod sententia S. Au gustini est « valde dura » ; *c)* quod « sub ea quasi caligine Augustinus ad hoc non attendit »; rfjquod « immo vero isti duo Patres (S. Augustinus et D. Thomas) in eam sententiam, inclinassent, salva eorum reverentia, quae illis debetur maxima, quoad illud secundum admittenda non esset » (ibid, inemb. 6.); *e)* quod « ex Augustini opinione concertationi busqué cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati ad Pelagianosque defecissent » ! (memb. ult.)

Ac postremo, quia libri *De praedes/, sanet,* et *De dono persen.* et *De grat. et lib. arb.* et *De grat. et correpi.* et omnia alia opera, in quibus S. Augustinus agit de auxiliis divinae gratiae, de praedestinatione et de finali perseverantia, constituunt antithesim completam e,orum, quae a Molina traduntur in libro suae *Concordiae.* Afferemus aliqua exempla.

Primo : Quoad scientiam inediam. — Rejicitur expresse a S. Augustino, cum dicit : *a)* « Praedestinatione quippe Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus. Unde dictum esi Is. 45. : *Fecit, quae futura sunt.* Praescire autem potens est etiam, quae ipse non facit, sicut, quaecumque peccata. » *(De praedest. sanet,* cap. 10.)

b) « Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea praedestinatione, in qua Deus sua futura facta praescivit ; electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id. quod praedestinavit, implevit. » (ibid. cap. 17.)

c) « Deus scit futura, ea praedestinando. « *(Tract. 68. in Joh.)*

d) « Praescivit enim reliquias, quas secundum electionem gratiae fuerat ipse facturus. Hoc est, ergo praedestinavit: sine dubio enim praescivit, si praedestinavit; sed praedesti-

nasse est hoc praescisse, qtfiod tuerai ipse facturus. » *(De dono perser.* cap. 18.)

Cum ergo ab eisdem causis in statu conditionato dependeant futura conditional», a quibus in statu absoluto dependent futura absoluta, dicere oportet quod sicut ista Deus cognoscit in suo decreto absoluto et efficaci, ita et illa in suo decreto condilionato contemplatur. Loquatur igitur S. Augustinus de futuris ex hypothesi vel de futuris in thesi, sub conditione sive absolute, idem est ad quaestionem ; quia quaestionis substantia non propterea mutatur. S. Augustinus rejicit itaque scientiam mediam, quam Molina existimat esse « praeviam ac necessariam ad praedestinationem ». *(Concord.* q. 23. a. 5. disp. I. memb. 11.)

Secundo : Quoad gratiam, quam homo pro suo libero arbitrio reddit efficacem. — *a)* « Multos venire videmus ad Filium, quia multos credere videmus in Christum; sed ubi et quomodo a Patre audierint hoc et didicerint, non videmus. Nimirum gratia ista secreta est, gratiam vero esse quis ambigat? Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur et docet, ut veniatur ad Filium, aufert cor lapideum et dat cor carneum, sicut Propheta praedicante promisit (Ezech. 11, 19). Sic quippe facit filios promissionis el vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam. » *(De praedest. sanet,* cap. 8.)

b) « Certum est nos facere, eum facimus; sed ille facit, ut faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati, qui dicit Ezech. 36,27 : *Faciam, ut injustificationibus meis ambuletis et judicia mea observetis et faciatis.* Cum dicit : *faciam ut faciatis,* quid aliud dicit nisi auferam a vobis cor lapideum unde non faciebatis, et dabo vobis cor carneum unde faciatis? Et hoc quid est nisi auferam cor durum undo non faciebatis, et dabo cor obediens unde faciatis ? » *(De grat. et lib. arb.* cap. 16.)

Nihil ergo magis alienum a mente et a corde S. Augustini

quam doctrina Molinae circa gratiam pendulam et versatilem. gratiam quam homo pro sua innata libertate facit *efficacem.* Datur enim *gratia interior,* cui in statu naturae lapsae homo aliquando resistit; non semper quoties Christus vuli congregare filios Jerusalem, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, filii Jerusalem volunt: sunt qui semper Spiritui Sancto resistunt. (Math. 23, 37: Act. Ap. 7, 51 ; propositio 3. Jansenii damnata.) At datur etiam *gratia interior,* cui homo *potest* quidem resistere, num·quam tamen resistit nec resistet unquam ; etenim hujusmodi gratiae proprium est ipsam resistentiam et duritiam cordis auferre. Non est enim liberum arbitrium hominis, quod gratiam Dei reddit *efficacem;* sed gratia Dei est, quae libero hominis arbitrio praebet *vires efficacissimas.* Consentire gratiae, jam est etiam effectus ipsius gratiae. Libere Dei gratiae cooperari, ex ipsa gratia divina primo ac principaliter originem trahit. In hoc enim stat error sive aequivocatio Molinae, qui in eadem paritate videtur ponere *consentire* el *dissentire, obedire* et *resistere* divinae gratiae, veluti ipsum *consentire* et *obedire* simul atque humanae voluntatis proprium non fuisset quoque principaliter divinae ipsius gratiae effectus : sicuti *dissentire* et *resistere* solius voluntatis humanae est. minime autem gratiae.

Tertio : Quoad praedestinationem habentem rationem ex parte usus liberi arbitrii humani praevisi. Quod hoc rejiciat omnino S. Augustinus, non tantum ex supradictis liquido ostensum apparet, sed ex eo praesertim, quod Molina non potuit reperirc testimonium ullum nec verbum in operibus genuinis S. Augustini, cui auctor *Concordiae* valeret inniti illud secundum caput vel sensum suae praedestinationis. Unde coactus est scribere q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ultimo : « Distinximus duos illos sensus, in quorum altero negandum erat cum Augustino praedestinationem fuisse secundum praescientiam usus arbitrii cujusque praevisi. In altero vero id ipsum sine scrupulo cum aliis Patribus omnino concedendum erat. »

Sed S. Augustinus respondens Pelagianis etSemipelagianis, responsum jam dederat ipsi Molinae, et absolute negat quod alii Patres hunc secundum concesserant, sc. : praedestinationem habere rationem aliquam ex parte praedestinati, et alta voce proclamat quod theologus debet habere scrupulum talia concedendi. Quod constat :

1° *Eæ testimonio ipsius Molinae haec sine scrupulo scribentis.* — « Credens autem Augustinus cum iis, quae de gratia adversus haeresim Pelagianam ex Scripturis rectissime docuerat, conjunctum esse praedestinationem Dei aeternam non fuisse secundum merita qualitatemque usus liberi arbitrii a Deo praevisi, sed solum secundum Dei electionem el beneplacitum... : juxta eam sententiam Paulum Bom. cap. 9. multis in suorum operum locis interpretatus est, restrinxitque illud I Tim. cap. 2. : *Vult omnes homines salvos fieri,* ut non de omnibus universim hominibus, sed de solis praedestinatis intelligerctur. Quae doctrina plurimos ex fidelibus, praesertim ex iis qui in Gallia morabantur, non solum indoctos, sed etiam doctos mirum in modum turbavit, ne dicam illius occasione salutem eorum fuisse periclitatam... Sententiam vero Augustini secutus est D. Thomas, el post eum plerique scholasticorum. » Ha Molina *Concord.* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ult. Poteritne dari argumentum fortius ac validius contra secundum sensum vel caput Molinianae praedestinationis, quam illud nempe, quod : *a)* Augustinus crederet esse inseparabiliter conjunctas et doctrinam suam de gratia et doctrinam suam de praedestinatione ante praevisa merita? *b)* Augustinus non obstante, quod docti etiam et indocti mirum in modum turbabantur, noluit unquam concedere praedestinationem habere rationem ex parte usus arbitrii praevisi ? *c)* D. Thomas et cum illo omnis schola eandem sententiam secutus est? Si quae S. Augustinus de gratia adversus haeresim Pelagianam docuit. « ex Scripturis rectissime docuerat » ; rectissime quoque et ex Scripturis docuit, quae de praedestinatione Dei aeterna docuit, et D. Thomas et plerique Scholae doctores cum Augustino docuerunt.

2° *Ex responsione S. Augustini ad Pelagianos.* — Inter alia niox infra indicanda Pelagiani objiciebant S. Augustino : *a)* Quod doctores antiquiores aliter de praedestinatione videbantur senlire; *b)* quod continuo loquebantur de Dei praescientia, quasi Deus in hominibus praedestinandis rationem habuerit liberi eorum arbitrii boni usus praevisi. S. Augustinus autem *De dono perse»,* cap. 19. : « Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus Dei praescientiam, et agitur de vocatione electorum, eandem praedestinationem intelligere? Magis autem fortasse voluerunt hoc verbo in ea re uti, quod et facilius intelligitur et non repugnat ; immo et congruit veritati, quae de praedestina tione gratiae praedicatur... Hoc scio, neminem contra istam praedestinationem, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. Puto tamen eis, qui de hac re sententias tractatorum requirunt, sanctos et in tide atque doctrina Christiana laudabiliter usquequaque difTa matos viros Cyprianum el Ambrosium, quorum tam clara testimonia posuimus, debere sufficere... Isti tales tantique doclores dicentes non esse aliquid, de quo tamquam de nostro, quod nobis Deus non dederit, gloriemur; nec ipsum cor nostrum et cogitationes nostras in potestate nostra esse ; et totum dantes Deo, atque ab ipso nos accipere, condientes, ut permansuri convertamur ad eum... Procul dubio noverant praedestinationem, quam per apostolos praedicatam contra novos haereticos operosius diligentiusque defendimus. »

Et *De. praedest. sanet,* cap. 14. : « Certe enim si de Divinarum Scripturarum tractatoribus, qui fuerunt ante nos. proferrem defensionem hujus sententiae, quam nunc, solito diligentius atque copiosius contra novum Pelagianorum defendere urgemur errorem... ; si hujus ergo sententiae defensionem ex divinorum eloquiorum nos praecedentibus catholicis tractatoribus promerem : profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent; hoc enim significastis litteris vestris. Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista haeresis oriretur, non habuerunt ^necessitatem in hac difficili ad solvendum quaestione

versari : quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur?Unde factum est, ut de gratia Dei quid sentirent. *breviter* quibusdam scriptorum suorum locis et *transeunter* attingerent: immorarentur vero in eis. quae adversus alios inimicos Ecclesiae disputabant. »

Atque ita habetur : 1° Quod praedestinatio tradita a S. Augustino est secundum Scripturas Sanctas et per Apostolos praedicata; 2° quod nemo, nisi errando, potest contra liane praedestinationem disputare : 3U quod alii Ecclesiae doctores ante S. Augustinum : *a)* breviter et transeunter has de gratia Dei et praedestinatione quaestiones attigerunt: *b)* eadem, quae S. Augustinus diligentius et copiosius coactus est inquirere el declarare, ipsi etiam exponerent, si Pelagianis respondere coacti fuissent : *c)* nomen *praescientiae* apud illos idem significare ac *praedestinationis ;* loquuntur enim de divina praescientia fundata in Dei voluntate, dilectione et electione, id est, in decreto divino. Unde ipse Augustinus cap. 9. et 10. *De praedest. sanet,* scribit : « Cernitis me sine praejudicio latentis consilii Dei aliarumque causarum hoc de *praescientia* Christi dicere voluisse... Sed utrum praedicato sibi Christo a seipsis habituri essent fidem an Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo eos praescierit an etiam praedestinaverit Deus, quaerere ac disserere tunc necessarium non putavi... Praedestinatione quippe Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus. » Et *De dono persev.* cap. 18. : « Unde aliquando eadem praedestinatio significatur etiam nomine praescientiae. » El ibid. cap. 9. : « Sine praejudicio tamen aliarum causarum... »

3° *Ex characteribus divinae praedestinationis a S. Augustino assignatis.* — Nam Molina admittit : *a) electionem* generalem omnium hominum ad salutem, et in hoc sensu explicat verba Apostoli Ephes, cap. 1. : « Elegit nos ante mundi constitutionem »; *b) praescientiam mediam* tamquam praeviam ac necessariam ad praedestinationem, et in hoc sensu declarat verba Apostoli ad Rom. cap. 3. : « Quos praescivit et praedestinavit »; *c) hominem posse gloriari* de aliquo, do illo sc. quod Deus praevidens habuit prae

oculis in hominibus praedestinandis, nempe *usum bonum* liberi arbitrii, *influxum* liberi arbitrii in omnia opera bona etiam ex gratia ; nam alius est influxus gratiae et alius arbitrii creati. Haec tria ad litteram et conceptis verbis in libro *Concordiae* scripta manent.

Jam vero S. Augustinus : *a) electionem,* de qua Apostolus agit, esse separationem praedestinatorum a massa perditionis expresse affirmat; *b) praescientiam,* de qua Apostolus loquitur, esse illam conceptis verbis asseverat, qua Deus sua futura facta praescivit in ipsa praedestinatione; *c) hominem non posse gloriari* de aliquo nisi in Deo et in solo Deo, a quo omnia accepit. In his tribus divinae praedestinationis characteribus affirmandis, evolvendis et demonstrandis clamat S. Augustinus per singula capitula suorum operum *De gratia, De praedestinatione, De dono perseverantiae ;* sicut Molina tres alios e regione opposita affirmat characteres per integrum *Concordiae* suae librum.

Quoad electionem : De praedest. sand. cap. 18. post quam verba Apostoli Ephes, cap. 1. transcripsit, addit : « Quis, inquam, haec audiat diligenter et intelligenter, el audeat de hac, quam defendimus, tam clara veritate dubi lare ? Elegit Deus in Christo ante mundi constitutionem membra ejus; et quomodo eligeret eos, qui nondum erant, nisi praedestinando? Elegit ergo praedestinans nos... Nimis longum est de singulis disputare. Cernitis autem procul dubio, cernitis quanta manifestatione Apostolici eloquii defendatur haec gratia, contra quam merita extolluntur humana, tamquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei. Eligit ergo nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, praedestinans nos in adoptionem filiorum; non quia per nos sancti et immaculati futuri eramus, sed elegit praedestinavitque, ut essemus. Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suae, ut nemo de sua. sed de illius erga si· voluntate glorietur. »

Quoad praescientiam : Ibid. cap. 19. : « Non quia futuros tales nos esse praescivit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiae suae, qua gratificavit in dilecto Filio suo.

Cum ergo nos praedestinavit, opus suum praescivit, quo nos sanctos et immaculatos facit. Unde recte hoc testimonio Pelaglanus error arguitur... Non enim quia credidimus, sed ut credamus, elegit nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit (quod absit) : *Non ros me eligistis, sed Ego ros elegi.* Nec quia credidimus, sed ut credamus, vocamur; atque illa vocatione, quae sine poenitentia est, id prorsus agitur et peragitur, ut credamus. »

Quoad potestatem se gloriandi : *De dono parser,* cap. 16. : « Aut enim sic praedestinatio praedicanda est. quemadmodum eam S. Scriptura evidenter eloquitur, ut in praedestinatis *sine poenitentia sint dona et vocatio Dei;* aut gratiam Dei secundum nostra dari merita confitendum est : quod sapiunt Pelagiani... Praevenit ergo et fidem gratia, alioquin si fides eam praevenit, procul dubio praevenit et voluntas, quoniam fides sine voluntate non potest esse. Si autem gratia praevenit fidem, quoniam praevenit voluntatem, profecto praevenit omnem obedientiam, praevenit etiam caritatem, qua una Deo veraciter et suaviter obeditur: et *haec omnia gratia* in eo, cui datur et cujus haec omnia praevenit. *operatur.* »

Et *De grat. et lib. arb.* cap. 15. : « Semper est autem in nobis voluntas libera, sed non semper est bona... Gratia vero Dei semper est bona, et per hanc fit, ut sit homo bonae voluntatis, qui prius fuit voluntatis malae. Per hanc etiam fit, ut ipsa bona voluntas, quae jam esse coepit, augeatur et tam magna liat, ut possit implere divina mandata, quae voluerit, cum valde perfecteque voluerit. » Et cap. 17. : « Quoniam ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apostolus ad Phil. 1, 6 : *Certus sum, quoniam qui operatur in robis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.* Ut. ergo velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus et. sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur. Tamen sine illo vel operante ut. velimus, vel coopérante eum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. » Et cap. 7. : « Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom. 9. 16). Quae sententia

nullo modo potest etiam sic converti, ut dicatur : Non miserentis Dei. sed volentis et currentis est hominis: quisquis enim hoc ausus luerit dicere, aperte se ostendit Apostolo contrarium. »

Et *De dono persêr.* cap. 23. : « Attendant ergo, quomodo falluntur, qui putant esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quaeramus et pulsemus; et hoc esse dicunt, quod gratia praeceditur merito nostro, ut sequatur illa, cum accipimus petentes, et invenimus quaerentes, aperiturque pulsantibus: nec volunt inlelligere etiam hoc divini muneris esse, ut oremus, hoc est petamus, quaeramus atque pulsemus... Ille itaque dicat Ecclesiam aliquando in fide sua non habuisse veritatem praedestinationis hujus et gratiae, quae nunc, contra novos haereticos cura diligentiore defenditur : ille inquam hoc dicat, qui dicere audet aliquando eam non orasse vel non veraciter orasse, sive ut crederent, infideles, sive ut perseverarent fideles... Ac per hoc praedestinationis hujus fidem, quae contra novos haereticos nova sollicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit. » Et cap. 24. : « Sed quid plura? Salis docuisse me existimo, vel potius plus quam satis, dona Dei esse el incipere in Domi num credere el usque in finem in Domino permaneril. » El cap. 22. : « Cur metuimus Sanctorum praedestinationem et veram Dei gratiam, id est, quae non secundum merita nostra datur, sicut eam S. Scriptura praedicat, praedicare ? An vero timendum est, ne tunc de se homo desperet, quando spes ejus ponenda demonstratur in Deo: non autem desperaret, si eam in seipso superbissimus el infelicissimus poneret? » El cap. 7. : « Manus igitur Dei est ista, non nostra, ut discedamus a Deo. » Et cap. (i. : « Tutiores igitur vivimus, si totum Deo damus; non autem nos illi ex parte el nobis ex parte committimus. Et datur totum Deo. »

Et *De praedest. sanet,* cap. 4., 5. el 6. : « In cujus quaestionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanae, sed vicit Dei gratia. Nec nisi ad illud perveniri, ut liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus : *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non*

accepisti? Si autem, et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. Quod volens etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definivit dicens : *In nullo gloriandum, quando nihil nostrum sit.* Qui gloriatur, in Domino glorietur. Nihil autem huic sensui tam contrarium est quam de suis meritis sic quemquam gloriari, tamquam ipse sibi ea fecerit, non gratia Dei : sed gratia, qua bonos discernit a malis, non quae communis est et bonis et malis... Quisquis audet dicere : habeo ex meipso fidem, non ergo accepi, profecto contradicit huic apertissimae veritati, non quia credere vel non credere non est in arbitrio voluntatis humanae, sed in electis praeparatur voluntas a Domino. Ideo ad ipsam quoque fidem, quae in voluntate est, pertinet : Quis enim te discernit ? Quid autem habes, quod non accepisti ? » Et cap. 6. : « Solet enim dici : ideo credere meruit, quia vir bonus erat et antequam crederet. Quod de Cornelio dici potest... Quidquid igitur et antequam in Christum crederet et cum crederet et cum credidisset, bene operatus est Cornelius, totum Deo dandum est, ne forte quis extollatur (Ephes. 2, 8). »

§ 3

Contraria doctrinae s. Thomae.

Primo namque satis superque constat ex iis, quae supra dicta manent capite secundo : Utrum Concordia Molinae concordet cum doctrina D. Thomae.

Secundo autem : quia sicut ex antecedentibus patet, sententia S. Augustini circa praedestinationem est doctrina, quam praedicavit Apostolus et quam Sacrae tradunt Scripturae. Sententiam autem S. Augustini, fatente ipso Molina, secutus est D. Thomas, estque sententia communior theologorum scholasticorum.

Tertio : Quoniam Molina in editione prima libri *Concordiae* expresse et absque verborum velamine impugnavit sen-

tenliam 1). Thomae et sic ad litteram scribebat : « Salva reverentia, quae D. Thomae debetur magna, non miror, si communior scholasticorum sententia, praesertim eo modo intellecta, quo verba D. Thomae hoc loco I. q. 23. a. 5. ad 3. sonare videntur, a multis dura nimis indignaque divina bonitate et clementia judicetur... Est praeterea eadem sententia parum consentanea Scripturis Sacris. » (Edit. Olyssipone 1588.]

Quarto : Quoniam Molina in subsequentibus editionibus *Concordiae* de substantia doctrinae nihil fere mutavit: correxit aliquantulum linguam, sed minime sententiam, quam dumtaxat conatus est palliare. El quamvis non videatur ita palam loqui adversus Sanctos Doctores Augustinum et Thomam, sed contra scholasticos, qui illorum doctrinam propugnant ac sequuntur, non ideo tamen desinit D. Thomae doctrinam circa praedestinationem continuo ac constanter carpere, corrigere, rejicere et simul ei aliquando falsa imponere. Exempla :

Exemplum 1um. — « A D. Thoma hoc loco q. 23. a. 1. praedestinatio dicitur esse ratio transmissionis creaturae rationalis in vitam aeternam. Transmissionem intellige, quae reipsa impleatur; ad quod necessarium est, ut ratio illa adjunctum habeat propositum conferendi media, quibus talis creatura beatitudinem consequetur. Ab Augustino *De dono persev*. cap. 14. definitur esse praescientia et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur... Aptius tamen, ut credo, ita definiri potest : Praedestinatio est ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus praevidet creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam, cum proposito eum ordinem exsequendi. »

Unde juxta SS. DD. Augustinum et Thomam praedestinatio habet certitudinem ex ipso ordine mediorum, quorum efficacia oritur ex ipsa intentione et proposito divinae voluntatis. Juxta Molinam divina praedestinatio habet totam suam certitudinem ex sola praescientia, quae est scientia media. Efficaciam autem mediorum Deus praevidet, non causal : esi

<>nim liberum hominum arbitrium, quod talia media reddit *efficacia, (Concord.* q. 23. a. 1. et 2. disp. 1.)

Exemplum 2nn'. —Juxta 1). Thomam I. q. 23. a. 4. dilectio praesupponitur electioni secundum rationem, et electio praedestinationi. Omnes enim praedestinati sunt electi et dilecti. Endo praedestinatio est posterior electione praedestinati et includit essentialiter ipsammet electionem ; et actus intellectus, quo Deus praevidet praedestinatum certo et infallibiliter salutem aeternam consecuturum, supponit actum liberum divinae voluntatis.

Molina autem scribit : « Haec tamen sententia mihi numquam placuit... Id, quod praedestinatio cujusque dicit ex parte intellectus divini, non est *posterior* electione ejusdem ad beatitudinem, quae in Deo libera omnino est... In Deo lota ratio tam *agibilium* quam *factibilium* liberum omnem actum voluntatis antecedit. » (ibid. disp. 2.)

Posita enim scientia media, Molina existimat quasi unam et eandem *rationem possibilium* et *rationem futurorum* aut futuribilium. Voluti possibile esset aliquid dicere ordinem ad exislentiam absque ordinatione causae primae.

Exemplum 3'"". — D. Thomas I. q. 23. a. 3. ait : « Sicut enim praedestinatio includit voluntatem conferendi gratiam I▮I gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam et inferendi damnationis poenam pro culpa. » Tamen « aliter se habet reprobatio in causando quam praedestinatio... Reprobatio Dei non subtrahit aliquid de potentia reprobati. » El a. 4. ait : « Praedestinatio aliquorum in salutem aeternam praesupponil secundum rationem, quod Deus illorum velit salutem, ad quod pertinet electio et dilectio... Dilectio quidem, in quantum vult eis hoc bonum salutis aeternae. Nam diligere est velle alicui bonum... Electio autem, in quantum hoc bonum aliquibus prae aliis vult, cum quosdam reprobat. »

Molina autem : 1° non admittit, quod praedestinatio praesupponat electionem ; 2° non admittit, hanc electionem aliquorum in salutem aeternam ; 3° non admittit reprobationem negativam quorundam qui non eliguntur, séu non praedesti-

nationem : quia non reperitur in Deo « actus, qui praedestinationi quasi contrarie opponatur » : 4° unde Molina tradit, quod : *a)* Deus vult ita omnes homines salvos fieri, quod omnibus conferat media ad salutem, el aliquando adhuc majora el potentiora illis, qui salutem non consequuntur: *b)* velle haec media omnibus conferre, quibus omnes sancti sint, asserit esse electionem, de qua Apostolus ad Ephes, cap. 1.; *c)* Deus praecognoscit scientia media homines quosdam auxilia gratiae reddere efficacia, quosdam vero non : *d)* Deus eligit postea hunc rerum ordinem, in quo praecognovit hos et non illos gratiae auxilia efficacia reddidisse; et hoc est illos praedestinare: sed respectu illorum, quos collocavit in hoc ipso ordine, in quo contrarium praevidit, non est reprobare nec est non praedestinare : *e)* Deus denique post praevisa merita illorum el post praevisa demerita aliorum, illos acceptat ad gloriam et hos judicat a gloria esse excludendos: et hoc est habere rationem usus liberi arbitrii in aliquibus praedestinandis, el alios reprobare. *(Concord.* q. 23. a. 1.. 2. et 3. disp. 1.. 2. etc.)

Qvinto : Quoniam Molina *Concord.* q. 14. a. 13. disp. 39. : « Illud praeterea vehementer displicet, inquit, quod aliqui subjungunt pro quantitate auxilii gratiae coopérants speclan dam esse quantitatem actus, quem liberum arbitrium tali auxilio adjutum producit, quasi existente aequali auxilio Dei non possit esse intensior el ferventior actus contritionis aul dilectionis in uno homine quam in altero, quamdiu in via sunt : aut existent) inaequali auxilio, non possit esse aequalis actus in duobus, aut major in eo qui minori auxilio adjuvatur. » Quod Molina repetit saepius in libro *Concordiae* et constituit veluti corollarium necessarium et principale totius systematis Moliniani.

D. Thomas autem 111. q. 112. a. 4. : « Sed ex hac parte non potest accipi prima ratio hujus diversitatis; quia praeparatio ad gratiam non est hominis nisi in quantum liberum arbitrium ejus praeparatur a Deo. Unde prima causa hujus diversitatis accipienda est ex parte Dei. « Et IT-L1. q. 24. a. 3. :

« Illa virtus, secundum quam sua dona Deus dal unicuique, est dispositio vel praeparatio praecedens sive conatus gratiam accipientis. Sed hanc etiam dispositionem vel conatum praevenit Spiritus Sanctus movens mentem hominis vel plus vel minus secundum suam voluntatem. »

Sexto : Quia Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. sic argumentando : « Eo modo praedestinavit nos Deus justificandos el salvandos, quo in tempore justificamur et salvamur, ut D. Thomas hoc loco in argumento *sed contra* affirmat. At adulti justificamur, vitam aeternam consequimur, dependentor ex eo quod libere velimus, ita ut integer effectus praedestinationis simul pendeal a libera voluntate Dei et a libero influxu arbitrii nostri... Ergo quod ex aeternitate fuerimus praedestinati... non pendet solum ex divina voluntate... sed simul etiam ex libera cooperatione et influxu nostri arbitrii praeviso... » : sic. inquam, argumentando ex auctoritate et doctrina D. Thomae, falsa D. Thomae imponit. Etenim :

1° D. Thomas loco citato I. q. 23. a. 5. sic ait : « Sed contra est. quod dicit Apostolus Tit. 3, 5 : *Non ex operibus justitiae quae fecimus nos. sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.* Sicut autem salvos nos fecit, ita et praedestinavit nos salvos fieri. Non ergo praescientia meritorum est causa vel ratio praedestinationis. » Et Molina infert, quod praescientia meritorum est *ratio* praedestinationis ; vel quod « ex aeternitate fuerimus praedestina!i. pendet ex libera cooperatione el influxu nostri liberi arbitrii » !

2° D. Thomas ibid, ait et concludit : « Impossibile est. quod totus praedestinationis effectus in communi habeat aliquam causam ex parte nostra. » Molina autem sic concludit : « Ita ut integer effectus praedestinationis simul pendent a libera voluntate Dei et a libero influxu arbitrii nostri. »

3° D. Thomas ait : Eundem esse modum, quo Deus praedestinat nos salvos fieri, quo. dum exsequitur in tempore praedestinationem, salvos nos facit. Sed non ait : Eundem

essi· modum, quo Deus praedestinat nos salvos fieri. et quo- Deus nos in tempore .justificat.

Modus enim salvos faciendi amplectitur lotum praedestinationis effectum ; et « hoc modo, addit D. Thomas, praedestinatio ex parte effectus habet pro ratione divinam voluntatem. ad quam totus effectus praedestinationis ordinatur ut in finem, et. ex qua procedit sicut ex principio primo movente ».

Modus autem .justificandi et modus augendi gratiam .justificantem et modus vitam aeternam consequendi dicunt effectus partiales, effectus in particulari divinae praedestinationis : et sic, ait D. Thomas, « nihil prohibet aliquem effectum praedestinationis esse causam et rationem alterius; posteriorem quidem prioris secundum rationem causae, finalis; priorem vero posterioris secundum rationem causae meritoriae ». At Molinae placet omnia simul miscere.

Et adhuc ipse modus, quo in tempore .justificamur non est sicut Molina imaginatur, sed sicut D. Thomas cum S. Augustino tradit : 1" in hac q. 23. a. 2. dicens : « Exsecutio autem hujus ordinis est passive quidem in praedestinatis, active autem est in Deo. Est autem exsecutio praedestina lionis vocatio et magnificatio secundum illud Apostoli Horn. 8. 30 : *Quos praedestinavit, hos e.t vocavit; et quos vocavit. hos et magnificacU;* » 2° sicut ex professo declarat I-ll. q. 113. per singulos articulos, praesertim a. 3., 6. et 8. in quibus expresse et verissime docetur, quod » motus liberi arbitrii naturae, ordine praecedit consecutionem gratiae, sequitur autem gratiae infusionem ». Unde utique, quod .justificemur, id est, quod consequamur gratiam justificantem, pendet simul etiam ex libera cooperatione nostri liberi arbitrii: sed quod libere, cooperemur Deo nos vocanti et justificanti et Deo consentiendo donum ipsius gratiae libere et liberrime acceptemus, pendet et efficitur primo ac principaliter causatur ab ipso Deo infundente gratiam sanctificantem. Infusio gratiae est motio; motio in anima et in

1 Vide *Part. Prton.* q. 5. a. 8.

potentiis animae operatives esi motus, et motus liberi arbitrii. Sed quid divinae motioni eum concursu Molinistico? Quid gratiae actuali secundum SS. Augustinum et Thomam cum illo, quod Molina vocal gratiam pendulam ab arbitrio creato?

Septimo : Quid ergo amplius? Molina recedit a D. Thoma in omnibus magnis quaestionibus ad hanc controversiam spectantibus, incipiendo a quinque viis, quibus Deum esse probari potest, el finiendo in quaestione de gratia operante et de justificatione. Nihil commune Molinae cum D. Thoma, nihil libro *Concordiae* cum *Summa Theologica* nec eum operibus aliis Angelici Doctoris.

Finiamus itaque cum Magistro Rom. 8. lect. (i. : « Eadem ratione omnia beneficia, quae nobis confert (Deus) ex tempore, praeparavit nobis ab aeterno. Unde ponere, quod aliquod meritum ex parte nostra praesupponatur, cujus praescientia sit ratio praedestinationis, nihil est aliud quam gratiam ponere dari ex meritis nostris: et quod principium bonorum operum est ex nobis et consummatio est ex Deo..»

Eadem ratione omnia beneficia, eadem ratione vocatio, justificatio, donum perseverantiae et glorificatio fuerunt ab aeterno praeparata, id est. gratis omnino.

Eodem modo, quo salvos nos facit, ita et praedestinavit nos salvos fieri : id est, non ex operibus quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam. Unde Ecclesia orat sic : *Rea· tremendae majestatis, qui salvandos saIras gratis, salva me, Fons pietatis !*

§ 4

Contraria doctrinae Ecclesiae.

Hoc namque thesis generalis caput, quia ex una parte corollarium est hactenus‘dictorum, et ex alia fundamentum theologicum firmum illorum, quae circa ultimum caput restant dicenda, optimum idcirco erit, ut totaliter Bellarmino e Societate Jesu theologo relinquamus probandum et osten-

dendtim. Bellarminus ergo *II. De (irai, et lib. arbit.* cap. 11. sic probal praedestinationem omnino gratuitam, qualiter S. Augustinus et I). Thomas docent et declarant, esse veritatem et doctrinam tradi lienalem Ecclesiae. Scribit enim :

a) « Probari potest veritas praedestinationis gratuitae ex traditione ecclesiastica; nam quamvis ante exortam haeresim Pelagianam veteres Patres quaestionem istam non adeo accurate tractaverint, sed tantum occasione oblata breviter sententiam suam aperuerint, ut S. Augustinus docet *De dono persev.* cap.'2., qui tamen cap. 1. Cyprianum, Ambrosium et Nazianzenum pro hac sententia citat : tamen post illam haeresim exortam *omnes omnino,* qui sanctitatis nomine in Ecclesia claruerunt, hanc ipsam sententiam apertissime docuerunt, ul perspicuum est : 1" ex S. Augustino *De praedest. sane/,* et *De dono penser., De correpi, et {irai.. In epist. 105. ad Sixtum* el alibi passim ; 2“ ex S. Prospero *II. De rocal. gent.* cap. I. et ultimo: in libro *Contra Collator.* extremo el in *responsione ad Capitula Gallorum ;* 3° ex S. Fulgenlio *De ineam. et grat. Christi :* ex S. Gregorio */. Dialog,* cap. 8., ex S. Anselmo, Beda, Primagio, Sedulio et aliis in cap. 8. ad Romanos: Vo x S. Bernardo *Sei'm. 23. et 'I8. in Cantica :* 5° ex S. Thoma I. q. 23. Ex S. Bonaventura */. Sent.* dist. 41. q. 2.. quo loco scribit quidem S. Bonaventura Deum praedestinare homines ob certas causas solas sibi notas, el non ob solam voluntatem suam ; sed eas causas non dicit esse ex parte operum praevisorum ; intelligit autem voluntatem Dei non esse irrationalem, sed eum sapientia el consilio conjunctam, ut etiam loquitur Augustinus *Enchirid.* cap. 95. »

b) « Neque solum sancti isti Patres hoc affirmant; sed *antiquiores et doctiores e.r ipsis,* quos ceteri postea secuti sunt, ad fidem catholicam hanc sententiam perlinere tradunt, et contrariam ad Pelagianos rejiciunt. Notabo aliqua loca, nt si qui forte contra sentiunt, intelligant ex judicio sanctissimorum Patrum, in quam manifesto errore versentur. »

I" « S. Augustinus *De dono persec.* cap. 18. : *Hoc,* inquit. *scio neminem contra istam praedestinationem, quam*

secundum Scriptvram Sanctam defendimus, nisi errando disputare potuisse. Et cap. 23. : *Praedestinationis,* inquit. *hujus fidem, quae contra nonos haereticos nova· sollicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit.* »

2° « S. Prosper in *respons. 1. ad Objectiones Gallorum : Praedestinat'tonem Dei,* inquit, *nullus Catholicus negat.* Et in epist. ad Rutinum *De lib. arbit. : Praedestinationem,* inquit, *tam impium est. negare, quam ipsi gratiae contraire.* Nec responderi potest eum loqui de praedestinatione in genere, non de, praedestinatione mere gratuita; loquitur enim de praedestinatione quam S. Augustinus defendebat, et quam Cassianus el alii quidam in Gallia oppugnabant. »

3° « S. Petrus Diaconus *De incarnat, et grat. Christi* extremo : *Anathematizamus,* inquit, *Pelagium et Coelestinum, simulque Julianum Edanensem, et qui illi similia sapiunt, praecipue libros Fausti Galliarum episcopi, qui de Monasterio Lyrinensi provectus est, quos contra praedestinationis sententiam scriptos esse non dubium est.* »

4° «S. Fulgentius item *De incarnat, et gratia Christi* cap. ultimo in ipso epilogo : *Cujus praedestinationis,* inquit. *veritatem, qua nos ante mundi constitutionem praedestinatos in Christo testatur Apostolus, si quis detrectat cordis credulitate recipere rei oris confessione proferre : si ante ultimum diem ritae praesentis, impietatis suae contumaciam, qua Deo rivo et vero rebellis obsistit, non objecerit : manifestum est eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratis elegit et praedestinavit ad regnum.* »

c) « His accedit publica Ecclesiae probatio : 1° Constat enim delatum fuisse ad Apostolicam Sedem, Coelestino Pontifice, a Prospero el Hilario querimoniam, quod in Gallia presbyteri quidam doctrinam S. Augustini de praedestinatione reprehenderent. Quid autem Coelestinus rescripserit, perspicuum est ex epistola ejus ad Gallos, in qua inter cetera, posteaquam magnis laudibus S. Augustinum extulit, ita subjunxit : *Unde resistatur talibus, quos male crescere ride-*

mus, nefas est haec pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari... »

2° « Post illa Goeleslini tempora... S. Leo Pontifex misit ad Concilium Arausicanum certa capitula de gratia et libero arbitrio, ex libris S. Augustini verbatim decerpta, quae voluit ab Episcopis illis recipi et subscribi, ut etiam factum est. Porro, in illis capitulis continentur omnia fundamenta sententiae de praedestinatione gratuita, ut non possit ullus praedestinationem negare, nisi velit illis capitulis contraire. »

3° « Denique, S. Gelasius in Concil. 70 Episcoporum non solum probavit omnia scripta S. Augustini et S. Prosperi, sed etiam contra damnavit, libellos Joannis Cassiani el Fausti Rhegiensis; cum tamen non ignoraret, potissimam ^contentionem inter Prosperum et Cassianum ac deinde inter Fulgentium et Faustum de scriptis S. Augustini de praedestinatione sanctorum et dono perseverantiae fuisse. »

d) « Itaque Sedes Apostolica, non tantum semel, sed etiam secundo et tertio adversus Pelagianorum reliquias pro defensoribus gratiae et praedestinationis sententiam tulit, ut jam haec sententia non quorumvis doctorum opinio, sed fides Ecclesiae Catholicae dici debeat. Id quod in sequenti capite adhuc apertius, Deo adjuvante, monstrabitur. »

Hucusque Bellarminus, qui etiam in subsequent! cap. 12. probat praedestinationem omni ex capite gratuitam esse, etiam testimoniis ex Scriptura depromptis.

S 5

Aon satie recedit a doctrina Sem ipelagianoruni.

Pelagianorum ac Semipelagianoruni doctrina inter alia, «piae subsequuntur, continet capita : 1. Quod merita praeexi stentia in hac vita sunt ratio et causa effectus praedestinationis; 2. quod initium benefaciendi sit ex nobis, consummatio autem a Deo. (I. q. 23. a. 5.); 3. quod Deus vult voluntate aequali salvare omnes homines, ita quod non velit specialius salutem praedestinatorum quam reproborum; 4. quod

Deus vult omnes homines salvos fieri, si tamen ipsi velint volitione, quam Deus exspectat a voluntate humana, non quam etiam ipse causel; 5. quod Deus exspectat consensum humanae voluntatis, ut homo velit et determinet seipsum. ut velit purgari et justificari ; 6. quod voluntas humana divinae gratiae pariat opem, non gratia divina voluntatem humanam sibi faciat subjectam et obedientem. (S. August. *De grat. Christi* cap. 7. et 10. et in Litteris Prosperi ad August. Et in Carmine *De ingratis*. S. Fulgent. *De incarna/, et gratia Jesu Christi* cap. 26. Cone. Araus. II.)

Molina autem in libro *Concordiae* scribit : 1° « Praedestinatio adultorum fuit secundum praescientiam boni usus liberi eorum arbitrii, habuitque Deus modo explicato rationem illius in eis praedestinandis... Integer effectus praedestinationis simul pendet a libera voluntate Dei et a libero influxu arbitrii nostri... Quod ex aeternitate fuerimus praedestinati... non pendet solum ex divina voluntate... sed simul etiam ex libera cooperatione et influxu nostri arbitrii praeviso. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. conci. 9. et memb. 13. et tilt.)

2" « Palet vocationem Dei internam mullum etiam pendere a libero arbitrio ejus qui vocatur... Rationique valde consentaneum, ut hunc potius quam illum misericorditer adjuvet Deus, utpote minus ineptum et minus indignum ad dona Dei recipienda... Propter bonos similiter usus liberi arbitrii Cornelii (Deum) statuisse vocare illuni peculiari modo ad fidem Christi. » (q. 14. a. 13. disp. 9. et q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 12.)

3° « Quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur praestove est ad conandum totum id. quod ex sese potest, tam circa ea quae fides habet addiscenda et amplectenda, quam circa dolorem do peccatis ad justificationem, a Deo conferri gratiam praevenientem auxiliave, quibus id faciat ut oportet ad salutem... Quod si cenantibus ex suis naturalibus facientibusque quod in se est. vel ut fidem amplectantur, vel ut de peccatis doleanl, Deus non est semper praesto per auxilia et gratiam praeve-

nicnlem, ut actus sint quales ad salutem oportet : quanam ratione verum erit Deum velle omnes homines salvos fieri?» tq. 14. a. 13. disp. 10.)

4® « Saepe etiam accidit, ut cum quo auxilio unus non convertitur, alius convertatur... Immo fieri potest, ut aliquis praeventus et vocatus longe majori auxilio pro sua libertate non convertatur, et alius cum longe minori convertatur... Pro sola namque eorum libertate potest evenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat. » (ibid, disp. 12.)

5° « Quare esto justus de hujusmodi actibus, ea ex parte qua libere quidem, sed partialiter partialitate causae et non effectus, ab ipso emanarunt, gloriaretur, praecipue tamen gloriam et honorem in Deum referendo... sane non essef insipiens, sed verum diceret. » (ibid. disp. 12.)

6» « Virtutem nostram non in Deum... sed in nostrum arbitrium nosqne ipsos... esse referendam. » (ibid. disp. 33.)

7° « Utique, ab inaequali conatu et influxu liberi arbitrii provenire potest, ut, conferente Deo duobus hominibus aequale auxilium gratiae adjuvantis, unus eorum intensius operetur meliusque se disponat ad gratiam justificantem quam alius; el ut, conferente eisdem inaequalia auxilia, aeque operentur; aut is interdum plus, qui minori suffultus est auxilio. » (ibid. disp. 39.)

8® « In potestate ejusdem arbitrii esse reddere cassam aut non reddere ejusmodi praevenientem Spiritus Sancti gratiam... Talis consensus liberi arbitrii ac *influxus* neque re neque ratione formali distinguitur ab actu contritionis... Quo iit, ut divisio sufficientis auxilii in *efficacem* et inefficacem, nostra sententia ab effectu, qui simul ab arbitrii libertate pendet, sumatur... Atque adeo in libera potestate nostra esse illa efficacia reddere consentiendo et cooperando. » (ibid. disp. 40. et 42.)

9® « Auxilia gratiae non habere ex natura sua quod efficacia sint aut non sint; sed id pendere ex eo, quod arbitrium cis motum et excitatum consentire et cooperari velit aut non velit. » (ibid. disp. 53. memb. 1.)

10" « Deum habere quidem inlluxum in actionem voluntatis, non vero quo voluntatem ad consensum seu cooperationem determinet... Quoniam eo ipso, quod eam determinaret, auferret ab illa libertatem, nec suae naturae illam relinqueret. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 8.)

11" « Cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus justificatur et salvatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec salvatui'... Ergo quod voluntas illa Dei aeterna, qua adultis ea media ex sua parte conferre statuit, quibus in beatitndinem perveniunt, rationem praedestinationis habuerit, tamquam a conditione, sine qua eam rationem non habuisset : ex eo fuit dependens, quod adulti ipso eo modo pro sua innata libertate usuri erant suo arbitrio, ut ad eam pervenirent, idque Deus altitudine sui intellectus praeviderit. » (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.)

Nota. Cardinalis Baronius loco supra citato sic etiam demonstrat doctrinam Molinae non satis recedere a doctrina Pelagianorum :

« Prop. 52. : Semipelagianorum est dicere, quod voluntas hominis divinae gratiae pariat opem, non gratia humanam sibi subjiciat voluntatem. Haec ex Epistola Prosperi ad Augustinum. Hic est error Molinae, qui ait gratiam ex libero arbitrio efficaciam sumere. Sana sententia est : *Non ideo quis adjuvatur, quia voluit; sed quia adjuvatur. ut velit ; semperque gratiam, praecedere voluntatem.*

Prop. 53. : Semipelagianorum est sententia, ut per naturalem lacui talem petendo, quaerendo, pulsando accipiat, inveniat et introeat; hisque bonis naturae usus ad salutarem gratiam initialis gratiae ope meruerit pervenire. Item Prosper ad Augustinum. Huic affinis est Molinae sententia, qua ait. qui lacii quod in se est, Deus non denegat gratiam ; sicque. ut ait Prosper, gratiam comitem, non praeviam faciat humanorum meritorum eamque illis volentibus subdere.

Prop. 54. : Semipelagianorum est praescientiam astruere humanorum meritorum, non eorum quae. Deus ipse facturus esset. Ibid. Prosper. Affinis est his sententia Molinae, quae

usserit esse praescientiam in Deo boni usus liberi arbitrii, qui liceat gratiam non mereatur accipere, aliquid tamen operari.

Prop. 55. : Semipelagianorum est, ut perseverantia praecedenti libero humano arbitrio tribuatur. Hilarius ad Augustinum. Est his allinis Molina. Contrarium sentit, omnino S. Augustinus, ut perseverantia omnino sit donum Dei, et gratiam liberum praevenire arbitrium, ipsum actum volendi perseverantiam.

Prop. 56. : Semipelagianorum est asserere causam praedestinationis esse bonum usum liberi arbitrii, non Dei voluntatem simpliciter. Ibid. Hilarius. Contra haec pluribus Augustinus. S. Augustini assertae sententiae contra Semipelagianos, quod fides sit mere donum Dei, toto libro *De praedest. sanci.*

Quod et perseverantia mere sit donum Dei. toto libro *De dono persev.*

Praescientia Pelagiana est dicere : *Deum praescivisse, quales futuri essemus.* Et veritas catholica est : *Praesci risse Deum, quales nos ipse facturus esset,* adeo ut non hominis opus, sed suum praesciverit Deus.

Quod nulla est ex meritis praescientia, qua, quid futuri eramus, praescivit Deus; sed, ut essemus, praescivit. Ergo quae ipse esset facturus, ut tales essemus. »

CAPUT SEPTIMUM

Utrum Concordia Molinae revera conciliet liberum hominis arbitrium cum Dei praescientia, providentia, praedestinatione, reprobatione et motione divina tam in ordine naturae quam gratiae.

I

PRAENOTANDA

1'm.Mo : Qiialitates Concordiae Molinae. — Praeter qualilates *Concordiae* jam supra in capite primo enumeratas ‹▮l ab ipso Molina ponderatas, nempe *utilitatem, excellentiam.* doctrinae simul atque *novitatem,* Molina existimat conciliationem in libro *Concordiae* ab ipso peractam inter liberum arbitrium creaturae rationalis el inter Dei praescientiam et motionem, quibus ordo divinae providentiae veriiicatur. esse quoque : a) *non obscuram ;* b) *apprimam ;* c) *facilem* ; d) *legitimam :* e) *dilucidam ;* Γ) *optimam.*

Non obscuram. — Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 49. ait : « Coacti sumus tangere radicem totam, unde credimus Deum certo cognoscere futura omnia contingentia, atque unde *non obscure,* ni fallimur, libertatem arbitrii el. contingendam rerum eum divina praescientia disputatione penullima componemus. »

Apprimam. — Ibid. q. 14. a. 13. disp. 52. addit : « Ex iis, quae hactenus diximus, satis arbitror esse perspicuum libertatem arbitrii nostri et contingendam rerum eum divina praescientia *apprime* convenire. »

Facilem. — ibid. q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. adjungit : « Atque ex hoc capite conciliamus facile libertatem arbitrii nostri tam cum divina praescientia quam cum divina adultorum praedestinatione. Etenim, sicut si arbitrium, ut potest, non esset taliter cooperaturum, non fuisset in Deo praescientia, quod adultus illis mediis perventurus esset in vitam aeternam ; sic nec decretum, quo Deus ex aeternitate statuit per ea media illi ex parte sua opitulari et providere in vitam aeternam, habuisset rationem praedestinationis. »

Legitimam. — *Concordiae* in eodem loco adscribit : « A praescientia illa media, quam, nullo (PP. et DD.) refragante. comparatione determinationis arbitrii creaturarum in unam vel alteram partem in Deo ante omnem actum liberum suae voluntatis constituimus, pendet *legitima conciliatio* praescientiae, providentiae et praedestinationis cum arbitrii nostri libertate, *legifimagne intelligentia* Scripturarum Sanctarum. »

Dilucidam. — Ibid. q. 14. a. 13. disp. 53. memb. 2. apponit : « Parvi pendunt etiam, quod *tam dilucide* cum praescientia, providentia, praedestinatione el reprobatione libertas eadem ex capite certitudinis scientiae mediae a nobis fuerit conciliata ; immo inde rejiciendam censent mediam scientiam, quod *tam facile ac dilucide* ex eo capite omnia consentiunt? Cum tamen Sancti Patres tantopere in illis conciliandis laboraverint semperque exactam libertatis arbitrii cum illis quatuor et cum divina gratia conciliationem tamquam unum e difficillimis existimaverint. Ac profecto cum verum vero consonet, a falso autem cito discrepet verum; quod *tam facile ac perspicue* illa quatuor ex capite praescientiae mediae cum arbitrii libertate cohaereant, signum est manifestum nos integram legitimamque rationem conciliandi ea omnia tradidisse. »

Optimam. — Ibid. q. 14. a. 13. disp. 51. affirmai : « Quare servato integro jure libertatis arbitrii creati, illaesaque omnino persistente contingentia rerum, non secus ac si in Deo milia esset praescientia, Deus certissime cognoscit futura contingentia, non quidem certitudine quae proveniat ex

-objecto, quod in se est contingens potestque aliter reipsa evenire, sed certitudine quae proficiscitur ex altitudine atque infinita illimitataque perfectione cognoscentis, qui certo ex seipso cognoscit objectum, quod secundum se est incertum et fallax. Quo iit, ut rerum contingentia atque libertas arbitrii in futurum *optime consentiant* cum certa et non solum omnino immutabili Dei tam scientia quam voluntate, sed etiam ita fixa ac stabili, ut jam modo contradictionem implicet Deum ex aeternitate contrarium voluisse aut cognovisse eventurum. » Et q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. superaddit : « Ut adhuc melius perspicias, quantum libertas arbitrii horum praedestinatorum ac reproborum... eum ea ipsa numero praedestinatione... consentiat, finge in Deo optimo maximo non esse praescientiam mediam... Sane, ea hypothesi data nullus dubitaret libertatem arbitrii utrorumque... *consentire optime* eum ea ipsa providentia, quae circa eos ex aeternitate est in Deo : quippe cum eventus omnino esset incertus pendensque, ut in unam aut alteram partem eveniret, ex sola arbitrii utrorumque libertate. »

Secundo : Aliae adhuc majores excellentiae Molinianae Concordiae. — Et si quid amplius adhuc desiderari potest, Molina ipse dicet quoque suam hanc adeo excellentem *Concordiam :* 1° *a SS. PP. et DD. nec tantillum discrepare ;* 2° *a SS. PP. et DD. unanimiter approbandam;* 3° *immo a Tridentino Concilio fere definitam.*

Quoad primum. — Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 53. memb. 2. ita loquitur : « ... quod si a fidei dogmatibus, a Sanctorum Patrum Doctorumque catholicorum intento aut ab eorundem indubitatis sententiis vel *tantillum* in nostra hac via ea omnia conciliandi, jure sane suspecta haberi potest. Ceterum, quod in labores eorum introeuntes totque concertationibus et egregiis aliorum dictis atque inventis illustrati dilucidius aliquantulum radicem attigerimus, unde haec omnia consentiant et unde difficultates nostrae facile enodantur, atque a triginta annis in privatis et publicis disputationibus, a viginti vero in nostris *ad 1. Partem Commentariis* eam

sub nomino *scientiae naturalis* idcirco tradiderimus, quod' libera in Deo non sit. omnemque divinae voluntatis liberum actum antecedat, novissime autem exactius quam unquam antea sub nomine *scientiae mediae* eandem in hac nostra docuerimus *Concordia;* nemo sane potest id nobis vitio vertere, praesertim cum Sancti Patres, quamvis neque distinctione scientiae liberae et naturalis in Deo, qùod recorder, sub eis verbis fuerint usi, neque item scientiae mediae inter liberam et mere naturalem, unanimi tamen consensu docuerint : Ea contingentia futura, quae a nostro arbitrio pendent, non idcirco futura esse, quia a Deo futura praesciuntur ; sed idcirco Deum, quia Deus est, hoc est, altitudine sui intellectus supra illorum naturam, illa futura cognovisse, quia ita pro arbitrii libertate erant futura; ut disputatione, praecedenti a nobis relatum esi. Et cum iidem etiam Patres ex hoc ipso capite unanimi consensu nostri arbitrii libertatem cum divina praescientia cohaerere docuerint, si tam quae disp. praeced. quam disp. 23. et alibi ex ipsismet Patribus relata sunk consulas : quae plane non aliud sunt quam *scientiam mediam,* si non nostris verbis, re tamen ipsa affirmare. »

Quoad secundum. — *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ultimo : « Neque vero dubito, quin ab Augustino et ceteris Patribus unanimi consensu comprobata fuisset haec nostra de praedestinatione sententia ratioque conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione, si eis proposita fuisset. Illud etiam addam, multa Augustinum variis in locis docuisse, in quibus cum modo loquendi aliorum Patrum videtur omnino consentire. »

Et disp. 1. memb. 6. : « Quare dubitandum non est. si ea de re vel Augustinus vel D. Thomas consulerentur, continuo responsuros, fuisse nihilominus praedestinationem et reprobationem non sine praevia illa scientia, habitaque consideratione usus liberi arbitrii futuri; tametsi non, ut pro qualitate illius dona gratiae et praedestinationis a Deo conferrentur : quod sane rigorem atque duritiem, quam alioquin sententia illa sonat ac continet, aufert hominumque animos sedat. Quocirca, si meum hac de re judicium quic-

quam ponderis habet, suspicor Augustinum et D. Thomam, qui Augustini vestigia est secutus, sua opinione illud primum solum, quod cum communiori scholasticorum sententia nos libenter amplectimur, intendisse potissimum : neque advertisse, quantum ad auferendam duritiam illam aliam, quam minime intenderunt, conduceret additio illa, quam nec negarunt nec negassent, si de ea fuissent consulti : nempe fuisse nihilominus praedestinationem et reprobationem non sine praescientia qualitatis usus liberi arbitrii.... Deinde, cum communis eorum Patrum, qui ipsum (S. Augustinum) antecesserunt, sententia fuerit : *praedestinationem fuisse* .w-*cundum praescientiam usus liberi arbitrii.* »

Quoad tertium. — Molina *Concord,* q. 23. a. 5. disp. I. memb. 6. ubi impugnat D. Thomae communioremque inter scholasticos de praedestinatione sententiam, scribit haec : « Nonnulli ita sententiam hanc defendunt, ut duplex auxilium divinum constituant, quoddam *efficax,* quoddam *sufficietis...* ita quoties Deus moverit per auxilium, quod ex modo motionis divinae atque ex Deo ipso habet quod sit efficax, liberum arbitrium consentiet cooperabiturque ad salutem; quod si moverit per auxilium, quod ab eo non habet quod sii efficax, liberum arbitrium non consentiet nequi' cooperabitur ad salutem... Certe non dubitarem sententiam hanc, hoc ultimo modo explicatam, *errorem i» fide* appellare. Eteniin aperte illis (locis in Cone. Trid. sess. Ii. cap. 5. et can. 4.) definitur ab arbitrio nostro pendere quod auxilia divina *efficacia...* ad nostram conversionem ac justificationem reddantur. » Et ibid. memb. 1. inter alia ait hoc de libero arbitrio et de gratia praeveniente, se. liberum arbitrium « adhibere suum proprium el. peculiarem influxum necessarium, ultra totam vim et influxum gratiae praevenientis, ut actus ille bonusve liberi arbitrii sequatur, vel illum suspendere, aut etiam contrario modo influere; quod Cone. Tridentinum sess. 6. can. 4. assentire vel dissentire appellat : estque hoc profecto de fide, ut can. 4. citato et cap. 5. ejusdem sessionis definitum est ›. Et q. 14. a. 13. disp. 53. memb. 1. etiam scribit : « Disp. 40. ostendimus

auxilia gratiae non habere ex sua natura quod ellicacia sint... sed id pendere ex eo, quod arbitrium eis motum et excitatum consentire aut cooperari velit aut non velit : ut Concilium Tridentinum perspicue definit. »

Et q. 14. a. 13. disp. 4. scribit : - Asserimus auxilia praevenientis atque adjuvantis gratiae, quae lege ordinaria viatoribus conferuntur, quod efficacia... ad conversionem seu justificationem sint, pendere a libero consensu et cooperatione arbitrii nostri cum illis... Hoc sane est, quod dissertissimis verbis definit Concilium Tridentinum. » El ibid. disp. 46. loquens de justificatione, prout explicatur a D. Thoma I-II. q. 109. a. 7. et q. 112. a. 2. el per totam q. 113. ait : « Ego etiam fateor me numquam valuisse intelligere, quonam pacto gratia gratum faciens concurrere possit ad actum liberi arbitrii, qui ad eam dispositio est praerequisita : unde semper probabiliorem multo judicavi communem opinionem contrariam. » Et deinde insinuare videtur D. Thomae. doctrinam Concilio Tridentino sess. 0. cap. 5. el (›. el can. 4. esse contrariam : « Nescio, inquit, quid apertius dici potuerit, ut intelligeretur ultimam dispositionem ad justificationem. ad habiturave caritatis el gratiae, non fieri efficienter ab habitu ipso caritatis el gratiae, sed a praeviis aliis auxiliis. » Juxta doctrinam namque D. Thomae, *ultima dispositio* ad gratiae sanctificantis susceptionem fit non praeviis aliis auxiliis, sed per ipsam gratiae justificantis infusionem. Unde Ili. q. 89. a. 2. : « Respondeo dicendum, quod sicut dictum est q. 80. a. (i. ad 3. et a. praecedenti ad 2., motus liberi arbitrii, qui est in justificatione impii, est ultima dispositio ad gratiam : unde in eodem instanti est gratiae infusio cum praedicto motu liberi arbitrii, ut in 11. Parte habitum est (I-II q. 113. a. 5. et 7.); in (pio quidem motu comprehenditur actus poenitentiae, ut supra dictum est q. 80. a. 2. »

Tertio : Nihil plus ultra Molinianu Concordia. — Nihil ergo mirum, si hujusmodi lanta ac tam facilis, dilucida et optima *Concordia,* virfualiter eminenter latitans in can. 4.

sess. 6. Concilii Trident, a discipulis Molinae agnoscatur velule singulare divinae providentiae beneficium in Societatis magistros collatum »; et praesertim illa scientia conditionalis, quae media denominatur, per quam « satanicum dogma contra libertatem funditus evertitur » ! Quod Patres el Doctorcs Ecclesiae tamquam unum e difficillimis semper respexerunt et quasi quid captum humanae intelligentiae superexcedens, in tenebris involutum coacti sunt relinquere ; quaestionem impiam de voluntate et gratia, quam S. Augustinus *Epist. /. ad Valentinum* « difficillimam et paucis intelligibilem » dixerat, quamque solvere atque ('nodare in suis de gratia, de praedestinatione et libero arbitrio scriptis per longum tempus conatus fuerat; et de qua ipsemet I). Thomas post omnes Patres atque ipsius Augustini labores adhuc scribebat *De Veri/.* q. 6. a. 3. : « Difficile videtur concordare infallibilitatem praedestinationis cum libertate arbitrii »: hoc in lucem quasi meridianam adduxit Molina, hoc solvit atque enodavit in libro *Concordiae,* divinaeque voluntatis ac liberi arbitrii creati adinvenit mirandam conciliationem, apprimam, facilem, dilucidam, legitimam, optimam et sigillo Tridentini Concilii munitam !

Quarto : Quomodo juxta Molinae consilium oporteat sententiam ferre de tota Concordia Moliniana. — Molina in *Praefatione ad Lectorem* sic alloqui incipit : « Cum in primam Partem D. Thomae, quem veluli scholasticae Theologiae solem ac principem sequi decernimus, » et sic allocutioni suae finem imponit : « Unum igitur illud esi, quod a te pro tuo candore et humanitate impetrare magnopere velim, dum breve hoc volumen evolvis, paululum mentis indicium inhibeas, neque prius de tota re sententiam foras quam prima cum mediis, media cum postremis conferens, lotum opus legendo absolveris. »

Molinae desideriis accedentes el integrum volumen *Concordiae* semel et iterum evolventes, principia fundamentalia hujus *Concordiae* in primo capite in compendium redacta exposuimus: qualiter Molina decretum suum adimpleverit

D. Thomam sequendi veluti scholasticae theologiae solem et principem, in secundo capite etiam consideravimus: singula quatuor Molinianae *Concordiae* fundamenta per totidem quoque capita cum recta ratione et vera philosophia ac cum ipsis Sacris Litteris ac Ecclesiae doctrina comparare curavimus: et nunc « prima cum inediis et media cum postremis conferentes », de facilitate, legitimitate, perspicuitate et bonitate totius *Concordiae* judicium mentis exhibebimus.

II

CONCLUSIO 1.

Concordia a Molina tradita neque est apprima, nec facilis nec legitima, nec dilucida, nec optima.

Demonstrahir. — *Concordia* Molinae lota quanta est, fundatur super illa quatuor principia jam in capite primo exposita, quae sunt :

1. Modus ille divinitus influendi per concursum generalem, quo Deus, ut auctor naturae est. concurrit cum creatura rationali ad actus liberi arbitrii naturales. Concursus autem generalis Dei vocatur *concursus si.multaneus.*

2. Modus etiam ille divinitus influendi per concursum particularem et specialem, quo Deus, ut auctor est. gratiae, concurrit et praeveniendo et subsequendo cum creatura rationali ad actus liberi arbitrii supernaturales. Concursus autem hic specialis vocatur *awcilium actuale gratuitum.*

3. Praescientia illa media inter scientiam Dei liberam el mere naturalem, qua Dens ante omnem actum liberum suae voluntatis inspicii ac intuetur in quam partem se flectat, el quot et quales actus liberos eliciat libera voluntas creata, ex hypothesi quod in hoc vel illo ordine rerum creatura rationalis collocaretur. Scientia media constituit caput anguli lotius Molinianae *Concordiae.*

4. Praedestinatio illa, quae ex uno latere nullam habet ■.nisam vel rationem ex parte adultorum praedestinatorum et reproborum : ex alio vero latere habet rationem vel causam ex parte usus liberi arbitrii adultorum praevisi a Deo per scientiam mediam.

Haec igitur sunt quatuor fundamenta, supra quae vehit supra quatuor columnas tota Molinae *Concordia* aedificata manet. Haec quatuor intrinseca atque essentialia principia, ex quibus tamquam ex quatuor elementis componitur et constituitur forma substantialis atque substantia integra conciliationis liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione.

Si enim haec quatuor fundamenta praedicta sint firma, valida atque inconcussa, *Concordia* Molinae bene fundata erit supra firmam petram. Si vero e contra, fundata erit supra arenam. Si haec, inquam, quatuor elementa seu principia componentia sini apprima, facilia, legitima, dilucida el optima : tale quoque erit lotum ex illis substantialiter compositum, optimum videlicet, dilucidum, legitimum, facile, apprimum. Si vero componentia non sunt ita, compositum nequit habere, quod componentia nequeunt dare.

Suntne concursus simullaneus, gratia ex se efficaciam non habens, scientia media et praedestinatio habens ex uno capite causam vel rationem ex parte ipsius praedestinati : suntne, inquam, *apprima, facilia, legitima, dilucida, optima?* Ex hucusque dictis in promptu adest responsio.

Jam vero, de *concursu simultaneo* ostensum est supra capite tertio, quod aufert a Deo : A) 1° rationem primi entis : 2“ rationem primi actus ; 3° rationem primi motoris : 4° rationem primae causae: 5° rationem providentiae circa actus liberos: 6° certitudinem divinae scientiae futurorum contingentium. ac 7° claudit vias ad existentiam Dei demonstrandam. Et quod : B) 1° non servat ordinationem causarum secundarum sub causa prima: 2° subtrahit ipsum ordinem causarum secundarum, qui est ordo causarum instrumentalium; 3° tollit e medio liberum arbitrium ; 4" destruit ordinem moralem: 5° inducit ad occasionalismum.

De *gratia* autem *praeveniente* a Molina tradita etiam ostensum mane,I supra capite quarto, quod : A) 1° non esl inlluxus Dei in potentiam voluntatis, quo Deus applicet ac-(leterininet eam ad consensum ; 2° non causât actionem voluntatis, ul emanatab ipsa voluntate; 3° non causal ipsum consensum, ipsam electionem, qui est actus liberae voluntatis; 4° non causal *initium* nostrorum bonorum operum. Et quod : B) 1” potest compensari concursu Dei generali ; 2° habet rationem concursus simultanei ; 3° non est aliquid causatum in Immine a solo Deo; 4° nequit esse motio quaedam in ipsam potentiam liberae voluntatis, tamquam in causam actuum supernaturalium ; 5" est quid commentitium nullaque ratione fulcilum et res frustra multiplicans.

De *scientia* autem *media* etiam supra probatum est capite quinio, quod aufert a Deo : A) 1u rationem causae primae tam in esse naturae quam in esse gratiae ; 2° rationem primi liberi et primi volentis; 3" supremum dominium Dei in nostras voluntates ; 4° certitudinem divinae scientiae ; 5° perfectionem divinae scientiae. El quod : B) 1” caret vero ae reali objecto ; 2° habet praedicata contradictoria : 3° innititur falso supposito : 4“ laedit liberum arbitrium creatum ; 5° tollit necessitatem orationis ; (>u latam aperit viam ad errores Pelagianismi.

De *praedestinatione* porro, prout a Molina explicatur, supra etiam capite sexto ostensum manet, quod : A) 1° innititur falso supposito; 2° distinguit inter id quod est ex libero arbitrio, et id quod est ex praedestinatione; 3" tollit certitudinem praedestinationis; 4" pariiicat praedestinationem reprobationi; 5° praesupponit praedestinatos non quidem a Deo electos, sed potius seipsos ad gloriam eligentes; 6° destruit ipsam veram notionem praedestinationis. Et quod est : B) 1° contraria S. Scripturis; 2° contraria Patribus et Ductoribus; 3" contraria doctrinae D. Thomae ; 4° contraria doctrinae Ecclesiae : 5" non satis recedens a doctrina Scmipelagianorum.

Cmn ergo quatuor elementa componentia *Concordiam* Molinae minime sint apprima, facilia, legitima, dilucida,

optima, manifestum est, quod ipsa concordia, ex his quatuor principiis constituta, nequit esse : 1° *nec apprima;* 2° *nec facilis;* 3“ *nec legitima;* hn *nec dilucida:* 5° *nec optima.*

III

CONCLUSIO 2.

Concordia Molinae, loco componendi divinam causalitatem cum libertate creaturae rationalis propriam utriusque essentialem rationem corrumpit ac deformat.

Arg. 1uni. — *l). Thomas* Rom. 11. lect 5. explicans illa verba Apostoli : « Quoniam ex Ipso et per Ipsum et in Ipso sunt omnia », ait : « Ad designandum autem Dei causalitatem utitur Apostolus tribus praepositionibus, qilae sunt *ea·, per, in.*

Haec autem praepositio *ea·* denotat principium motus, el lioc tripliciter : primo quidem ipsum principium agens vel movens; alio modo ipsam materiam; tertio modo ipsum contrarium oppositum, quod est terminus a quo incipit motus... Ex Deo autem sunt omnia sicut ex primo agenti'...

Haec autem praepositio *per* designat causam operationis. Sed quia operatio est medium inter faciens ct factum, dupliciter haec praepositio *per* potest operationis causam designare. Uno modo, secundum quod operatio exii ab operante ; sicut aliquid dicitur per se operari, quod est sibi causa ut operetur. Hoc autem est uno quidem modo forma: sicut si dicamus quod ignis calefacit per calorem. Alio modo, aliquid superius agens; puta si dicamus quod homo generat per virtutem solis vel potius Dei, Sic igitur omnia dicuntur dupliciter esse per ipsum. Uno modo, sicut per primum agens, cujus virtute omnia alia agunt; alio modo, in quantum ejus sapientia, quae est ejus essentia, est forma, per quam Deus omnia facit. Alio vero modo haec praepositio *per* desi-

gnat causam operationis, non quidem secundum quod exit ah operante, sed secundum quod terminatur ad opera...

Haec autem praepositio *in* designat etiam triplicem habitudinem causae. Uno quidem modo designat materiam, sicut dicimus animam esse in corpore et formam in materia : hoc autem modo non dicitur quod omnia sini in Deo. quia ipse non est causa materialis rerum. Alio modo désignai habitudinem causae efficientis, in cujus potestate est effectus suos disponere ; el secundum hoc dicuntur omnia esse in ipso, secundum quod omnia in ejus potestate et dispositione consistunt, secundum illud Ps. 94. : *In manu ejus sunt omnes fines terrae.* Et Act. Ap. 17. 28 : *In. ipso rivimus, movemur et sumus.* Tertio modo designat habitudinem causae, finalis, secundum quod totum bonum rei et conservatio ipsius consistit in suo optimo. El secundum hoc dicuntur omnia esse in Deo sicut in bonitate conservante.

Et *omnia in ipso constant.* (Coloss. 1. 17) Quod autem dicil *omnia,* esi absolute accipiendum pro omnibus, quae habent *verum esse.* Peccata autem non habent verum esse: sed in quantum sunt peccata, dicuntur per defectum alieujtis entis, eo quod malum nihil est nisi privatio boni. Et ideo cum dicitur : *Ex Ipso et per Ipsum et in Ipso sunt omnia,* non est. inlelligendum de peccatis; quia secundum Augustinum *in Psalm. 58.* et *l. Confess,* cap. l(i. peccatum nihil esi. el nihil fiunt homines cum peccant. Quidquid tamen enlilalis est in peccato, totum est a Deo.

Sic igitur, secundum praemissa, omnia sunt ex Ipso. se. Deo. sicut ex prima operatrice potentia: omnia autem sunt per Ipsum, in quantum omnia facit per suam sapientiam : omnia sunt in Ipso, sicut in bonitate conservante. »

Jam ergo, juxta Concordiam *Molinae: a) Non omnia sunt ex Deo sicut ex primo agente :* Nam Deus non est principium agens vel movens causas secundas, reduplicative in quantum sunt causae agentes, *b) Non omnia sunt per Deum :* Quia, juxta Molinam, etsi Deus causa sit operationis secundum quod operatio terminatur ad opera, non tamen est causa operationis secundum quod operatio exit ab operante.

<9 *Non omnia operantur pen Deum sicut per primum agens, cujus virtute omnia alia agunt :* Quia eum causae secundae nec moveantur nec applicentur ad agendum ab ipso Deo, nec a Deo accipiunt *virtutem instrumentale™.* per quam propria causae secundae virtus perficitur in ratione principii efficientis suorum actuum seu operationum, quatenus actus exeunt ab operante, *d) Non omnia sunt per Deum in quantum Deus omnia facit per suam sapientiam:* Etenim omnia, quae Deus per scientiam mediam videt atque intuetur, Deus non facit per suam sapientiam ; quoniam sapientia Dei non est causa efficiens rerum nisi prout habet adjunctam voluntatem, et de ratione scientiae mediae est omnem actum liberum divinae voluntatis antecedere.

Concordia itaque Molinae detrahit causae primae hoc, quod influat in ipsas potentias operatrices causarum secundarum, el ipsarum virtutes activas compleat atque eum suis propriis effectibus conjungat ; et detrahit causis secundis *complementum* suarum propriarum virtutum operatricium. quod ex virtute primi agentis, qui est Deus, debent accipere, ut actu operentur et agant.

Non ergo omnia, quae in libero arbitrio creato sunt et a libero arbitrio exeunt, sunt per Deum et ex ipso Deo. sicut ex prima operatrice potentia.

Arg. 2nm. — Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 30. tradit : Deus ergo, comparatione cujuscumque effectus causae secundae, est *causa prima :* 1° tum quia causa ipsa secunda habet totum suum esse. 2° et vim operandi a Deo, 3° atque ab actuali immediato influxu Dei pendent omnia quae in ea sunt; 4° tum etiam quia concursus Dei generalis, quo cum causis secundis ad agendum concurrit, maxime universalis est secundum rationem causae efficientis, ad universos effectus sese extendens. »

Attamen juxta ipsum Molinam : 1" Concursus Dei generalis, quantumvis universalis sit, non se extendit ad effectum actus voluntatis « ea ratione qua voluntas agens est, quasi eo prius mota et excitata agat ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 29.)

2° « Concursus Dei generalis non est influxus Dei in causam secundam, quasi illa prius mota agat et producat suum effectum. » (ibid. disp. 26.)

3° « Concursus Dei generalis, quo cum hac causa secunda hic et nunc ad singularem aliquem effectum concurrit, nec est *prior* concursu hujus causae secundae ad eundem effectum, sed a sc *mutuo pendent* quoad existenliam. » (ibid. disp. 30.)

4° Causa secunda non movetur nec applicatur a Deo ad operandum, nec a Deo accipit vim illam operandi per modum transeuntis, sicut accipit a principali agente causa instrumentalis. Nam talis vis seu motus virtuosos « nulla ratione fulcitur et res frustra multiplicat ». (ibid. disp. 26.)

Non ergo omnia, quae in causa secunda sunt, pendent ah actuali immediato influxu Dei. Nam a Deo non sunt : 1·' nee transitus de potentia in actum ; 2" nec determinatio ipsa liberi arbitrii ad agendum; 3n neque *ille influxus,* quo liberum arbitrium creatum *agit* et *libere,* agit el *bene* agit. Et aliunde, influxus causae primae, qui est Deus : 1" non est *prior* influxu causae secundae; 2" est *dependens* a causa secunda.

Concordia igitur Molinae non conciliat, sed corrumpit ac déformai propriam atque essentialem causae primae et causae secundae rationem.

Arg. 3um. — *Ex quidditate scientiae mediae desumptum.* — D. Thomas *De Verit.* q. 2. a. 14. sic ostendit scientiam Dei esse causam rerum : « Effectus non potest esse simplicior quam causa. Unde oportet, quod in quibus invenitur una natura, sit reducere in unum primum illius naturae; sicul omnia calida reducuntur ad unum primum illius naturae, sc. ad ignem, qui est causa caloris in aliis, ut dicitur *Metaph.* Et ideo, cum omnis similitudo attendatur secundum aliquam convenientiam alicu.jus formae, oportet, quod quaecumque sunt similia, ita se habeant, quod vel unum sit causa alterius, vel ambo ex una causa causentur... In omni autem scientia est assimilatio scientis ad scitum ; unde oportet, quod vel scientia sit causa sciti, vel scitum sit causa scientiae, ve) iitrumque ab una causa causetur.

Non potest autem dici, quod res scitae a Deo sint causa scientiae in eo, cum res sint temporales et scientia Dei sit aeterna; temporale autem non potest esse causa aeterni. Similiter non potest dici, quod utrumque ab una causa causetur; quia in Deo nihil potest esse causatum, cum ipse sit quidquid habet. Unde relinquitur, quod scientia ejus sit causa rerum. Sed e converso, scientia nostra causata est a rebus, in quantum sc. eam a rebus accipimus. Sed scientia angelorum non est causata a rebus neque causa rerum, sed utrumque est ab una causa. Sicut enim Deus formas universales influit rebus, ut subsistant, ita similitudines earum influit mentibus angelorum ad cognoscendum res. »

Nunc quaeritur : estne scientia media *assimilatio* scientis ad scitum Estne *causa* sciti Estne sciti *effectus ?* Vel e contra, utcumque, scitum videlicet et scientia, ab una causa causantur ? Si non primum, tunc scientia media non est *scientia.* Si secundum, tunc scientia media non est *media.* Si tertium aut quartum, tunc scientia media non est *divina.* non est nec esse potest scientia Dei.

Cum ergo scientia media, sit angulare fundamentum lotius *Concordiae* Molinae, patet Molinae *Concordiam* esse fabricatam supra absurda philosophica et theologica, quae corrumpunt el deformant divinam scientiam et divinam causal ita lem.

Arg. 4u,n. —*Ji.r natura concursus simultanei assumptum.* — D. Thomas *I. Contra errores Graec.* cap, 23. : « Quomodo intelligatur, quod dicitur, quod creatura non potest cooperari Creatori », tradil ; « Sciendum est, quod aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter : Uno modo, quia operatur ad eundem effectum, sed per aliam virtutem ; sicul minister domino, dum ejus praeceptis obedit, et instrumentum artifici, a quo movetur. Alio modo dicitur aliquid cooperari alicui, in quantum operatur eandem operationem cum ipso, sicut si diceretur de duobus portantibus aliquod pondus vel de pluribus trahentibus navem, quod unum alteri cooperatur.

Secundum igitur *primum* modum creatura potest dici Creatori cooperari quantum ad aliquos effectus qui fiunt medianti· creatura : non tamen quantum ad illos effectus qui sunt immediate a Deo. ut creatio et sanctificatio. *Secundo* autem modo creatura Creatori non cooperatur, sed solum 1res Personae sibi invicem cooperantur, quia earum est *operatio una:* non autem ita, quod quaelibet earum *partem virtutis* possideat, per quam operatio completur, sicut accidit in multis trahentibus navem : sic enim *cujuslibet virtus esset imperfecta ;* sed ita. quod tota virtus ad operationem sufficiens est in qualibet trium Personarum. »

Molina autem *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 26. ita habet : « Totus quippe effectus et a Deo est et a causis secundis ; sed neque a Deo neque a causis ut a tota causa, sed ut a parte causae, quae simul exigit concursum et influxum alterius; non secus ac cum duo trahunt navem, totus motus proficiscitur ab unoquoque trahentium, sed non tamquam a tota causa motus ; siquidem quivis eorum simul efficit cum altero omnes ac singulas partes ejusdem motus. »

Et similiter in ordine supernaturali. Unde q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 9. sic scribit : « Illud deinde, ex hactenus dictis est manifestum, rem. quae est integer supernaturalis effectus praedestinationis adulti, pendere a duabus causis liberis tamquam a duabus partibus unius integrae causae; ita ut quavis earum libere, prout potest, non influente aut contrario modo operante, res illa, quae integer est effectus praedestinationis, non esset in rerum natura. »

Itaque Deus et creatura, causa prima et causa secunda, in *Concordia* Molinae : 1° sunt causae *partiales,* sunt partes unius integrae causae, quae simul exigit concursum et influxum alterius, ita quod : 2° quaelibet earum partem virtutis possideat, per quam operatio completur, siquidem quaevis earum simul efficit cum altera omnes ac singulas partes ejusdem motus; 3° concursus sive influxus utriusque a se mutuo pendet, ita ut qualibet earum non influente, res illa, quae integer est effectus, non esset : 4° sicut accidit in multis trahentibus navem, ait D. Thomas. « Non secus ac cum dim

trahunt navem, totus motus proficiscitur ab unoquoque trahentium, sed non tamquam a lota causa motus, » ait Molina. « Non secus ac quando duo agentia movent mobile aliquod, quod neutrum eo influxu, quo actu influit, illud moveret, nisi coopérante alio ». repetit ipse Molina (q. 14. a. 13. disp. 12.)

Hoc modo, concludit D. Thomas. « creatura Creatori non cooperatur ». Hoc modo nec Creator cooperatur creaturae. Quia : *a)* Dei virtus esset imperfecta: *b)* operaretur ad modum inferioris et dependentur a creatura : *c)* non compleret, ac perficeret virtutem causae secundae tamquam instrumentum, quod est Dei: sed c contra, divina virtus esset veluti instrumentum, quo creatura utitur ad suos effectus producendos; *d)* Deus haberet *partem* virtutis, et creatura similiter *partem* virtutis, per quam operatio compleretur : *e)* Deus exigeret influxum creaturae, sicut creatura exigit et mendicat influxum Dei: *f)* nec effectus fierent a Deo mediante creatura, sed a Deo sicut causa partiali, sicut causa incompleta, sicut causa parallela, mendicans ab influxu et cooperatione creaturae coronam et complementum vel adjutorium simile sibi ; *y)* nec causa secunda cooperaretur causae primae, sicut instrumentum artifici, a quo movetur.

IV

CONCLUSIO 3.

Molina per suam Concordiam induxit in ordine causarum quoddam Manichaeismi genus.

Arg. 1'“". — Quoniam, juxta *Concordiam* Molinae, causa prima et causa secunda, Deus et liberum hominis arbitrium, sic se habent in agendo, sicut duo principia, quorum unum non reducitur ad alterum, sicut duae causae, quarum una non subordinatur sui» altera. Tradit enim auctor *Concordiae* haec :

a) « Dicendum ergo est. non prius Deum concurrere concursu universali ad effectus causarum secundarum quam causas secundas, aut e contrario ; neque prius existera unum inlluxum quam alium ; sed utrumque esse immediatum in actionem el effectum producendum ; atque a se invicem dependere, ut existant. » *{Concord,* q. 14. a. 13. disp. 30.)

b) « Item, determinatio voluntatis non est *actio* voluntatis secundum omnem sui considerationem, sed est ipsa actio prout habet rationem influxus solius voluntatis... Adde, illam quoque determinationem voluntatis humanae... fieri non quidem ab influxu Dei in voluntatem, quo illam applicet ac determinet ad consensum... Determinare voluntatem ad illius consensum, pugnat cum libertati* voluntatis... Influxus Dei in actionem est immediatus in actionem ipsam, el non in voluntatem el per voluntatem eo motam in actionem... Determinatio voluntatis est ab ipsa voluntate pro sua innata libertate se libere applicante ac determinante ad consensum aut dissensum, et non a Deo sua omnipotentia illam determinante..... Determinationem vero voluntatis esse illam actionem, non simpliciter, sed ut spectatur, quatenus praecise emanat a voluntate humana. » (ibid. q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 7.)

c) « In nostra potestate situm esse eis uti concursu Dei generali ... Sane quod bene... opera exerceamus.... in nos ipsos tamquam in causam particularem ac liberam, et non in Deum, est referendum. » (ibid. q. 14. a. 13. disp. 33.)

d) « Quando voluntas nostra ad .supernalurales actus donis gratiae adjuvatur, quamvis illis alliciatur atque invitetur ad consensum seu influxum ex parte liberi arbitrii necessarium, non tamen ab eis determinari el applicari ad eum conseil sum ; sed ipsam, sic invitatam atque adjutam, seipsam innata sua libertate determinare, applicare ac consentire. « (ibid, q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 7.)

Unde Deus el nostrum liberum arbitrium sunt duae causae : 1° partiales; 2" parallelae; 3° ad invicem dependentes quantum ad operationem, secundum quod operatio terminatur ad operatum ; 4° ad invicem independenles quan-

lcm ad operationem, secundum quod operatio exit ab operante ; 5° etiam in ordine gratiae nec Deus movet potentiam voluntatis ut primus motor in ratione causae efficientis, sed lanium pulsat, invitat, stat ad ostium liberi arbitrii, exspectans, ut homo consentiendo et seipsum determinando dperiat Deo pulsanti ; 6° unde homo tam in ordine naturae quam in ordine gratiae habet semper *aliquid,* el aliquid discernens, ‹▮l aliquid nobilissimum, quod a Deo non accipit, sc. determinationem et applicationem liberae suae voluntatis ad consentiendum. atque transitum de potentia in actum, atque ipsummet actum eligendi, consentiendi, volendi, secundum quod emanat ac exit ab ipso libero arbitrio. Hoc aliquid, quo homo est dominus suorum actuum et operatur virtutem et meretur laudem, praemium ac gloriam, et dominatur astris : hoc Deus praevidet quidem scientia media, sed non efficit, non causât, non licet illi tangere, sed a longe dumtaxat intueri. Immo 7° homo est adhuc magis dominus suiipsius quam ipse Deus, qui fecit illum. Nam non modo liberum arbitrium nostrum non reducitur in Deum in ordine agendi, verum etiam tenet locum causae principalis, dum Deo relinquitur locus verae causae instrumentalis. Etenim : *a)* Deus, stans ad ostium nostri liberi arbitrii, exspectat consensum suae creaturae; *b)* « in nostra potestate situm esse uti .concursu Dei generali », el « in libera potestate nostra esse auxilia praevenientis atque adjuvantis gratiae efficacia red «Iere ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 33. et disp. 40.)

Si S. Augustinus legere potuisset librum *Concordiae.* Molinianae, semel atque iterum illa verba protulerit, quae in cap. 2. *De praedest. sanet,* scripta manent : « Quasi componit homo cum Deo, ut partem fidei sibi vindicet, atque illi partem relinquat; et quod est elatius, primam tollit ipse, sequentem dat illi; et in eo, quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem Deum. »

Arg. 2Ul“. — Docente atque ostendente D. Thoma *II. Sent.* dist. 37. q. 2. a. 2. : « Non potest vitari, quin [voluntas humana' esset primum agens : *a)* si ejus actio in aliquid prius

agens non reduceretur sicut in causam » : *b)* si « quidquid est in actu deficiente, sc. peccato, de ratione actus, entis et boni, totum hoc a primo agente, sc. Deo, non procedat mediante voluntate »; *c)* si Deus utramque agenti creato non influat, nempe ut agat el ut bene agat.

Jam autem,.juxta *Concordiam Molinae :* 1" « Nihil producere Deum in actibus nostris mediante voluntate, sed simul cum voluntate, sicut duo trahentes navem »; 2° « non influere Deum in voluntatem tamquam in causam ea ratione qua voluntas est agens; » 3° « actiones nostras non habere ex concursu Dei quod sint liberae, nec quod sint bonae, nec quod sint laudabiles nec meritoriae: » 4" « virtutem nostram non in Deum, sed in nostrum arbitrium nosque ipsos, qui libere in unam aut alteram partem illud flectimus, tamquam in particularem et propriissimam causam esse referendam : » 5° « quatenus virtutum actus ab arbitrio nostro libere pendent, referuntur in arbitrium ipsum tamquam in causam liberam, quae producere et non producere eos potuit, non vero in praecognitionem divinam, qua praecogniti sunt futuri. » *{Concord,* q. 14. a. 13. disp. 2(1., 29. et 33. et disp. 53. memb. 2.)

Unde Molina non reducit in Deum sicut in prius agens, sicut in primam causam, a qua *totum* procedit mediante potentia nostrae liberae voluntatis : *a)* rationem transitus de potentia in actum ; *b)* rationem actus ea ex parte qua voluntas agens est; *c)* rationem liberi; *d)* rationem boni et virtutis ; *e)* rationem meriti, laudis ac gloriae.

Et tamen totum hoc a primo agente, sc. Deo procedit mediante 'voluntate. Deus enim influit utrumque agenti creato, nempe ut agat et ut bene agat : influit omnia, nimirum totum ens et omnes ejus differentias.

Arg. 3UI". — Quia Molina in libro *Concordiae* procedit semper tamquam ex inconcusso principio jam praesupposito et necessario praesupponendo, absque quo integra *Concordiae* fabrica corruit ac in pulverem convertitur, ex hoc quod putat ad rationem essentialem causae pertinere : 1" *Non esse mo-*

tarn ab alio, a quo reducatur de potentia in actum ; 2U *non esse opus, quod virtus operativa causarum secundarum compleatur in ratione principii suarum operationum* per motionem praeviam (prioritate non temporis sed ordinis et eausalitatis) el transeuntem, qua agat ad esse ut instrumentum causae primae ; 3° *voluntatem nostram esse sic dominam suorum actuum, sicut est actuum suorum ipsa divina voluntas.*

Unde Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 26. ait : « Habent (causae secundae) integram virtutem ad operationem... Non indigent motione et applicatione superaddita a causis principalibus... Per seipsum sine alia motione ignis calorem producit. »'Et q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 7. : « Innata voluntatis natura, quae sic a Deo libere est condita ac domina suorum actuum ad imaginem et similitudinem divinae ipsius voluntatis... Servato integro.jure libertatis illius... non potest Heri, ut determinetur a Deo: quia necessitaret voluntatem humanam. »

Omnis ergo causa secunda est primum movens immobile et primum efficiens non habens causam in ordine agendi. El voluntas creata est. sicut ipsa increata voluntas, prima causa et primum volens, primum libere agens, ii. q. 83. a. 1. ad 3.)

Et hoc est, quod Bellarminus expressius adhuc el conceptis verbis affirmat et conatur ostendere *111. De grat. et lib. arbit.* cap. 10. cujus titulus est : « Liberum arbitrium non esse potentiam tantum passivam, nec partira passivam partira activam, sed simpliciter et absolute activam. »

Si hoc verum est. si liberum arbitrium creaturae rationalis, sive hominis sive angeli, est potentia operandi simpliciter et absolute activa : tunc revera voluntas creata non indiget motione et applicatione a causa principali, quae est voluntas Dei : tunc per seipsam habet integram virtutem ad agendum/June non indiget transire de potentia in actum, quia est simpliciter et absolute activa, ac proinde semper in actu !

Tunc profecto innata voluntatis creatae, natura esi imago

et similitudo divinae voluntatis, ita quod divinae voluntati sit in modo agendi perfecte coaequalis.

Tunc denique facile intelligitur, quod voluntas Dei el voluntas hominis sint sicut duo agentia prima, parallela, ad invicem mutuo in ratione principii independent!·*!.

Sic Molina ex uno extremo transit ad aliud, vocans utramque voluntatem ex uno capite causas partiales, ad invicem mutuo dependentes; et ex alio capite, causas primas, ad invicem independenles ea ex parte qua agentes sunt, qua influunt in causatum, qua causant atque efficiunt.

Hic tangitur radix totius controversiae, cujus postrema solutio pendet ex vera notione Dei. qui esi primum movens immobile et prima causa non habens causam in *agendo,* ac proinde nec in *nssendo !* At de hoc supra jam dictum est '.

V

CONCLUSIO 4.

Molina in libro suae Concordiae dum vult fugere Calvinum, appropinquat Pelagio et dum Pelagium cupit vitare, ad Calvinum accedit.

§ 1

Holina appropinquat Pelagio.

1" Propter *initium* bonae electionis et bonorum operum in ordine naturae, quod Molina soli libero arbitrio tribuit.

2° Propter *determinationem* ad consentiendum et initium ipsius consensus etiam in ordine supernatural!, quod Molina tribuit soli libero arbitrio.

1 Vide *Part. Secund,* cap. 9. et lu.

3» Propter hoc, quod Deus, ut hominem justificet et purget a peccato, exspectat ipsius hominis consensum, quem praevidit scientia media, sed quem non causal saltem ea es parte qua voluntas agens est et consensus e libera voluntate emanat.

4° Propter hoc, quod Molina gratiam Dei praevenientem subjicit libero arbitrio, non autem liberum arbitrium gratiae praevenienti: et gratiam adjuvantem et cooperantem, quam Molina asserit esse eandem numero gratiam quam praevenientem atque operantem, auctor *Concordiae* facit esse *pedissequam* ipsius liberi arbitrii, ex cujus determinatione ac consensu pendet, *efficacia* divinae gratiae.

5° Propter hoc, quod Molina tarn in ordine naturae quam gratiae distinguit inter id quod est ex causa prima, et id quod est ex causa secunda: inter id quod est ex gratia, et id quod est ex libero arbitrio.

6° Propter hoc. quod unus homo seipsum discernit ab alio homine : *a)* in assequendo gratiam praevenientem, *b)* gratiam justificantem, cj perseverantiam finalem in gratia.

7° Propter hoc. quod homo etiam seipsum discernit, in quantum praedestinatus, ah alio homine qui non salvatur ‹4 reprobatur. Nam cum auxiliis ex parte Dei. eum quibus unus justificatur, alius pro sua libertate nec justificatur nec salvatur. Immo « quod ex aeternitate fuerimus praedestinati per ea media, quibus reipsa praedestinati fuimus... non pendet solum ex divina voluntate... sed simul etiam ex libera cooperatione et influxu nostri arbitrii praeviso ». *(Concord.* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.i

8° Propter hoc, quod Molina induxit vel innovavit legem vel pactum illud famosum conferendi gratiam facientibus quod est in se viribus naturae. Unde Dominicus Solo *IL De nat. elijrat.* cap. 4. : « Profecto, si Pelagio largita hoc fuisse! olim Ecclesia, credo fuisset contentus : quia ipse non contendebat deberi a Deo nobis gratiam propter opera, ut est inter homines aequalitatis debitum; sed quod *esset lex illa* justa Dei. ut bene agentem ex suis naturalibus infallibiliter reciperet in gratiam suam. »

§ 2

Molina ad Calvinum accedit.

I" Asserendo quod Deus non est causa nostrae virtutis nee causa nostrorum bonorum actuum in quantum liberi et in quantum moraliter boni.

2° Asserendo quod motus divinae gratiae insurgunt in voluntate, velit nolit voluntas.

3° Asserendo qtfod Deus potesl uecessitare sua divina motione nostram voluntatem.

'i" Asserendo quod homo eligitur el praedestinatur ad gloriam post praevisa merita; nam sic etiam dici posset quod homo eligitur et praedestinatur ad gehennam.

5" Asserendo nullam exislere intrinsecam differentiam inter actum liberum el actum necessarium nostrae voluntatis.

fi" Asserendo gratiam praevenientem ea· *necessitate noere.* et non esse causam actuum virtutum.

7" Asserendo gratiam Dei ex se efficacem tollere libertatem : atque liberum hominis arbitrium, a Deo sic motum, nihil omnino agere.

A) Error namque est *Calcini* damnatus a Concilio Tridenlino sess. B. can. (>. : « Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita ut bona Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie el per se, adeo ul sit proprium ejus opus non minus proditio •Indae quam vocatio Pauli : A. S. »

Molina autem *Concord,* q. 14. a. 13. disp. .33. tradd : « Deus neque majori neque alio concursu concurrit ad actum virtutis honive moraliter, quam sil is quo concurreret ad actum vitii malive moraliter. » Et iterum : « Si liberum arbitrium el *concursus* Dei *generalis* ea ratione spectantur, qua ad bonum et malum ipsorum *usum* ad bonumque ac malum actum indifferentia sunt : simulque attendatur in nostra potestate situm esse uno aüt altero modo *eis uti,* ut ratione virtutis, laudis ac praemii capaces simus, a nostroque libero influxu in unam aut alteram pariem provenire, quod illis.

'bene utamur operaque eliciamus moraliter bona:... sain· quod bene aut male ea opera exerceamus, quae per solam arbitrii nostri facultatem et concursum Dei generalem possumus efficere, in nos ipsos tamquam in causam particularem a<· liberam, et non in Deum, est referendum. »

Unde *Calvinus* ajebat : « *Mala opera ita ut bona Deum operari.* » *Molina* autem : *Bona opera ita ut mala Deum operari.* Etenim « Deus neque majori neque alio concursu concurrit ad actum virtutis bonivc moraliter. quam sit is quo concurrit ad actum vitii malive moraliter ».

Similiter *Calvinus* ajebat : « *Est proprium Dei opus non minus proditio Judae quam vocatio Pauli.* » Juxta *Molinam* dici potest inverso modo : *Est proprium Dei opus non magis conversio Pauli quam proditio Judae :* 1° quia concursus Dei generalis neque est major neque alius ad actum virtutis quam ad actum vitii: 2° quia « aliquibus reprobis providit Deus longe majoribus et potentioribus auxiliis el mediis (|tiam mullis ex praedestinatorum ordine ». *(Concord-* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11.

Principium generale *Calvini* est : *Deus est causa virtutis nostrae ac vitii.* Principium generale *Molinae* est : « *Non* igitur causa est Deus virtutis nostrae ac vitii ». *(Concord.* q. 14. a. 13. disp. 33.)

Ex principiis litteraliter oppositis el similiter falsis atque erroneis deducuntur modo inverso eaedem conclusiones, oppositae in superficie litterae quantum ad *magis* et *minus.* el ad locum, in quo ordine inverso collocatur *bonum* et *malum; sed* quoad substantiam rei et sensum propositionis similiter falsae et similiter damnabiles. Utique, erroneum el haereticum est dicere : *Deum esse causam vitii nostri non minus quam nostrae virtutis.*

At dicere : *Deum non esse causa/m nostrae virtutis magis quam vitii nostri,* quanam theologica nola censendum? Quale judicium de hac propositione ferendum? Exspectatur judicium Ecclesiae circa doctrinam Molinianae *Concordiae,* quia adhuc sub judice lis est.

At Ecclesiae Patres et Doctores, Augustinus praesertim

cl D. Thomas, qui hanc materiam ex professo evolverunt ac illustrarunt, docent : Deum esse causam primam ac. principalem nostrae virtutis, et ipsius influxum seu motionem vehementius ingredi in opera nostra bona causata, quad a. primo agente, sc. Deo. procedunt mediante nostra voluntate.

B) Error etiam est Calvini damnatus a Concilio Tridentino sess. (i. can. 4. : « Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo· excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac praeparet ; neque posse dissentire, si velit : sed vehit inanime quoddam nihil omnino agere mereque passive se habere : A. S. »

Iste est ille canon famosus. quem Molinistae semper habent in ore contra etllcaciam intrinsecam divinae gratiae, et supra quem Molina vult erigere et in altum tollere opus suae *Concordiae.* « tamipiam turrim, cujus culmen pertingat ad coelum ». (Genes. II, 4) At tam Molina quam Molinistae incipiunt aedificare turrim *Concordiae* non *praesupponendo* id quod Concilium Tridenlinum 1 praesupponebat

' Ad rem Goudix *Philosoph. Thomislica* part. 4. q. 3. a. I. §2. : ‹ Concilium ibi agit, contra Calvinum et Lutherum. quorum doctrinae opponit contradictorium decretum; ergo debet de eadem motione, de qua loquuntur Calvinus et Lutherus; alias nihil directe et contradictorie contra illos decideret. Et quaeso te, si Titius contenderet *vineam* sibi injuste usurpatam a Sempronio, et judex definiret *domum* esse restituendam: appositane esset sententia ad decisionem litis, quae nulla est de *domo,* sed de *vinea f* Ita pariter, si haereticus contendit creaturam non cooperari *praemotioni physicae,* ac. cum illa non retinere *potentiam* ad dissensum, et Concilium definiat di- alia motione, ut *cie morali* aut *simultanée concursu,* profecto nihil definit contradictorie, sed adhuc definiendum restat, an motio, de qua loquitur haereticus, auferat potentiam dissentiendi. Argumentum validius erit, si tantisper hic duo ponderemus : Primum est, sapicntissimos Concilii Patres optime novisse Calvinum et Lutherum, cum dicerent motionem Dei absorbere voluntatem, nec cooperandi nec dissentiendi locum ei relinquere, locutos fuisse non de motione morali, aut simultanea primae causae cum secundis cooperatione, sed de motione interiori physica applicativa voluntatis; si igitur haec physica praemotio aut minus admittenda aut

et tamquam verum confirmavit; et inferendo deinde ex tali praesupposilo id ipsum, quod Calvinus inferebat, et quod Concilium praecise negavit et damnavit, consequentiam Calvini merito negando et damnando.

Praesupponendum autem in hac quaestione est hoc, videlicet: *Praemotionem Dei et gratiam praevenientem dari, per se efficacem.* Ex hac autem Dei praemotione et doctrina de gratia per se efficaci inferebant haeretici mala consecutione: *liberum arbitrium non cooperari Deo moventi, non posse dissentire, nihil omnino agere, mereque passive se habere.*

Concilium vero Tridentinum damnavit sub anathemate inferre ex praemotione Dei et doctrina de gratia per se efficaci : 1" voluntatem sic motam necessario moveri; 2° voluntatem sic molam nihil cooperari: 3° voluntatem sic motam

minime cohaereas cum libertate visa illis fuisset: au non eonnaturalissima pravae hujus doctrinae exstirpandae via erat, ut saniorem aliam motionem salvarent, illam ut spuriam aut aperte damnarent aut certo minime retinerent? Atqui non modo non damnant, sed etiam retinent.; nec retinent tantum, sed praeterea ab impuris eharacteribus, quos illi affingebant haeretici, sedulo vindicant: vetantque sacrum illum divinae potentiae radium interfectae libertatis calumnia infirmare; ergo sua illa decisione omnino favent. *Praemotioni Physicae.* Alterum vero, illudque faventissimum est. quod Patres Concilii, qui decretum praefatum formavere, doctrinam praemotionis in suis scriptis expresse docuerunt. In primis enim Cornelius Mussas Episcopus, Ordinis Minorum, qui ejusmodi decretum disposuit, eam docuit *II. De Divina Historia* cap. 10... Cardinalis Seripandus ex Ordine D. Augustini supei· cap. 8. Epist. ad Rom... Andreas Vega Ord. Minor, q. 11. *Dejustifleat,* et lib. VI. supra Trident, cap. G... Salmeronius ex primis S. P. Ignatii sociis, disp. 19. in Epist. ad Rom. ubi etiam utitur nomine *firmae atque invincibilis praedelerminationis.* Idque ut mittam quam plures alios, tum praecipue omnes Ordinis nostri Patres, qui numerosissimi Concilio Tridentino interfuerunt..... Urgentius adhuc argumentum ad evincendam Concilii Tridentini mentem pro praemotione physica desumitur ex *Catechismo* ejusdem Concilii; nam illa motio est de mente Concilii Tridentini, quam tradidit in suo *Catechismo;* sed Concilium Tridentinum ipsissimam pnemotionem physicam tradidit in suo Catechismo. (I. part, de I. Symboli art. num. *22.)* » — Haec «•t alia plura ad rem hanc attinentia Goudin loco citato.

mere passive se habere: 4° voluntatem nihil omnino agere: 5° voluntatem non posse dissentire, si velit.

Quod autem Concilium Tridentinum praesupponitet admit-leltal tamquam doctrinam sanam el veram et ab Augustino et I». Thoma traditam, gratiam per se efficacem, a qua occasionem seu praetextum errandi assumpserant haeretici, patet inter alia plurima ex his authenticis testimoniis Romani Pontificis Benedicti XIII. :

a) « Magno animo contemnite, dilecti filii, calumnias intentas sententiis vestris de gratia praesertim per se et ab intrinseco efficaci, ac de gratuita praedestinatione ad gloriam sine ulla praevisione meritorum, quas laudabiliter hactenus docuistis, et quas ab ipsis sanctis ductoribus Augustino et Thoma se hausisse et verbo Dei Summorumque Pontificum el Conciliorum decretis et Patrum dictis consonas esse Schola vestra commendabili studio gloriatur. » (Brev. *Demissas preces,* 6. nov. 1724.)

b) « Sub divini interminatione judicii iterumque sub canonicis poenis, omnibus et singulis Christi fidelibus mandamus, ne doctrinam memorati Sancti Docloris Thomae Aquinatis ejusque insignem in Ecclesia Scholam, praesertim ubi in eadem Schola de divina gratia per se et ab intrinseco efficaci ac de gratuita praedestinatione ad gloriam sine ulla meritorum praevisione agatur, ullatenus dicto vel scripto contumeliose impetant, ac veluli consentientiem cum damnatis ab Apostolica Sede Jansenii, Quesnelli et aliorum erroribus traducant, a quibus S. Thomas et vera Schola Thomistica quam longissime abest el abfuit... Damnamus item folia, theses et libros antehac typis impressos vel etiam (quod Deus avertat) imprimendos, in quibus ad procreandam seu fovendam doctrinae S. Thomae, Praedicatorum Ordini aliisque genuinae Thomisticae doctrinae asseclis invidiam designatae atque damnatae a nobis calumniae assertive renovantur. » (Constit. *Pretiosus* 26. maji 1727.) [1].

[1] Vide etiam *Part. Secund,* cap. 3. pag. 84 et 89; et cap. 8. pag. 282 et 285.

lam vero *Molina,* quem imitantur passim cuncti Molinidae : 1° existimat gratiam ab intrinseco efficacem destruere liberum arbitrium el esse incompatibilem cum definitione Concilii Tridentini : 2° Molina, qui gratiam ex- se efficacem lamquam liberi arbitrii ruinam rejicit, tradit notionem divinae gratiae talem, quod ex illa videntur inferri ea omnia ac singula, quae in can. 4. sess. (>. a Concilio Tridentino damnantur. Ait enim Molina ad litteram :

a) « Habitus infusos fidei, spei et caritatis seu gratiae esse quidem non solum operativos, sed etiam, quantum est ex se. *operari ea· necessitate naturae.* » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 46.)

b) « Ad allectus el motus gratiae praevenientis non *cooperatu·)· voluntas,* qua liberum arbitrium est; sed, velit nolit, praesente cognitione insurgunt, et patitur illos supernatui .des. » (ibid. disp. 45.)

c) « Nos non negare in Deo esse potentiam ad applicandam ac *necessitandam* voluntatem nostram ad actum, quem ipse voluerit eam elicere... Deum regulariter non necessitare voluntatem humanam, sed donis suis atque auxiliis suaviter allicere, inclinare ac trahere illam, ut, servato integro jure libertatis illius, id velit ac efficiat, quod Deus eam velle ac efficere voluerit. Determinatio tamen siduntatis... est ab ipsa voluntate... et non a Deo sua omnipotentia illam determinante, ut potest : quoniam tunc actus non essel liber, sed necessarius ex parte nostrae voluntatis; ac proinde :

d) Neque *rationem virtutis...* neque *meriti* haberet, neque item esset actus humanus. » *(Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 7.) Et rursus ibid. : « Gratia illa praeveniens, quantum est ex se. agit ex necessitate naturae, nec in ea est ulla libertas. »

Habetur ergo secundum Molinam : ^1“ liberam hominis xoluntatem non cooperari *motibus* gratiae praevenientis : motus gratiae praevenientis patitur homo, velit nolit ; !" habitus infusos caritatis et aliarum virtutum et donorum operari ex necessitate naturae; 4° omnipotentem Dei motio-

nem *necessitate* ita voluntatem nostram, ut *actus non sit Uber nec habeat rationem virtutis neque meriti*

Eruntne haec omnia ac singula compatibilia cum can. 'E sess. 6. Concilii Tridentini ?

C) Est aliud praeterea caput doctrinale, quo Molina non longe videtur distare a doctrina Calvini ; vel saltem corollaria, quae ex doctrina Molinae Molinistae ex professo materiam tractantes deduxerunt, conveniunt prorsus et totaliter eadem sonant ac verba haec : *Liberum arbitrium nihil omnino agere.*

Molina enim *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 7. ex una parte exaltat ita liberam hominis voluntatem, ut non dubitet illam similem in omnibus facere altissimae divinae voluntati.

1 Ex supra positis et ex aliis hujusmodi, quae passim leguntur in libro *Concordiae* v. g. q. 23. disp. I. memb. 10. : « Quod actus... sit liber, eaque de causa capax rationis, virtutis, laudis et honoris... profecto non est effectus gratiae praevenientis...; *gratia* namque *praeveniens determinata esi ad unum:... ‹:;c necessitate naturae movet ac sollicitat.* » q. 14. disp. 41. : ‹ Habitus fidei, spei et caritatis supernaturalis semel *acquisitos,* rationem habere gratiae praevenientis et cooperantis comparatione actuum qui ab illis emanant: nec non peculiaria quaedam auxilia, quibus Dens illustrando intellectum, variosque affectus mittendo in voluntatem *per dona* sapientiae, scientiae, pietatis, timoris, aliaque Spiritus Sancti, excitare solet justos post comparatum justificationis donum, ac invitare et coadjuvare ad ejusmodi actus producendos. » q. 14. disp. 45. ubi iterum asseritur, quod effectus gratiae praevenientis non habent « *rationem virtutis* ». Et ibid. disp. 46. : « *Habitus infusi...* operari ea? *necessitate naturae·»;* ex his. inquam, omnibus logice potest inferri doctrina etiam illa de *virtutibus activis cl de virtutibus passivis,* quae simul cum aliis opinionibus sub Americanism! nomine nonnuli indicarunt; quae quidem doctrina damnavit Leo XIII. in suis Litteris ad Cardinalem Gibbons, his verbiS : « Cum hac de naturalibus virtutibus sententia, alia cohaeret admodum, qua Christianae virtutes universae in duo quasi genera dispertiuntur, in *passivas,* ut ajunt, atque *activas;* adduntque illas in elapsis aetatibus convenisse melius, has cum praesenti magis congruere. De qua quidem divisione virtutum quid sentiendum sit, res est in medio posita,- virtus enim, quae vere *passiva* sit. nec est nec esse

« Sic *a Deo* libere est condita ac domina suorum actuum ad imaginem et similitudinem divinae ipsius voluntatis. » Et juxta hoc quidam Molinistae huc usque pervenerunt, quod dicant liberum hominis arbitrium esse potentiam simpliciter el absolute activam, minime partim activam et partim passivam. Sed tunc erit actus purus; erit semper in actu, sicut voluntas Dei, nec actus distinguetur realiter a potentia, quae est actus principium. Et tunc de libera hominis voluntate illud est dicendum, quod D. Thomas tamquam proprium solius Dei atque aliis incommunicabile asseverat esse 1. q.25. a. 1. ad 3., videlicet : « Potentia in rebus creatis non solum est principium actionis, sed etiam effectus. Sic igitur in Deo salvatur ratio potentiae, quantum ad hoc quod est princi-

potest. *Virtus* (sic Sanctus Thomas 1-11. q. 55. a. 1.) *nominat quamdam potentiae perfectionem; finis autem potentiae actus est: et nihil est aliud actus virtutis quam bonus usus liberi arbitrii:* adjuvante utique Dei gratia, si virtutis actus supernaturalis sit. Christianas autem virtutes, alias temporibus aliis accommodatas esse, is solum velit., qui Apostoli verba non meminerit Rom. 8, 29 : *Quos praescivit, hos el praedestinavit conformes fieri imagini Filii sui.* Magisteret exemplar sanctitatis Christus est; ad cujus regulam aptari omnes necesse est, quotquot avent beatorum sedibus inseri. Jam vero, haud mutatur Christus progredientibus saeculis; sed *idem heri el hodie el in saecula* (Hebr. 13, 8). » — Haec Leo XIII. in suis Litteris *Testem benevolentiae Nostrae* ad Cardinalem Gibbons, 22. januarii 1899.

Jam vero, ex doctrina Molinae circa notionem divinae gratiae praevenientis et circa habitus infusos fidei, spei et caritatis, et circa dona Spiritus Sancti videtur fluere sponte sententia seu opinio illa absurda de *virtutibus passivis;* itnmo discipuli Molinae vocant conceptis verbis *virtutes passivas* dona Spiritus Sancti. Ita l*. Billot *lie virtut. infus. Comment. in II. Part,* procem. : ‹ Hujusmodi habitus, quos certo quodam sensu *virtutes passivas* non inepte nominaveris, consueverunt dici *dona- Spiritus Sancti.* » Attamen P. Billot rejicit divisionem virtutum in passivas et activas. Unde in opere ■otpra citato. *Totius disput. conclusio* sic ait : « Respuenda pariter virtutum divisio in passivas et activas. Quod si habitibus donorum Spiritus Sancti denominatio *passivitatis* non absurde forsitan tribueretur, hi tamen minime computantur inter virtutes proprie dictas, quae solae sunt principium elicitivum actus liberi et meri-

pitiin effectus; non autem quantum ad hoc quod est principium actionis, quae est divina essentia. » Si ergo liberum creaturae arbitrium est potentia, non partira passiva et partira activa, sed potentia simpliciter et absolute activa, non salvatur ratio potentiae quantum ad hoc quod est principium actionis. At de hoc adhuc infra.

Ex alia autem parte Molina in eodem loco reducere videtur perfectionem atque excellentiam actus liberi ad quandam umbram seu formalitatem rationis, ad denominationem extrinsecam. ad aliquid prope nihil. Scribit namque auctor *Concordiae :* « Actum aliquem esse liberum, nullam novam

torii. Unde in virtutibus ipsis non alia distinctio valet praeteream qua dispertiuntur in theologicas et morales. » — Haec P. Billot qui. vadens per vias Molinae, ut *Americanismum* fugeret, dona Spiritus Sancti esse vere ac proprie dictas virtutes negavit. Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. Etenim :

1° Dona vel habitus Spiritus Sancti habent veram rationem virtutis infusae ; 2» habent rationem virtutis excellentiorem omnibus aliis virtutibus post fidem, spem et caritatem ; 3° sunt principia elicitiva actus liberi ac meritorii ; 4® sunt principia elicitiva actus liberi ac meritorii, qui excedit communem perfectionem actus liberi meritorii virtuosi. Unde I). Thomas I-II. q. 68. a. 1. ad. I. : « Hujusmodi dona nominantur quandoque virtutes secundum communem rationem virtutis: habent tamen aliquid superveniens rationi com muni virtutis, in quantum sunt quaedam divinae virtutes perficientes hominem in quantum est a Deo motus. Unde et Philosophus (Vll. Ethic.) supra virtutem communem ponit quandam virtutem heroicam vel divinam, secundum quam dicuntur aliqui divini viri. » Et ibid. a. 2. ad. 1. : « Dona excedunt communem perfectionem virtutum, non quantum ad genus operum, eo modo quo consilia praecedunt praecepta, sed quantum ad modum operandi, secundum quod movetur homo ab altiori principio. » Et a. 8. : ‹ Si comparemus dona ad alias virtutes intellectuales vel morales, dona praeferuntur virtutibus; quia dona perficiunt vires animae in compara lione ad Spiritum Sanctum moventem. » — Uno verbo : doctrina D. Thomae circa dona Spiritus Sancti, fructus et beatitudines (I-Ii. q. 68. et q. 69.), et circa gratiam operantem (I-II. q. 111. a. 2.), et circa actus supernalurales fidei, spei, caritatis et contritionis in justificatione adulti (HI. q. 113. a. 8.) funditus evertit tofum librum *Concordiae.*

rationem formalem dicere in ipso actu: sed dici liberum quasi extrinseca denominatione a libertate, quae est in potentia, a qua libere est productus. » Et rursus : « Itaque libertas actus libere eliciti non est in ipso actu, sed in voluntate, quae libere illum elicuit, hoc est, cum facultate eum continendi seu non eliciendi, a qua facultate denominatione quasi extrinseca liber dicitur, sino alia ratione formali in ipso actu, a qua liber dicatur. »

Quid ergo significat : 1" Libertatem actus non esse in ipso actu : 2° *esse liberum* nullam novam rationem formalem dicere in ipso actu: 3° actum liberum dici *liberum* quasi extrinseca denominatione a libertate, quae est in potentia, a qua libere esi productus? Quid ergo significant tria haec, cum agatur de actu immanente atque formaliter libero? Audiamus ergo ultimum verbum, quo redduntur ad capiendum facilia concursus simultaneus, gratia indifferens, scientia inedia el praedestinatio habens causam ex parte usus liberi arbitrii praevisi, ac ipsa medulla Molinianae *Concordiae* perfecte attingitur.

§ »

(Itimae conclueiones Molinismi circa modum conciliandi humanam libertatem cum divina motione.

P. Theophilus de llegnon, ex Societate Jesu, in opere, cui litulus : *Battez et Molina,* lib. 3. *De la cause première,* ita scribit :

1° « La liberté ne consisti' pas formellement à pouvoir agir ou ne pas agir. Sa définition exacte est la suivante : *La liberté est la faculté de consentir ou de ne pas consentir à l'acte indélibéré de la volonté.* »

2° « Le *consentir* et le *dissentir* n'introduisent aucune réalité de l'ordre physique. L'acte indélibéré qui précède, et l'acte délibéré qui suit, ne diffèrent pas physiquement. »

3° « D'oû nous déduisons, qu'il n'y a pas, pour expliquer le *consentir,* à faire intervenir d'une manière spéciale el effective le Premier Moteur. »

i" u I,acte indélibéré et l'acte délibéré sont donc un seul e| mémo acte. »

5" « La liberté n'est pas. en elle-même, une puissance active, une cause efficiente, qui produise des réalités physiques. »

6° « La liberté humaine est donc, à la Ibis, quelque chose cl. de bien petitet.de bien grand. De bien petit; car elle ne produit, rien, elle n'est cause de rien, elle n'est raison ni de. la réalité physique ni de la valeur morale, qui constituent l'œuvre méritoire. »

7° « Mais si la liberté n'est pas une cause efficiente, il n'y a plus lieu de chercher sa place dans la hiérarchie des causes, ni d'exiger qu'elle soit mue par la Cause Première. Tout le raisonnement fondé sur l'efficacité du Premier Moteur s'écroule: car un moteur ne peut agir avec toute puissance là où il n'y a pas de mobile. »

Ecce quomodo Molina et Molinistae pervenerunt usque ad apicem perfectionis *Concordiae* liberi arbitrii creati cum Dei praescientia, providentia, praedestinatione, reprobatione et motione divina tam in ordine naturae quam gratiae !

Ex una parte liberum hominis arbitrium nihil causât, nihil efficit, nihil omnino agit. Ex alia, liberum arbitrium est potentia absolute et simpliciter activa. Unde plane liquet, quod ubi causa secunda est actus purus, vel ubi non datur causa secunda efficiens nec agens creatum, nulla potest adesse difficultas conciliandi influxum causae primae et motionem primi motoris cum aliquo alio agente mobili et moto et cum activitate alterius causae.

Revera, Molinae concordia manifesto apparet, non obscura, apprima, facilis, legitima, dilucida et optima, quomodocumque liberum arbitrium creatum consideretur atque.sub quocumque aspectu respiciatur.

Molina ait : « Liberum hominis arbitrium non indiget motione superaddita; neque intelligi valet, quo motu de novo a Deo moveatur ad agendum. »

Molinistae ajunt : » Un moteur ne peut agir avec toute.

puissance là où il n'y a pas de mobile. » Liberum enim creaturae arbitrium non est mobile.

Molina ait : « Ipsamet innata voluntatis natura est domina •morum actuum ad imaginem divinae ipsius voluntatis. »

Bellarminus ait : « Liberum arbitrium esi potentia simpliciter et absolute activa. »

P. de Regnon ait : « *La liberté n'est, pas, en elle-même, une puissance active, une cause efficiente ;... elle n'est cause de rien.* »

Et P. Laynez, quasi hujusmodi omnia praevidens, non \olebat quod approbaretur et definiretur a Concilio Tridenlino : *Liberum arbitrium a Deo motum;* sed volebat et laboravit ut sic diceretur : *Mentem a Deo motam.*

Et deinde a Molina usque ad P. Hurter omnes Molinistae in cumulo repetentes canonem *h.* Concilii Tridentini sess. 6. : « Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum el excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac praeparet: neque posse dissentire, si velit; sed vehit inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere : A. S. » : adjungunt ad ipsorum perpetuam cantilenam haec :

« Scimus equidem Thomistas definitionis Tridentini vim elTugere celebri distinctione sensus compositi et sensus di visi... Quod si ea distinctio semel admittatur, jam nihil est. quod Concilium adversus Lutheranos et Calvinistas definierit. » '.

Lutherani quidem el Calvinistae affirmabant *liberum arbitrium nihil omnino agere:* sed *a Deo esse motum* non negabant.

Molinistae autem inceperunt negando *liberum hominis arbitrium a Deo esse motum:* et concludunt atque finiunt affirmando *liberum arbitrium nihil omnino agere*

' P. Hurter *Insl. Theol. doy.* tom. 111. tract. VIH. de grat. thés. 193. no 129. edit. V. 1885.

- Ad rem P. Gayraud *Thomisme et Molinisme,* seconde partie,

Introduction : ‹ N'est-il pas étrange que le Molinisme, qui passe pour être le tenant des droits de la liberté, finisse par soutenir la non-activité du libre arbitre? *La liberté n'est pas une puissance active, une cause efficiente.* Le fatalisme luthérien la représentait comme un organe sans vie. ‹ velut inanime quoddam › : sans activité, purement passif, « nihilomnino agere mereque passive se habere». Curieux rapprochement du Néomolinisme et de l'hérésie, contre laquelle le Molinisme fut inventé.' »

Praeter jam adnotata. ex quibus perspici potest quomodo se habeat *Concordia* Molinae respectu *Pelagianismi* et *Calvinism!,* non desunt theologi qui asserunt doctrinam in libro *Concordiae* traditam cohaerere etiam cum *Probabilismo* et cum *Liberalismo.*

Primum : Relationes quidem inter Molinismum et Probilismunv sic indicantur a Contensone in sua *Theologia mentis el cordis* lib. II. dissert. 2. cap. 2. *Improbatio scientiae mediae :* « In fine hujus materiei (inquit) et occasione sacrarum virtutum, quibus acquirendis obesse scientiam mediam vidimus, participem te faciam, Lector, eruditae observationis, quam saepe saepius mente revolvi, eamque probarunt viri acerrimi judicii, et juxta profundae eruditionis; ex eaque magis percipies, cur gratiae per se etlicacis defensores sint rigidioris disciplinae tenaciores. Quia nimirum post accuratum examen fatentur advertisse se laxissimam illam modernorum Casuistarum sub specie probabilitatis licentiam e *fontibus scientiae mediae* promanare, nec esse mirum quorundam ethicam et theologiam moralem dissipare legem Christi, quorum theologia speculativa gratiam Salvatoris evacuat. Sed quae connexio, inquies, quae cohaerentia? Ecce illam : Videntes recentem *Probabilistae* vires hominis lapsi esse ita fractas et debiles, ut nemo, nisi sensus expers, propriae infirmitatis pondus non experiatur; aliunde vero non admittentes gratiam invincibilem et victricem, quae rumpat moras, difficultates evincat, *nec causis anceps suspendatur ullis,* ut loquitur D. Prosper cap. 15. *De ingratis,* sed talem doceant gratiam, quae consensum a scientia media exploratum, exspectet : ideo conantur legem non gratiae virtuti, sed consensus praevisi infirmitati attemperare; et officiorum [nostrorum rationes non arctis Evangelii sanctionibus vel omnipotentissimi adjutorii ex efficaci decreto derivati spe, sed naturae corruptae regula plane· Lesbya et obliqua metiuntur. Hinc frequenter leges apud laxones illos a Sede Apostolica, ingemiscente Alexandro VII. et variis diplomatibus intrinsecum dolorem effundente, reprobatos, non aliam resolutionum suarum rationem adhiberi quam infirmitatem humanam : v. g. non dubitant scribere juvenem non teneri ad consortium occasionis proximae deserendum, si inde taediosam vitam refor-

inidet: quia, inquiunt, praecepta non obligant eum tanto onere, alias grave nimis jugum imponeretur filiis Adam. Hinc tanta ad vitam commodius agendam lenocinia adinveniunt. Hinc invito communi sensu, et repugnante pietate, varios contractus frivolis quibusdam argutiis nituntur usura et simonia purgare, cum apertissima divinae legis irrisione. Hinc omnino omnia Patrum, Canonum et Summorum Pontificum decreta eludunt, ut omnibus quantumvis morosis se accommodent, ut spinas poenitentiae evellant., ut angustam coeli viam dilatent, ut tollant peccata mundi, vel potius peccatis mundum impleant.

At vero fideles S. Augustini et D. Thomae discipuli, suae infirmitatis conscii, et solius gratiae firmitati subnixi, tenent, se ad legem, non legem ad se detorquent; quia mandatorum observantiae spem non in propriis viribus ponunt, sed in eo, a quo bona cuncta procedunt. Unde legem Christi non emoliunt, sed incessanter petunt, victricem gratiae delectationem, qua sibi morientes uni Deo vivant, cique indivulse adhaereant, qui omnipotenti virtute legem, quantumvis carni duram, spiritui reddit, amabilem : *in eo* enim *quod amatur, non laboratur: aut si laboratur, el labor amatur,* ut ait S. Augustinus.

Quid mirum, si Molinianae scientiae seu mediae, discipuli dimidient et ad nihilum ferme redigant normas, statuta et constitutiones Romanae Ecclesiae (quae ab his corruptelis semper abhorruit, semper abhorret, semper abhorrebit, nam ut divine scripsit Stephaniis Papa ad Ecclesiam Africanam : *Absit ab Ecclesia Romana rigorem suum, tam profana facilitate dimittere, el nervos severitatis, eversa fidei majestate, dissolvere).* Quid mirum, si simulacra virtutum venditent, amoris Dei super omnia necessitatem repudient, usuris, simoniis, vindictis, calumniis, immo homicidiis eoiores praetexant, et sacrum poenitentiae rigorem enervent? Ad hujusmodi officia tam antichristiana non est opus decreto de se efficaci gratiam victricem inferente. Nec ad illa exploranda est opus decreto, ad quae operanda sufficit natura sibi relicta. Consequenter plane qui sic aedificant parietem resolutae moralis, scientia media omnibus sola auxilia indifferentia proponente, *leniunt eum,* ut verbis Ezechielis 13. utar : id est, ut exponit Gregorius : *Peccata perpetrantibus adulantur, ut quod perverse aedificant, quasi nitidum reddant.* » Haec Contenson. — Circa hanc materiam vide et lege P. F. Mandonnet, Q. 1'. *Le Décret d'innocent XI contre le Probabilisme.* Extrait de la *Revue Thomiste,* septembre 1901. Janvier 1903. — Relationes quoque inter *Probabilismum* et *Molinismum* indicantur in egregio sane opere cui titulus : *Das Wissen Gottes nach der Lehre des heiligcn Thomas von Aquin. Von* Dr. Cesi,Aos M. Schneider. *Vierte (Schluss) Abteilung,* (Regens-

lung i.'i ub lu capite namque decimo sexto hujus quartae partis, hi i|i|i> ir;u tui de *I'robabilismo* et *Probabiliorismo,* sic praenotando Miiriliil · 'A ir folgen nur dem Beispiele des heiligen Thomas, wenn uir dlr Aldiaiidiinig iiber das Wissen Gottes schliessen mit einer pi nkiischcii Folgerung fiir jenes Moralprincip, welches unter den inoraliseheii Lehrmeinungen die leitende Stelle einnimmt. Zudem i· i in der Annahme des Probabilismus das Traditionsprincip am nngeseheutesten durchbrochen worden ; und es liegt zugleich in diesem Principe der wahre innere praktische Grund fiir die Aufstellung und hartniickigc Verteidigung der scientia media vor. » Ac deinde procedit ad ostendendum *Die Vencandlschafl des Molitiismus und Probabilismus,* n° 415, *Der Probabilismus und dic Vater,* n° 416. *Der Probabilismus ist dic praktische Grundlage fiir die scientia media.* (Sechzehntes Kapitel. *Probalismus und Probabiliorismus.)* %

* " *

Secundum : Relationes autem inter *Molinismum* et *Liberalismum* obviam veniunt statim considerantibus doctrinam Molinae circa humanam libertatem in se ipsa et in suis relationibus cum Dei motione et gratia, libertate et dominio : ut ex probatis in hoc capite et per totam hanc tertiani partem manet ostensum. Afferam tamen aliqua testimonia theologorum. — 1° In novissima editione *Commentariorum* Fcrrariensis in *Summam Contra Gentes,* cura et studio Joachim Sextili, S. Theol. Doctoris, vol. 1. cap. 68. pag. 426 et 427 in nota, haec inter alia ad nostrum propositum criticus editor scribit, dum de Thomistica doctrina circa Dei scientiam, motionem et gratiam disserit : « Et insuper notandum, quod haec Thomistica *de divina causalitale* in creatam libertatem doctrina, malis, quae modernae societati *Liberalismus* inflixit, curandis quam maxime idonea est. Universorum siquidem errorum communis veluti fons est, quod humano arbitrio vindicetur sui actus absolutum dominium, cujusmodi convenire nequit nisi Primo Agenti. Hinc insanissimus error libertatis conscientiae et cultus, et effrenatus ille furor in contemnendas Ecclesiae ejusque capitis leges, quae Primae et Altissimae Causae emanationes purissimae existunt. Ceterum, haec aetatis nostrae deliramenta, consectaria legitima sunt illius Kantiani principii, quod mensura cognitionis et veritatis non sunt res, sed ipse intellectus tamquam ultima et suprema norma : de quo supra, in nota ad cap. 60. pag. 365 diximus. Sic ergo quae Thomistica sapientia statuit de divina motione et illuminatione intellectus et voluntatis creatae, firmissime retinenda sunt ut principia ad vitam practicam Christianorum, eivilisque

' onsortii apprime idonea. De hac voluntatis dependentia et motione ii Deo conferatur S. Thomas : *De Pot.* q. 3. a. 7. ad 12. et 13. ; I. q. 105. a I. ad 2. ; *II. Seni.* dist. 25. q. I. a. 1. ad 3. Inter posteriores theologos conferre praestat Didacum Alvarez *De auxiliis divinae gratiae et humani arbitrii viribus et libertate :* ubi doctissimus theologus profunde versat omnes quaestiones de divino concursu et motione in ordine naturae et gratiae, animo candido et contentionis acredine depurato. » Hactenus claris, editor *Ferrariensis.*

2» Alius praeterea theologus, in doctrina I). Thomae valde versatus, sic eleganter hispano sermone scribebat : « La teoria molinista de la *l'iencia media,* con todas sus consecuencias perturba sobremanera esa armonia (de la gracia y libre albedrio), estableciendo una libertad enteramente emancipada en sus funciones de la soberania de Dios y de su influjo, como primera causa elicienti; universal de todos los actos y movimientos. ya libres, ya necesarios. de sus propias creaturas. Una libertad emancipada en sus funciones y en el ejercicio de sus aetos de todo influjo premovente del gran Motor Soberano que preside al universo, que se llama por eso *alma del mundo* por los antiguos fllôsofos, es una soberania que se levanta eu la tierra. en trente de la soberania del cielo. para iratar con Dios de potcncia à potencia, y sostener tal vez los altos fueros de su propia autonomia contra la ingercncia de Dios y de su influjo premovente en la iniciativa interior de nuestros actos libres.

Nosotros no concebimos, ni podemos concebir csa libertad humaua, que se considera en cierto modo soberana é independiente en *la iniciativa* de sus actos, de todo influjo divino, sino como una reina de la tierra que ha conquistado por si misma sus dominios, levantando su bandera contra el sefiorlo universal del Rey del cielo.

Si esa libertad y esa bandera no son, mâs bien que una armonia entre Dios y el hombre, como supone De Maistre, una rebelion del hombre contra Dios, proclamàndose â si mismo independiente de su Hacedor soberano en *la iniciativa.* y *delerminacion* de sus actos voluntarios, por mâs que reconozca su dominio universal en elôrden transcendente de la existencia, esperamos hasta ahora que sc nos demuestre lo contrario, para poder conformâmes cou las alirmaeiones de De Maistre. Mas como no creemos ni eu esas afirmaciones del buen Condc ni en la posibilidad de uuevas pruebas y nuevas demostraciones molinistas, continuaremos creyendo que esa autonomia. casi divina, de nuestra libertad é independencia en ôrden à

' De Maisthe in opere *De l'Eglise (iallicane,* livre 1. chap. IX. appellat Molinismum « *le plus heureux effort qui ait été fait par la philosophie chrétienne pour accorder ensemble suivant les forces de notre faible intelligence, res olim dissociabiles, libertatem et principatum.* »

la *iniciativu interior* de nuestros actos, si no và al *Panteismor* ntinque de lejos, por io ménos inspira â la inteligencia humana una idea exagcrada de si misma y de su propia libertad. que los *liberales* de lodes les tiempos podrian explotar en su favor, para hacer vin Ides sus ideas, apoyados en la Teoria Molinista. » — (P. Fon-sk.ca. Ord. Praed. *Molina y sus sistema Teolôgico en (rente de Sunto Tomas y de su escucla.* — Manuscrites ineditos en la Biblioteca de S. Tom. de Avila, tom. XIII.)

3« Praeterea, in *Diction, de Théol. (Vacant), Concours divin.* col. 790, P. Frins, sequens vestigia Molinae, scribit: « L'indifférence du libre arbitre n'est nullement passive; elle est vraiment active, ce-qui signifie que le libre arbitre *n'est point déterminé par une cause extérieure,* mais se détermine lui-même. » Et ibid. *Congruisme.* col. 1129 legitur : « L'infaillible efficacité de la grâce, laquelle infaillibilité n'est pas de *causalité,* mais de *prévision* divine immanquable. ... Le domaine souverain de Dieu qui s'étend même aux actes libres de la créature raisonnable, mais sans violer le moins du monde *{'autonomie* du libre arbitre... » (H. Qüilliet.) Si ergo libera voluntas creaturae rationalis : 1" est pure activa ; 2» nullo modo determinatur seu physice movetur a Deo, qui est primum liberum ; 3» habet *autonomiam* etiain per comparationem ad Deum, cujus supremum dominium non attingit sua virtute et causalitate efficiente ipsam determinationem liberi arbitrii creati : si ergo omnia haec ita sunt, ut tradit Molina et ut tradunt Molinistae : tunc *facilis descensus Averno;* et patet atri janua *Liberalismi.* Et eum libertas videatur praedicari *univoce* de primo libero qui est Deus, et de secundis causis liberis quae sunt creaturae rationales : ideo facile quoque-erit descendere usque ad illam propositionem 3am quae continetur in *Syllabo,* nempe :

Humana ratio, nullo prorsus Dei respectu habito, unicus est veri et falsi, boni el mali arbiter, sibi ipsi est lea:, et naturalibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficit.

Atque semper erit verum dicere, quod si Deus non causât determinationem liberi arbitrii, Deus non cognoscit motus liberae volunlatis. Etenim, ut D. Thomas docet I. q. 11. a. II. : « In tantum se extendit scientia Dei. in quantum se extendit ejus causalitas. * Et ibid. q. 57. a. 2. : « Secundum quod causât, sic et cognoscit; quia scientia ejus est causa rei. » En *scientiam mediam* Sancti Thomae !

CAPUT OCTAVUM

Utrum Concordia Molinae sit quid novum a nemine, quem Molina viderit, antea traditum.

I

Diversa testimonia circa novitatem Concordiae.

Phimo : Testimonium Molinae. — Molina ipse ita loquitur ni libro *Concord,* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ultimo : " Longior fui in hac disputatione quam optaram, vereorque ne aliquarum rerum repetitio lectori molestiam attulerit : quia tamen res est magni momenti ac valde lubrica, el haec nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina praedestinatione a nemine, quem viderim, hucusque tradita: ideo satius haec duxi paulo fusius explicare, ne forte eorum pressior explicatio efficeret quominus mens nostra ah his. qui minus ingenio pollent, perciperetur. »

Secundo: Testimonium Petri Fonseca. — P. Petrus Fonseca, η Societate .Jesu, Molinaeque magister, hanc Molinae concordiam esse quidem novam etiam fatetur; attamen ab aliquo, quem Molina ipse abs dubio viderat atque audierat, jam antea traditam, videlicet ab ipso Fonseca, a quo Molina didicerat. At quod Fonseca in aliorum aures proferre timebat, Molina, publici juris librum *Concordiae* faciendo, in lectis praedicare ausus est. *Metaph.* torn. 3. lib. 6. cap. 2. q. 4. sect. 8. ita Molinae praeceptor suam lectori mentem aperuit : « Unum illud scrupulum, inquit, injiciebet, ne hac

ratione novum aliquid fortasse induceretur, quod non omni ex parte cum communi Patrum doctrina aut diligenti scholasticorum examine et accurata lima conveniret. Nec enim quisquam erat qui hoc pacto libertatem arbitrii nostri cum divina praescientia aut providentia aperte el. ut ita dicam, in terminis conciliasse!. »

Tertio : Testimonia alia. — Alius praeterea e Societate quoque Jesu scriptor, Tiphanus sc., *De Ordine* cap. 14. : « Nullum alium, addit, theologum ante Molinam, ne per somnium quidem, de scientia media cogitasse; nec illam ullibi vel supposuisse vel adhibuisse ad ullam sive Scripturae sive theologiae, scholasticae difficultatem expediendam. » Quod et Vazquez in 1. Pari. disp. 68. cap. 4. repetit inquiens : « Quod antiqui scholastici, qui hactenus scripserunt, lanium meminerint scientiae visionis et simplicis inlclligentiae. parum interest; tum quia de hac scientia sub conditione nihil omnino disputarunt aut meminerunt, tum etiam quia illi non dixerunt omnem scientiam Dei in duo illa membra solum dividendam esse... Quid igitur, si nos aliam ponamus, cujus ipsi mentionem non fecerunt neque negarunt '! » Ac denique P. Valentinus de Herice, e Societate etiam .Jesu. extollit scientiam mediam, lotius *Concordiae* lapidem angularem. veluti magnum Dei beneficium Societatis magistris collatum, ut supra cap. 1. dictum est.

Quarto : Quid dicendum de novitate Molinianae Concordiae. — Sed videamus jam, utrum praecipua *Concordiae* capita fuerint necne ante Molinam ab aliquo alio tradita. Quod ut breviter simul ac ordinate peragatur, quaeretur distinete :

1" De concursu simultanée;

•2° De conditione, speciali hujusce concursus quoad opera virtutis et vitii ;

3° De divino gratuito influxu ;

4° De scientia media;

5° De praedestinatione post praevisa merita.

I

11

CONCLUSIO 1.

Doctrina Molinae circa concursum simultaneum fuit antea tradita et similiter explicata :

a) Ab Origene ;
b) A Scoto ;
c) Ab Ambrosio Catharino.

Quoad Origenem. Lib. 3. Ilep· αρχών cap. 1. *De arbitrii, libertate* sic loquitur declarans verba illa Apostoli ad Philipp. 2, 13 : *Velle et perficere ex Deo est :* 1" « Sermo Apostoli non dicit : quia velle mala ex Deo est, aut velle bona ex Deo esi, nec perficere bona aut mala ex Deo est; sed generaliter ait : *Velle et perficere a Deo est.* 2" Sicut enim a Deo habemus hoc ipsum quod homines sumus, quod spiramus, quod movemur : ita el quod volumus, ex Deo habemus; ut sicut dicamus, quod movemur, ex Deo esi, vel quod singula quoque, membra officio suo deserviunt el moventur, ex Deo est. 3° Ex eo utique non illud intelligitur. quia quod movetur manus, verbi causa, ad verberandum injuste vel ad furandum, ex Deo est; sed hoc ipsum quod movetur, ex Deo est. Nostrum vero est motus istos, quibus moveri ex Deo habemus, vel ad bona vel ad mala convertere. 'i° Ita ergo est quod dicit Apostolus; quia virtutem quidem voluntatis accipimus, nos autem abutimur voluntate vel in bonis vel in malis desideriis. 5° Similiter quoque et de effectibus sentiendum est. » Hactenus Origenes.

Ex quibus habentur delineamenta concursus generalis, quem Molina tradit in libro suae *Concordiae.* Nam primo Deus movet nos generatim ; deinde non Deus dat hunc vel illum specialem motum, sed hoc esta nobis, quasi ex nobis solis. Similiter Deus dat nobis vim volendi, vim agendi ; sed nos ipsi soli ad hoc vel illud agendum vel volendum ipsam agendi aut volendi vim flectimus. Pariter, hoc quod nos

abiilamur voluntate in bonis desideriis ita est a nobis, sicut quod abutamur in malis. Et eodem modo in effectibus aliis. Volendi el agendi vim a Deo quidem accepimus: sed hanc vim seu virtutem ad honesta flectere, a nobis ipsis, sicut Hectore in contraria.

I nde, secundum Origenis doctrinam. Deus nostra opera operatur : 1° in quantum dat virtutem operandi ; 2° in quantum generatim ab illo movemur. Specificare autem hunc motum, flectere et determinare hanc vim ad hoc vel illud, hoc totum a causa secunda est, et a causa secunda solummodo. Ex quo sequitur quod : *a)* divinus influxus est indifferens; *b)* non recipitur in ipsa virtute operativa nec in voluntatis potentia: *c)* actio creaturae ea ex parle qua a creatura procedit, independens est a causa prima, quae secundam de potentia in actum (non reducit; *d)* voluntas non determinatura Deo: *e)* voluntatis actus, in quantum ab ipsa emanans. in quantum liber et in quantum honestus, in Deum sicut in causam immediatam non reducitur, sicut nec redii eitur in quantum bono contrarius.

Molina ergo, sicut Origenes. unus est ex illis, de quibus D. Thomas *III. C. Gent.* cap. 89. scribit : « Non intelligentes qualiter motum voluntatis Deus in nobis causare possit absque praejudicio libertatis voluntatis, conati sunt has auctoritates [S. Scripturae male exponere, ut sc. dicerent, quod Deus causal in nobis velle et perficere, in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem sic, quod faciat nos velle hoc vel illud, sicut Origenes exponil 111. Περὶ Αρχῶν cap. 1. » Hanc vero sententiam asserit Angelicus Doctor contrariam esse auctoritatibus Sacrae Scripturae, nec non el naturali rationi ac sanae philosophiae, ut ibidem optime ab ipso comprobatur. Doctrinam itaque Origenis dum refutavit, Molinae quoque *Concordiam* simul reprobavit.

Quoad Scotum. — V. Joan. Duns Scoti *Swmmia Theol.* | I. q. 19. a. 6. sic legitur : « Supponendo voluntatem creatam

\'*en. Joannis Duns Scoti Summa Theologica* ex universis ope-

immediate causare operationem suam, et immediate pariter Deum concurrere cum illa, est libertas in causa libera secunda, stante concursu divino, quanta reperiri potest in creatura; quia Deus non operatur nec concurrit ad operationem voluntatis nisi voluntate libere agente (id est, juxta suae naturae exigentiam et perfectionem) et determinante se ad operandum. Nam si ipsa in actibus suis potest mereri <'l peccare, utique tales, uti dictum est, debent elici et causari suae operationes. *Cum autem se libere determinaverit* ad agendum, tunc Deus concurrit atque operatur cum ea, una cum ipsa producendo quicquid libere fuerit determinatum ab ea. » El deinde ibid. q. 83. a. 1. ad 4. : « Unde dicimus creatam voluntatem esse dominam suorum actuum, quia a divina voluntate nulla vis ei infertur. Nam linita voluntate pro sua potestate *ad unam partem se determinante,* una eadem voluntas eandem decernit, atque in eo decreto certissime novit fulurilionem illius quod ita libere facere decrevit voluntas creata, ut contrarium eligere potuerit. » Vtque ipse Scotus *JI. Sent.* dist. 37. q. 2. arguit volendo probare quod Deus non causal immediate actum voluntatis, sed voluntas est causa *totalis :*

1° Quia « causatio Dei non est in potestate voluntatis creatae, sicut nec virtus agentis superioris est in potestate agentis inferioris. Igitur, si Deus necessario concurrit immediate ut causa immediata volitionis creatae voluntatis, voluntas creata non habet plene in sua potestate illam volitionem... »

2° « Quod ab alio determinatur ad aliquid, non habet illud perfecte in sua potestate. Sed voluntas creata ex hypothesi determinatur a divina voluntate ad hoc. Igitur. *Minor* probatur : Quia aut una voluntas aliam determinat, et tunc non nostra divinam, quia temporale non est causa aeterni, sed e contra: aut neutra aliam, et tunc neutra erit movens mota,

ribus ejus concinnata, juxta ordinem et dispositionem *Summae* Angelici Doctoris S. Thomae Aquinatis, per Fr. Hieronymum de Montefortino, Ord. Fratrum Minorum.

nee eril inter istas ordo essentialis; immo, si divina voluntas non determinat, nostram, posset illa aliquid velle, quod non lleret propter voluntatem nostram non concurrentem. »

3® Quia « velle non esset contingens ad utrumlibet propter potestatem voluntatis nostrae ».

4® Quia « si Deus sit causa volitionis nostrae, erit causa totalis ejus... Igitur voluntas nullam causalitatem haberet respectu suae volitionis... »

5® « Quia voluntas est suprema inter omnes causas activas... causa totalis respectu suae volitionis... Et ita sequitur, quod Deus non causal immediate actum voluntatis. »

Quoad Ambrosium Cathariiium. — « De praescientia ac providentia Dei, quod rerum contingentium non tollat, liber unus », sic circa finem habet :

1® « Nos autem sic respondemus, quod cum revera providentia dicatur respectu futurorum eventuum, qui ab illa providentur, et horum eventuum quidam sint contingentes ex eo qiiod causae contingentes illis ex providentia Dei aptantur ; in unoquoque contingenti effectu, quando jam agit illum causa sua proxima jam determinata, v. g. quae, agit a proposito (nam de hac maxime loqui libet), non diffiteor quod cooperatur tunc in agendo prima, causa, non tamen determinans ipsam causam secundam ad illum effectum, ut non valuerit aliter facere si libuisset, ac etiam libere potuisset ; sed solum permittens illi semetipsam determinare, ut jam illi dederat ex providentia sua; et ita concurrens ad effectum illum, quia, non prohibet, cum valeat. »

2® « Quo fit, ut quando voluntas ac propositum sese ad certam actionem determinat, non se determinat nisi juxta naturam suam : videlicet, non ex causa praecedente el provisa a Deo, quae certam determinationem certe et omnino conducat, sed si libeat. »

3® « Et cum libet, concurrit prima causa, nihil violans naturam, sed coagens ad illam determinationem : coagens autem non ut providentia est jam, cum res sit; quia, ut diximus, futuri est providentia, non praesentis aut praeteriti ;

sed ex providentia praecedenti fil illa actio, et coagit Deus nihil cogens; quia jam ex providentia sua sic decrevit assistere secundis causis, juxta naturas tamen suas. » Hucusque Catharinus, ex cujus doctrina habetur quod : *a)* causa prima cooperatur in agendo ; at *b)* non tamen determinat ipsam causam secundam ad illum effectum, causam sc. quae agit c.x proposito, nempe voluntatem ; *c)* solum permittit illi semetipsam determinare: *d)* et cum jam libet, Deus concurrit cum ipsa voluntate.

111

CONCLUSIO 2.

Doctrina Molinae circa concursum simultaneum in ordine ad bona et mala opera moralia, expresse ad litteram tradita antea erat a quodam scriptore Pelagianam sententiam defendente.

Molina in libro *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 33. tradit : *n)* « Virtutem nostram et vitium non in Deum... sed in nostrum arbitrium nosque ipsosj qui libere in unam aut alteram partem illud flectimus, tamquam in particularem ac propriissimam causam, esse referendam... *b)* Sane, quod *bene* aut male ea opera exerceamus, quae per solam arbitrii nostri facultatem et concursum Dei generalem possumus efficere, in nos ipsos tamquam causam particula rem ac liberam, et non in Deum, est referendum. » Molina ergo eodem modo philosophatur de virtutibus ac de vitiis ; et similiter reducere vult, tamquam in propriissimam causam, in voluntatem creaturae rationalis opera justa et moraliter bona, sicut mala et injusta. Divinus namque influxus indifferens est tam ad bonum quam ad malum, et ut ad virtutem sic ad vitium ; creatura autem rationalis pro innata sua libertate *utitur* divino influxu seu concursu Dei generali vel ad juste

vel ad injuste operandum. Haec enim est una ex proprie- / talibus *concursus simultanei.*

Et Molina videtur arbitrari talem doctrinam traditam fuisse a S. Justino et aliis Ecclesiae Patribus. Etenim adjungit : « Atque hoc est, quod tum alii Patres docent interdum, tum Justinus Martyr in *responsionibus ad Christianos...* aperte docet. »

Revera, in opere cui titulus : *Quaestiones et Responsiones ad Orthodoxos,* q. 8. sic ad litteram reperitur supradicta Molinae doctrina :

« *Quaestio octava* : Si cognitio boni et mali, et ut simus, a Deo accepimus : quomodo non ntriusque causa, qui et ntriusque cognitionem et facultatem naturae indidit utriusque implendi ? *Responsio :* Non solum *esse* nobis dedit Deus et facultatem cognoscendi et faciendi bonum et malum, sed et liberum arbitrium nobis largitus est; et ex iis, quae cognoscimus, id tjuod nobis videtur optione eligendi, dominos nos constituit; atque, ut boni simus vel mali, non in cognitione posuit eorum quae cognoscimus, sed in electione eorum quaè elegimus. Non igitur Deus causa est cur boni simus vel mali, sed liberum arbitrium. » Non igitur causa est Deus virtutis nostrae aut vitii, sed voluntas et propositum nostrum.

Haec est doctrina, quam Molina amplectitur, propugnat et evolvit in libro *Concordiae ;* et aliunde infertur logice ex natura ipsa simultanei concursus, quem Molina contra ponit ad motionem et applicationem, quam D. Thomas exigit in causis secundis. At eritne verum, quod Molina hujusmodi doctrinae aquam minime limpidam hauserit ex fontibus Sanctorum Patrum ?

Observationes. — Prima : In editione Migne, *Patrol, grace.* lorn. VI. Appendix complectens spuria Justini opera, pars. 1. p. 1241-1245, legenda apponitur subsequens « Admonitio in Quaestiones el Responsiones ad Orthodoxos. Justinum hujus operis auctorem non esse, adeo inter omnes hodie convenit, ut id probare non modo necessarium non sit, sed etiam otiosum. Mirandum potius affictum esse illi hujusmodi

monumentum, in quo Iraeneus et Origenes laudantur, Manichaei memorantur, ac scriptae *de. vitis* priscorum anachoretarum historiae laudantur... Nemo sane vituperaret, quod ait idem scriptor q. 8. et 9. cognitionem boni et mali et facultatem ntriusque implendi naturae nostrae a Deo inditam ; » nemo, inquam, id vituperaret, si liberum arbitrium ita peccato primi parentis debilitatum fateretur, ut *vere liberi* esse non possimus nisi nos Filius liberavit. AI in hoc opere ne illud equidem reperio, quod tamen Pelagius fatebatur, cum dicere! : Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio. Sic etiam et Julianus : Sed et si quis dicit homines sine Dei gratia vel adjutorio posse peccata vitare, pariter detestamur. Minus dissimulationis inest nostro *Scriptori*.....Iste Deum causam esse negat cur boni simus aeque ac cur mali. Resp. ad Quaesi. 8. et 9. Adeo callidus est noster hic *Scriptor,* Pelagians© sententiae defensor!... Itaque collocari potest hoc opus intra illud tempus, quod ab ejectis Pelagianis Episcopis ad Nestorianae haeresis turbas effluxit. »

Secunda : *Hoc ipsumjam fuerat adnotatum a P. Thoma de Lemos.* — Etenim in Congreg. *De Auocilis* disp. 6. coram Paulo V.,P. Lemos sic ad defensores Molinae respondebat : « Similiter induxerunt PP. HR. (Jcsuitae) Justinum Martyrem in illo tractatu Quaestionum de Orthodoxis; sed iste tractatus vel opusculum illud. Justini Martyris non est. Cujus vel demonstrationem facit Sixtus Senensis in sua Bibliotheca; quia Justinus Martyr vixit in principio II. saeculi; at vero opusculum illud, illi falso attributum, citat Origenem et Iraeneum, qui fuerunt in fine III. saeculi aut in principio IV. Quomodo ergo Justinus potuit auctores longe se posteriores citare vel allegare ? Omitto, quod multa falsa et absurda continet opusculum illud, de quo modo non ago. »

Tertia : Et adhuc Molina affert, tamquam ad hujusmodi doctrinam corroborandam testimonium Concilii Tridenlini sess. 6. can. 6. : « Si quis dixerit non esse in potestate

hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita. ut bona, Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie el per se, adeo ut sil proprium ejus opus non minus proditio Judae quam vocatio Pauli : A. S. »

Vere quidem. Dicere enim Deum operari opera mala, ita ut bona : haereticum est; error Calvini est. At ut Calvini blasphemiam vitemus, nullum est opus, ut in similiter repro habilem ac reprobandam, plusquam adhuc Pelagii, blasphemiam oppositam incidamus.

Calvinus enim dixil : *Deum ojjerari mala opera, ita ut bona.*

Pelagius autem ait : *Deum operari bona opera, ita ut mala.*

Calvinus dixit : *Deus est causa cur mali et. boni simus.*

Scriptor ille Pelagianus : *Deus non est causa cur boni et. mali simus.*

Calvinus dixil : *Igitur causa est Deus vitii nostri et r,irtutis.*

Scriptor ille ita : .Voa *igitur causa est Deus rirtutis* ■*nostrae ac vitii.*

Ex his, sicut ex aliis pluribus, apparet quomodo errores Pelagii et Lutheri atque Calvini in hac materia de divina motione, licet inter se oppositi et diversi, attamen sicut ex eodem principio deducti, sic ad easdem ultimas conclusiones per diversas et oppositas vias perveniunt. Tam Pelagius quam Calvinus stabiliunt, vel sicut praestabilitum supponunt, prin cipium hoc : *Liberum creaturae rationalis arbitrium cum praeveniente et efficaci Dei motione stare nequit.* Exinde Pelagius sic discurrit : *Gratia Dei non est praeveniens; vel si praevenit, non est efficax.* Calvinus vero ex opposito : *Non est in homine a Deo moto liberum arbitrium.* Atque ita per contrarias vias iter facientes Calvinus et Pelagius obviaverunt sibi in termino viarum, dicentes :

I!' « Deum operari nostra opera mala, sicut bona. »

2° « Deum operari nostra opera bona, sicut mala. »

Ile utriusque igitur haeresi atque errore illud vere dici potest, quod ab Innocentio III. relatum et ad hoc propositum a P. Lemos repetitum et ab aliis postea semel et iterum adnolatum est, videlicet : *Facies quidem diversas habent, sed caudas ad invicem colligatas.*

Oportet itaque redire ad sanam doctrinam in Sacris Litteris traditam, a Patribus propugnatam, a D. Thoma ex principiis Christianae philosophiae circa notionem veram primae causae dilucide deductam ac declaratam, sc. : Deum minime operari mala sicut bona, nec bona sicut mala. Deum esse quidem causam cur boni simus, causam virtutis nostrae; minime vero vitii nostri, aut cur simus mali. Utrumque enim libero nostro arbitrio Deus influit, et ut agat et ut libere et ut bene agat. In actu vero deficiente, sc. peccato, quidquid est de ratione actus et entis et boni, totum hoc a primo agente, sc. Deo, procedit mediante voluntate ; sed ipse defectus, qui est in actu, hoc modo est a voluntate, quod a Deo non procedit. Deus enim intentator malorum est. (Jacob. 1,13-15; I II. q. 79. a. 2.; *II. Seni.* dist. 37. q. 2. a. 1. ad 1. et a. 2.; *De Malo* q. 3. a. 2.1

IV

CONCLUSIO 3.

Doctrina Molinae circa scientiam mediam etiam antea tradita, quoad substantiam rei, manebat ab Origene, a Pelagianis, ab Arianis, ab Ambrosio Catharino et ab aliis.

Quoad Origenem. — In suis Commentariis supra epistolam ad Rom. lib. 7. explicans illa verba « quos praescivit etc. » ita loquitur : « Hoc ergo pacto neque in *praescientia* Dei vel salutis vel perditionis nostrae causa consistit ; neque justificatio ex sola vocatione pendebit; neque glorificari de nostra penitus potestate sublatum. Nam etsi communi intel-

lectu <ie praescient ia sentiamus, non propterea erit aliquid quia id scit Deus futurum ; sed quia futurum est, scitur a Deo· antequam fiat. Nam, etsi v. g. fingeremus Deum non praenoscere aliquid futurum, sine dubio erat quod est, ita ut est. Ut autem scias, quia non in praescientia Dei unicuique salutis causa ponitur, sed in proposito et actibus suis, vide Paulum verentem ne forte cum aliis praedicaverit, ipse reprobus efficiatur, macerare corpus et subjicere servituti. »

Quoad Pelagianos. — Scientiam mediam, ab Origene primum derivatam, a Semipelagianis usurpatam fuisse et explanatam in suis concertationibus contra S. Augustinum, constat ex ipso S. Augustino proscribente ac reprobante illud in primis apud ipsos tritum axioma : *Nisi praescientia exploraverit, praedestinatio nihil decernit;* aliosque praeterea mediab scientiae abusus nempe vel usus, ut quod per hanc scientiam exploraret adultorum fidem et parvulorum· praemature morientium opera futura, si diutius vixissent, ad hoc quod vel ad eos praedicatores mitteret, vel gratiam largiretur, vel e contra denegaret : ut patet ex cap. 14. lib. *De praedest. sanet,* et ex aliis.

Amplius, ex illo etiam libro 1'elagianorum erroribus infecto, unde antea Molina assumpserat illud : *Deus non est causa virtutis nostrae,* accepit quoque auctor *Concordiae* haec quae sequuntur : « Non causa ejus quod futurum est, Dei praenotio; sed quod futurum est, praenotionis. Neque enim praenotionem sequitur, quod futurum est; sed quod futurum est, praenotio. Ita fit, ut non Christus proditionis causa sit, sed proditio causa est Domini praenotionis. » *(Concord.* q. 14. disp. 52.)

Adhuc, S. Augustinus *De praedest. sanet,* cap. 17. : « Nam quid est, quod ait Apostolus : *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem?* Quod profecto si propterea dictum est, quia *praescivit* Deus credituros, non quia *facturus fuerat* ipse credentes; contra *istam praescientiam* loquitur Filius Dei, dicens : Non vos me elegistis, sed ego vos elegi ;. cum hoc potius praescierit Deus, quod ipsi eum fuerant

«•lecturi, ul ab illo mererentur elegi. » Atque in hoc capite et in subsequentibus nihil aliud facit S. Augustinus nisi refutare tamquam contrariam doctrinae Sacrarum Scripturarum *quandam praescientiam,* quam Pelagiani ponebant in Deo tamquam praeviam et necessariam ad electionem et praedestinationem electorum. Ul defendatur illa gratia « contra quam (inquit) merita extolluntur humana, tamquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei... Eligit ergo praedestinans nos... Eligit ergo nos Deus... non quia per nos sancti et immaculati futuri eramus, sed elegit praedestinavitque *ut essemus.* »

Quoad Ariunos. — Hac etiam scientia media sub nomine praescientiae usos fuisse Arianos ad suum defendendum errorem constat : 1° Ex Epistola 1. quae habetur ante Concilium Nicaenum, ubi sic dicitur : « Est enim in nostra quoque situm potestate (ut istae Ecclesiae pestes praedicant) filios Dei fieri, non aliter atque ille (Christus) factus est; scriptum namque est : *Filios genui et exaltavi.* At cum illis objicitur sententia quae deinceps sequitur : *Et ipsi spreverunt* >»e(quod plane naturae Salvatoris, qui est natura immutabilis, repugnat); tunc, omni exuta erga Deum pietate ac reverentia, ajunl Deum, cum *praescientia* et praesentione praenovisset, neutiquam ipsum aspernaturum ; *idcirco ex omnibus elegisse.* Non enim eum aut natura, aut praerogativa quidquam praeter ceteros filios habuisse (nullum namque natura Filium Dei esse affirmant, neque quemquam esse qui ulla cum eo proprietate conjunctus sit); sed cum esset natura mutabilis, et propter singularem in vita el moribus rite instituendis diligentiam ac studium non ad vitia deflecteret. Deum illum elegisse: adeo ul Paulum et Petrum, si in hoc et ipsi obnixe incubuissent, eodem modo futuros luisse asserant filios Dei, quo ille fuit. » '.

1 Mansi *Conciliorum omnium amplissima Collectio* tom. 2. Parisiis 1901. —Sanctum Concil. Nicaenum primum generale, pag. 646. « Epistolae quae antecesserunt Concilium Nicaenum Epistola

2" Idem referi de Arianis Theodoretus lib. 1. *Eccles, historiae* cap. 'I. his verbis : « Conceditur ergo (inquiunt furiae istae) et nobis, filios Dei fieri perinde atque ille. Scriptum est enim : *Filios progenui et amplitudine extuli.* Cum autem opponitur eis, quod mox dicitur : *Ipsi vero me reprobaverunt* (quod certe naturale non est Salvatoris naturae immutabilis); tunc vero omni deserta pietate respondent : Cum *praescientia* sua et praevisione cognovisset de ipso Deus non exprobraturum se : *ideo ex omnibus unum elegisse.* » Ubi manifeste Ariani de praescientia illa conditionata. quae est ante electionem, sermonem faciunt. '.

Alexandri, Episcopi Alexandriac. — Haec est Epistola Synodica, quam Alexander Alexandrinus Episcopus ad cognomen Alexandrum Byzantinum Episcopum scripsit ex Alexandrino Concilio habito anno Christi 321... Eam nobis servavit Theodoretus in lib. I. *Hist. Eccles.* cap. 1. Interpretatio est Christophorsoni. recognita tamen, qua etiam, paucis mutatis usus Ilarduinus, tametsi magis exculta Sirmondiana Theodoreti versio eidem videretur. Habetur et alia versio Epiphanii Scholast. in historia Tripart. lib. 1. cap. 14. » (ibid. pag. 642).

1 Vide Lemos, *Panoplia gratiae* tom. I. tract. 5. *Examinatur scientia media* cap. 6.

Etiam ibid. P. Lemos, tom. II. tract. 5. *De Christi Domini praedestinatione* cap. 10. circa finem sic : ‹ Praeterea, et illud est attentius considerandum, hanc Molinae assertionem (quae dicit praevisam fuisse animam Christi per illam *praescientiam* melius usuram suo arbitrio ex sua libertate, et ideo prae ceteris sic fuisse unitam et ad tantam dignitatem assumptam) non solum Scmipelagianorum. sed Atianorum fuisse fundamentum. Arius enim *hac praescientia* futurorum sub conditione utebatur ad suam defendendam perfidiam. Sic enim de illo refert Alexander Episcopus Alexandrinus ad Alexandrum Episcopum Constaniinopolitanum, Epist. quae incipit : *Est quidem propositum.* Est enim in nostra quoque situm potestate (uti isti Ecclesiae pestes praedicant) filios Dei fleri non aliter atque ille factus. Scriptum namque esse : *Filios genui et exaltavi.*

At cum illis objicitur sententia quae deinceps sequitur : *Et ipsi spreverunt me,* quod plane naturae Salvatoris, qui est natura immutabilis, repugnat, tunc omni excita erga Deum pietate, ajunt:

Deum, cum eum praescientia et praesenlione praenovisset neuliquam ipsum, aspernaturum, idcirco ex omnibus elegisse.

3° Ex eo quod Molina ipse in lib. *Concord,* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 11. sic etiam sermonem facit de sua *media scientia,* qua vult explicare *electionem* animae Christi ad tantam dignitatem : « Illud etiam, quod ad exaltationem, laudem et honorem Christi, sanctissimaeque illius matris, mihi videtur admodum verisimile : sacratissimis eorum duorum animabus non solum excellentiora dona Deum conferre decrevisse, sed etiam *easdem praevidisse melius quam ceteras pro sua innata libertate usuras suo arbitrio; eaque ratione in tantam dignitatem, potius quam ceteras electas fuisse.* [1]

Quoad Ambrosium Catliarinuin. — In opusculo *De praescientia et providentia Dei.* postquam concursum simultaneum, quem Molina propugnat, adumbraverat, assurgit ad Dei praescientiam, quae est ipsissima, quam Molina vocal « nostram scientiam mediam ». Atque ita concludit :

« Unde certus casus, qui evenit a proposito ac voluntate

Habet ur haec epistola in Concilio Nicaeno magno, pag. 501. impressionis Venetae anno 1585.

Attendat ergo prudens lector, quomodo eadem verba et Arii et Molinae in hac parte sint. Uterque enim iu terminis dicit electam luisse animam Christi ad tantam dignitatem prae ceteris, quia Deus sua praescientia novit illam melius ceteris usuram suo arbitrio, si semel crearetur. Sola inter utrumque haec nominalis differentia est, quod Arius dixit praescivisse Deum Christum non reluctaturum; Molina vero dixit Deum praescivisse animam ejus l>ene usuram arbitrio suo.

Similiterque quod Molina dixit : *Eaque ratione in tantam dignitatem. potius quam ceteras electam fuisse;* Arius praemiserat : *Idcirco eum ex omnibus elegisse.* Nulli ergo dubium, quia uterque idem de anima Christi dicat. Ab illis minime differt, ut visum est.

Verum est, in alio differentes esse ; nam Arius divinitatem personae Christi negabat; non autem Molina ».

Hactenus P. Lemos. — Utique. Molina nec negavit nec negare intendebat divinitatem personae Christi. Sed *agere et uti libero arbitrio* est suppositi et personae. Quis ergo utebatur libero arbitrio Christi hominis, suppositum divinum an non ? Ergone est possibile animam Christi uti libero suo arbitrio sine persona Verbi ï

contingenter, non potest dici *certe ac determinate provisus?* n Deo. licet vere dicatur *certe praevisus* secundum illam· praescientiam, de qua locuti sumus, *quae non concurrit ut causa.* sed potius natura praeceditur ab effectu: quia rem dumtaxat videt, quia est in se; non visurus, nisi esset, eo· quod scit jam emanasse a se. Et licet alia sit scientia Dei quae concurrit .cum effectu. praecedens illum ut causa, secundum quam quis posset dicere quod certe et determinate procedit hic effectus tum, cum procedit; recipio totum hoc ad bonum et verum sensum, quem jam diximus et declaravimus, videlicet : ut dicatur talis effectus certe evenire, *jam posita determinatione secundae causae,* cui et astitit prima juxta illius secundae causae naturam. Sed haec necessitas non tollit effectus contingentiam, quia est necessitas ex suppositione. Supponitur enim contingens causa jam determinata ad illum effectum, quae tamen poterat non se determinare ad illum ; cui non se determinanti jam astitisset similiter prima causa juxta providentiae suae legem in hujusmodi. »

Eodem fere tempore quo Gatharinus, etiam Albertus Pbigius Campen *VIII. De libero hominis arbitrio* scribebat : « Non ideo hic facit hoc aut illud, quia alius ipsum videt hoc facere: sed ideo ille videt, quia hic facit. Visio enim rem ipsam, non contra rei visionem sequitur. Quod si insuper oculum cogitemus, cujus *vis* videndi *infinita* sit, intima rerum omnia penetrans, nec solum ea quae sunt, sed el quae, fuerunt et quae futura sunt, attingens atque uno cernens intuitu omnia : neque hinc quicquam mulari naturas conditionesque rerum intelligimus. Neque enim eo posito, ideo fieret aliquid aut foret, quia videretur ab oculo virtutis-immensae hujusmodi; sed idem ab eodem videretur, quia est, fuit aut futurum est. Itaque, cum in hunc modum divinae mentis oculum nihil possit effugere, sed universa ex ipsa visus sui ratione necessario contuetur uno contuitu, aeque futura et praesentia, sed quaecumque talia qualia sunt aut futura sunt; necessaria, contingentia, arbitraria; quamvis infallibiliter omnia. Intueatur, dico; et non prae-

noscat velut in causis, quemadmodum el nos futura, praenoscimus. »

En igitur scientia, quae : *a)* habetur ex vi videndi inlinita, ab oculo immensae virtutis, ex ipsa visus sui ratione, qua res omnes supercomprehenduntur ; *b)* quae *non concurrit* ad res vel effectus rerum, qui videntur, *ut causa; c)* quae potius natura praeceditur ab effectu; quia rem dumtaxat videt, quia est in se; non visurus Deus, nisi esset talis effectus; *d)* quae supponit causam contingentem seu voluntatem jam determinatam ad illum effectum, quae tamen poterat non se determinare; *e)* et quae distinguitur ab alia Dei scientia, quae concurrit cum effectu, praecedens illum ut causa, jam posita determinatione secundae causae, quae est voluntas creata; *f)* et. quam denique scientiam non sequitur quod futurum est ; sed quod futurum est. scientia ipsa postsequitur.

Origenes ergo, et Ariani, et scriptor ille l'elagianus, el Ambrosius Catharinus, et Phygius, habendi sunt tamquam magistri a quibus Molina accepit *suam scientiam mediam.*

D. Thomas quidem 1. q. 14. a. 8. ad 1. et *De Verit.* q. 20. a. 4. ad 1. verba Origenis in bonum sensum trahere conatur, nempe, quod Origenes loquitur de scientia Dei, considerando tantummodo *rationem scientiae,* cui non competit ratio causalilatis nisi prout habet, adjunctam voluntatem ; vel quod scientia Dei non est causa, quae inducit necessitatem in scito, ut cx hoc cogatur aliquid evenire, quia Deus illud scit. Quod autem dicit Origenes : Quia futurum est, ideo scitur a Deo : non importatur, addit Angelicus Doctor, *causa e.ssendi,* sed *causa inferendi* tantum. Si enim aliqua sunt futura, sequitur, quod Deus ea praescierit : non tamen res futurae sunt causa quod Deus eas sciat.

Ad hoc tamen propositum expedii illam Cajetani sagacem observationem recolere, quam apposuit in suis *Comment.* in III. q. 27. a. 4. ad 3., occasione verborum S. Joannis Chrysostomi, quae primo D. Thomas rejicit, et deinde conatur benigne interpretari. Ait enim Cajetanus : « Frequenter enim metor [D. Thomas' sicut in philosophia Aristotelem ut philo-

sophum exponit, quidquid ipse Aristoteles senserit, ila et in theologia Doctores ut theologos, quidquid illi auctores senserint. exponere conatur, ut in sano salventur eorum verba sensu. »

A'

CONCLUSIO 4.

Doctrina Molinae circa gratiam actualem sive divinum gratuitum influxum, quem Molina appellat auxilium particulare (q. 14. a. 13. disp. 20.), partim convenit cum doctrina aliorum theologorum ante Molinam, partim convenire videtur cum doctrina Calvini, et partim cum doctrina Pelagianorum.

Partim convenit cum doctrina aliorum theologorum ante Molinam. Characteres hujus gratuiti influxus sunt juxta Molinam :

1° Esse « motionem quandam in ipsam causam, ut ea mediante in se habeat, unde libere exercere ulterius possit, si velit, ejusmodi opera, qualia ad salutem sunt necessaria ».

2° Esse « motionem quandam, qua liberum arbitrium excitatur et praevenitur, potensque redditur, ut ita adjutum libero suo influxu cooperetur ulterius ejusmodi supernato rales actus, quibus proxime aut remote ad gratiam gratum facientem disponatur ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 29.)

3° « Semper vel tempore vel natura antecedere influxum liberi arbitrii ad actiones suas supernaturales, quibus ad gratiam gratum facientem disponitur. » (ibid. disp. 30.)

4° Allicere, invitare, adjuvare arbitrium nostrum, ut *facilius* consensum praebeat.

5° Liberum arbitrium « gratiam praevenientem *efficacem* reddere consentiendo et cooperando ; vel *inefficacem,* conlinendo consensum et cooperationem ». (ibid. disp. 40. et q. 23. a. 5. disp. 1. inemb. 6.)

Quoad primum et secundum characterem, videlicet, quod gratia actualis sit *motto in ipsam causam, in ipsum liberum arbitrium ;* et quod vi hujusce divinae motionis liberum arbitrium *potens* redditur ut supernaturaliter operetur et ad gratiam gratum facientem disponatur : in hoc Molina videtur exprimere conditiones ipsius physicae praemotionis. Quod autem hujusmodi motio tantum invitet et allieiat liberum arbitrium : in hoc Molina non exprimit nisi conditiones motionis moralis.

Quoad reliqua, doctrinam Molinae jam tradiderat, inter alios, Roardus Tapperus *J)e lib. arb.* a. 7. conci. 9. sic : " Quod Deus omnibus hominibus et praedestinatis et reprobis confert auxilium sufficiens, quo possint bene operari in omni eventu, si velint, *non tamen determinat neque applicat* eurum voluntates *ad bonum vel malum usum;* sed actualis operatio pendet solum ex libertate arbitrii volentis se determinare ad bonam vel ad malam operationem. »

Unde hoc auxilium sufficiens : 1" non determinat neque applicat potentiam voluntatis ad actum; 2° tantum allicit id invitat ; 3° proinde exspectat determinationem ipsius liberi arbitrii; 4° consequenter redditur *efficax* ex ipsius liberi arbitrii consensu.

Etiam a Tappero videtur esse indicata falsa de physica praemotione idea seu notio, quam Molina et Molinistae omnes ostendunt se habere, dum exeo,quod juxtaD. Thomain Deus determinat et applicat voluntatem ad bonum, inferre contendunt, quod similiter determinet ad malum. Quam quidem falsam atque illogicam notionem jam S. Prosper reprehenderat, respondens ad *Capitula calumniantium* doctrinam s. Augustini de intrinseca divinae gratiae efficacia. Sic enim ait in respons. ad cap. 5. : « Quosdam autem ideo vocatos dicere, ut non crederent, *nimis absurdum est;* quasi vocatio ris causa infidelitatis exstiterit, et praedicatio fidei fecerit infideles. » Et ad cap. 6. : « Praedestinationem autem Dei, ave ad bonum sive ad malum, in hominibus operari, *impiissime dicitur,* ut ad utrumque homines quaedam necessitas videatur impellere : cum in bonis voluntas sit intelligenda de

gratin, in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. » El in repons, ad cap. 7. « Non est calumniandum Deo. quare istis non dederit quod aliis dedit; sed confitendum est et misericorditer eum dedisse quod dedit, el juste non dedisse quod non dedit. Ne quemadmodum ex libero arbitrio oritur causa labendi, ita ex ipso oriri videatur et standi : cum illud humano fiat opere, hoc divino impleatur ex munere. »

Semipelagiani volebant inferre ex doctrina S. Augustini id ipsum, quod postea Molinistae [1] etiam facere laborant ex

' Sic v. g. P. Frins, *Dictionnaire de Théologie,* A. *Vacant. Concours divin,* col. 793 ita loquitur : « La prédétermination physique détruit la liberté de nos actions. Car si Dieu nous prédétermine physiquement à un acte, infailliblement et *de nécessité métaphysique,* nous poserons cet acte... ; et nous ne pourrons pas en poser un autre. » Et col. 791 ita : « La prédétermination physique est la cause de l'action humaine tout entière, dans tous ses éléments et sous tous ses rapports; d'où suit qu'elle fait véritablement de Dieu la *cause physique* et *morale* de l'action mauvaise dans son entier. Voilà Dieu cause du mal moral plus que ne le serait un simple conseil ou même un suborneur. Cf. De *Malo* q. 2. a. 1. » Haec P. Frins ex Societate Jesu. Conferamus ergo D. Thomain et audiamus ilium sic respondentem : « Cum *actus* peccati sit *quidam motus* liberi arbitrii, necesse est dicere, quod actus peccati, in quantum est *actus,* sit a Deo... *Bonae actiones* totaliter reducuntur in Deum sicut in causam; si autem deficiant a debito ordine, sequetur actio inordinata, quae est actio peccati ; et sic *id quod est* ibi *de actibne,* reducetur in Deum sicut in causam; quod autem est ibi *de inordinatione* et *deformitate,* non habet Deum causam, sed solum liberum arbitrium. Propter hoc dicitur quod *actio* peccati est a Deo, sed *peccatum* non est a Deo... *Deformitas* peccati non consequitur speciem actus secundum quod est *in genere naturae;* sie autem a Deo causatur; sed consequitur speciem actus secundum quod est *moralis,* prout causatur ex libero arbitrio, sicut in alia quaestione (q. 2. a. 1., 2. et 3.) dictum est... Cum autem aliquid movet seipsum, .non excluditur quin ab alio moveatur, a quo habet *hoc ipsum* quod seipsum movet; et sic non repugnat libertati, quod Deus est causa actus liberi arbitrii. » *(De Malo* q. 3. a. 2.) Unde habetur : 1° quod eum P. Frins ibid. (col. 795) scribit : ‹ Il y a contradiction palpable à prétendre qu'un être se détermine lui-même à un acte, et -qu'il est prédéterminé physiquement et intrinsèquement à ce même ncte par Dieu. Ce qui est entièrement déterminé serait déterminé de

doctrina D. Thomae et Thomistarum ; quasi Deus ex eo quod movet ad bonum, etiam deberet,.juxta regulas logicae, movere ad malum. Haec enim fuit logica Calvini et Lutheri dicen-lium *Deum, operari mala opera hominis ita ut bona.* Quod quidem, ut supra visum est, licet per viam oppositam, ex doctrina Pelagianorum venit quoque inferendum, juxta quam Deus operatur bona opera hominis ita ut mala. Et Molina

nouveau » : videtur ignorare *quod quid esi.* physicae praemotionis, <iuae nihil aliud est nisi complementum virtutis agentis secundi ι x virtute agentis primi. Non ergo destruit libertatem, quod virtu-tem libere agendi complet; nec tollit determinationem proprii actus illud, a quo creatura rationalis habet *hoc ipsum* quod seipsam ad agendum determinet. Et cetera omnia, quae adjungit P. Frins de *necessitate melaphysica,* de *coactione,* de *impossibilitate aliter operandi,* etc. etc., sunt *sea-quipedalia. verba,* et praeterea nihil : ut patet ex dictis *Part. Prim.* pag. 314 et *Part. Secund,* praesertim cap. 4., 5., 8. et 10. pag. 372.

2° Ex hoc ipso quod Deus dat creaturae rationali virtutem libere igendi, et conservat eam. et applicat eam ad agendum, et in virtute Dei creatura operatur : ideo *bonae actiones* totaliter reducuntur in Deum sicut in causam; et similiter *id* quod est de actione in actu peccati. Ut minus sapiens loquitur P. Frins, cum exinde infert *defor-mitatem* peccati etiam reducendam iri in Deum ; nam *deformitas peccati* non consequitur speciem actus secundum quod est in genere naturae. Res notatu digna! P. Frins convertit *motionem physicam* in *moralem,* ut possit concludere contra doctrinam D. Thomae etTho-inistarum ; et infra cap. 10. audiemus quendam Congruistam dicentem quod *motio moralis* movet *physice,* ut inde inferat efficaciam intrin-ecam divinae motionis absque necessitate physicae praemotionis.

At quomodo solvitur quaestio haec in *concursu simullaneo f* 1' Frins (coi. 787) respondet : « C'est la créature, et elle seule, qui *veut* par cet acte... Dieu ne met son concours à la disposition de la créature : 1" qu'en tant que ce concours est indifférent...; ce concours n'est offert que pour assurer à la créature sa pleine liberté... Par contre, le concours que Dieu prête aux actions hon-nêtes, il l'offre avec *le désir* que la créature le mette à profit... › En ■iidutio difficultatis allata a P. Frins, et quae translata ex lingua ■tallica ad latinam, in quaMolina librum suae *Concordiae* composuit, e- se habet : *a)* ‹ Sane, quod *bene* aut *male* ea opera exerceamus... in nos ipsos tamquam in causam particularem ac liberam, et *non in Imum,* est referendum. » *b)* « *Non igitur causa est Deus virtutis nostrae* ac vitii, sed propositum nostrum et voluntas. › (Molina,

Concord, q. 14. a. 13. disp. 30. scribil : « Concursus Der generalis est ad bonas et malas actiones. »

Partiin convenire videtur eum doctrina Calvini. — 1° Ex eo ipso, quod concursus Dei generalis est ad bonas e.t *malax* actiones.

Concord. q. 14. a. 13. disp. 33.) Ita solvunt difficultatem Molina et Molinistae.

Ergo *bonae actiones* non reducuntur in Deum *totaliter!* Ergo *bonae actiones* non sunt referendae in Deum, sed in nos ipsos tamquam in causam ! Ergo Deus non est causa virtutis nostrae ! Deus *desiderat ut bene operemur,* ait P. Frins ! *II l'offre* (le concours) *avec le désir que la créature le mette à profit.* Unde Molina et Molinistae cupientes vitare Charybdim, incidunt in Scyllam. Etenim, juxta modum istum explicandi concursum divinum, proditio Judae non minus est opus Dei quam conversio Pauli ; et ut possint Molinistae dicere quod Deus non est causa vitii seu peccati, asserere coguntur Deum non esse causam nostrae virtutis nec nostrorum bonorum operum. Et adhuc nec per hanc erroneam viam valent Molinistae fugere difficultatem. Quomodo, exempli causa, solvet P. Frins istud argumentum : ‹ Ille est causa saltem moralis peccati, qui ponit hominem in occasionibus et.circumstantiis, in quibus

peccandi, moraliter movent et incitant ad peccandum; ita et qui ponit hominem in illis, censetur esse causa moralis, cur ille incidat in peccatum. Sic ille qui ducit alium ad tabernam, in *qua. prapvidit* et *certo scit,* quod incidet in ebrietatem, et in ipsa ebrietate hominem interficiet, censetur esse causa moralis talis ebrietatis et homicidii. Unde cum Deus, secundum principia adversariorum, *videat per scientiam mediam* plures occasiones et circumstantias in quibus homo non peccabit, et plures alias in quibus infallibiliter incidet in peccatum; eumque interdum constituat in illis, in quibus *praevidit* eum lapsurum potius quam in aliis, in quibus *praescivit* illum non peccaturum, videtur esse causa moralis cur homo peccet, et insidiari ejus saluti : sicut dux viae censetur viatoribus struere insidias cum eos ducit per silvam aut per alias vias, quas periculosas esse novit et latronum infestionibus expositas ; vel sicut venator avibus et feris silvestribus insidiari dicitur, dum eas ad certum locum, quem novit, ire compellit, ut incidant in casses et laqueos, quos paravit. Unde *scientia media non exploratrix, sed insidialrim dicenda est.* » (Gonet *Clypeus Theol. Thomisl. De Deo uno* tract. 3. disp. 6. a. 6. § 10.)

2° Ex co quod Molina facit consistere gratiam praevenientem : *a)* in motibus et affectibus, qui « mere naturaliter oriuntur in voluntate, existenle illustratione intellectus»; *h)* « gratiam praevenientem (id est, praedicti *affectus* et *motus)* esse distinctam ab actibus, ad quos liberum arbitrium a Deo per eam excitatur ;» c) «ad hujusmodi affectus (in quibus consistit quidditas gratiae praevenientis) non cooperatur voluntas, qua liberum arbitrium est; » *d)* « sed, velit nolit, praesente cognitione insurgunt, et patitur illos (voluntas seu homo) supernaturales; » *e)* « nihilominus motus illi actiones quaedam vitales sunt, quas in se experitur voluntas, ad quas proinde necesse est concurrat efficienter, non quidem qua liberum arbitrium est, sed qua voluntas d natura quaedam est: » *f)* « rationem virtutis non habent. » i *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 45.)

Unde habentur sub gratia Molinistica : 1" actiones vitales, ad quos non concurrit efficienter voluntas creaturae rationalis, quatenus voluntas est; 2° *actiones* quas, *velit nolit,* voluntas rationalis efficit, et *quas patitur:* 3n actiones quae non habent rationem virtutis; 4° actiones quas voluntas cflicit sub imperio gratiae, sed non libere.

Partim convenit cuin doctrina Pelagianorum. — Secundum doctrinam Molinae, supernaturales motus seu actiones volun latis, qua liberum arbitrium est, quantumvis speciali gratiae auxilio praeveniantur, attamen : 1° Procedunt a libera hominis voluntate, seipsam inflectente in consensum absque ·IK›. quod a Deo per suum influxum gratuitum determinetur cu physice moveatur atque applicetur ad operandum.
Procedunt a libero arbitrio agente independenter a Deo. in quantum liberum arbitrium « adhibet suum proprium ı'I peculiarem influxum, ultra totam vim et influxum gratiae praevenientis, ut actus ille bonusve liberi arbitrii usus equator ». (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 10.) 3° Procedunt a libero arbitrio ita. ut vis gratiae praevenientis non recipitur in potentia liberae voluntatis; nec proinde vis el influxus gratiae actualis *complet* et *elevat* vim et inlluxum liberi

arbitrii, 4" Procedunt a libero arbitrio, sicut procedunt actus omnes in ipso dumtaxat naturae ordine, nempe : exspectante Deo ipsam liberi arbitrii determinationem et consensum. 5® Gratia praeveniens est «motus voluntatis, antequam Paulus (vel alius quicumque justificandus) ullum liberum assensum eliceret »: et gratia adjuvans seu cooperans est « influxus eum arbitrio, pendens, ut sit, ab influxu et cooperatione ipsius liberi arbitrii ». *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 53. memb. 3.) 6° Ita quod. « existente in duobus aequali auxilio gratiae, praevenientis ex parte Dei, potest unus eorum pro sua libertate converti, et alius non converti ». 7° Immo, « tangente Deo majori auxilio unum quam alterum, potest, qui minori auxilio tangitur, pro sua libertate converti, (piando alius cum majori pro sua etiam libertate non convertitur, sed manet obstinatus ». (q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 12.)

Atque ita Molina, discedens a doctrina D. Thomae : *a)* circa influxum divinum in ordine naturae ; *b)* circa influxum divinum in ordine supernatural), sive circa quidditatem gratiae operantis et coopérants (tametsi aliter Augustinum intellexerit D. Thomas duobus articulis citatis I-II. q. 111. a. 2. et 3. *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 33.) : instituit *duplicent seriem actuum supernaturalium* voluntatis, in «piarum prima actus sunt effectus (vel potius ipsa essentia) gratiae praevenientis et operantis ; et hujusmodi actus sunt *indeliberati, necessarii,* et insurgunt, velit nolit voluntas. Unde ex hac parte Molina progreditur ultra Jansenium et. appropinquat usque ad Calvinum.

In altera autem serie, actus sunt *deliberati, voluntarii, liberi,* et sunt effectus gratiae cooperantis et adjuvantis. A'erumtamen : 1° Gratia adjuvans et cooperans dependet, ut sit, a cooperatione liberi arbitrii: 2° est influxus cum libero arbitrio : 3° verus concursus simultaneus in ordine supernatural!; 4° et sicut gratia operans et praeveniens *exspectat* consensum liberi arbitrii, sic gratia cooperans el adjuvans *subsequitur* ad ipsum consensum ; 5° est proinde pedisequa liberi arbitrii, et ab illo determinabilis.

Ex hac parte Molina non satis recedit a doctrina Semipela-

gianorum. Et quod mirum est, juxta Molinam gratia operans <'I gratia cooperans est una et eadem numero, et similiter gratia praeveniens et adjuvans: et gratia operans ac praeveniens consistit in motibus indeliberatis, non liberis, non habentibus rationem virtutis; et e contra, gratia cooperans el adjuvans consistit in motibus liberis et rationem virtutis habentibus. Si ergo gratia operans el gratia cooperans est una et eadem numero gratia : ergo motus deliberatus et mdeliberatus, liber el necessarius, habens rationem virtutis et non habens, erit quoque *unus et idem numero motus;* el ideo a fortiori, idem specie motus sive actus. Praeterea, ad quid ergo duplex ista series actuum supernaturalium <ine ratione, nec causa? Et quomodo gratia, cum sil *aliquid '•/Jectum·* a solo Deo in nobis, poterit formaliter ac essentialiter consistere in actu qui efficitur a creatura et prodiit, tamquam effectus a sua causa vel principio, ex ipsa potentia eperativa? En ad quod perducit illud inlelligere aliter, quam I). Thomas intellexit, gratiam operantem S. Augustini !

Ipsemet Bellarminus *I. De lib. arb. et grat.* cap. 12. loquens de his scriptoribus qui existimant in potestate hominis esse, ut gratiam reddat efficacem, (piae alioquin non esset, nisi sufficiens, sicut Molina expresse per totam nam *Concordiam* proclamat, ait : « Haec opinio aliena est omnino a sententia etiam Scripturarum Divinarum... Evertit omnino fundamentum praedestinationis divinae... Nullus locus praedestinationi relinqueretur, sed tantum praescienliae. » Et ita est. sicut in subsequent! conclusione magis I patebit.

VI

CONCLUSIO 5.

Doctrina Molinae circa praedestinationem non ab Augustino, non a D. Thoma, sed per alias vias, quas Sancti isti Doctores reprobaverunt, originem trahit.

Arg. I͏lll". — Ex dictis supra capite sexto, ubi ex professo probatur praedestinationem Molinianam esse contrariam S. Scripturae, doctrinae Augustini etD. Thomae, el doctrinae Ecclesiae.

Arg. 2u,n. — Quia, ut bene observat Bellarminus, doctrina Molinae circa efficaciam divinae gratiae evertit omnino fundamentum praedestinationis divinae. Et nullus locus praedestinationi relinquitur, sed lanium praescientiae.

Arg. 3“". — Molina, velit nolit, ratione scientiae mediae el concursus simultané), et duplici seriei actuum supernaturaliuin unius ac ejusdem numero gratiae, quam homo pro sua innata libertate reddit *efflcacam.* venit necessario collocandus inter illos theologos, de quibus i). Thoma 1. q. 23. a. 5. scripsit : « Sed isti videntur distinxisse inter id quod est ex gratia, et id quod est ex libero arbitrio, quasi non possit esse idem ex utroque... Non est autem distinctum quod est ex libero arbitrio el ex praedestinatione, sicut nec est distinctum quod est ex causa secunda et causa prima. »

Arg. 4U,“. — Quia praedestinatio Molinae habet duo capita. Unum ex partil Dei, hunc potius ordinem rerum quam alium volentis creare, et in eo haec potius auxilia quam alia conferre, cum quibus praevidebat *hos* el *non illos* pro libertate sui arbitrii perventuros in vitam aeternam ; cum Deus potuerit, si voluisset, alium ordinem creare et alia auxilia conferre, cum quibus praevidebat etiam contrarium, nempe : *illos* et *non hos* pro libertate sui arbitrii in vitam

aeternam perventuros. Alterum ex parte liberi arbitrii hominis. ex innata libertate pendet : 1° Quod Deus per suam scientiam mediam praevideret hoc et non oppositum : 2° quod Heus conferat illi gratiam praevenientem juxta famosum illud pactum, de quo supra; 3" quod gratia praeveniens redderetur *efficax;* 4° uno verbo : « quod voluntas creandi eum ordinem rerum et in eo conferendi haec et non alia auxilia, lationem praedestinationis comparatione horum adultorum, el non illorum, fuerit sortita ».

Ex primo ergo capite Molina dicit « praedestinationem non habere causam aut rationem ex parte usus liberi arbitrii praedestinatorum et reproborum, sed in solam liberam Dei voluntatem esse reducendam ». Ex secundo autem capite Molina dicit « dari rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi ».

Juxta sensum primi capitis, « negandum praedestinationem luisse secundum praescientiam usus arbitrii cujusque praevisi ». Juxta sensum capitis secundi, « id ipsum... omnino concedendum, nempe : praedestinationem fuisse secundum praescientiam usus liberi arbitrii meritorumque cujusque adulti ».

Juxta sensum primi capitis loquitur S. Augustinus, el cum illo el post illum D. Thomas. Juxta sensum secundi capitis loquitur aut exponendus est Origenes. *{Concord.* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. ult. i

Ex parte quidem capitis secundi omnia apparent clara et aperta; nullum adest mysterium, secretum nullum; unusquisque pro sua innata libertate, faciens quod est in se viribus naturalibus, obtinet gratiam praevenientem, gratiam deinde sanctificantem, perseverantiam finalem ; et uno verbo. Ime quod modus providendi sortiatur *rationem praedestinationis* vel solum *rationem providentiae.*

Ex parte vero capitis primi inveniri totum mysterium suae praedestinationis Molina fatetur. Unde q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 11. ait : « Punctum vero praedestinationis, abysi.usque inscrutabilis divini consilii, in eo sunt posita, quod iiiin Deus infinitas alias providendi *non praedestinatio*

rationes *noverit,* quibus pro eadem ipsorum libertate ii vitam devenissent aeternam, *fuissentque* proinde *praedestinati:* itemque infinitas alias *noverit* rationes providendi *praedestinatis,* quibus sua libertate beatitudinem amitterent fuissentque reprobi. Pro sua tantum libera voluntate, et non pro qualitate usus liberi arbitrii praevisi, ne ut con-·. ditione quidem sine qua non. eum providendi modum utris- : que elegerit, per quem praevidit *illos* in vitam aeternam pro sua libertate non perventuros, *hos* vero deventuros esse; atque adeo *illos* futuros reprobos, *hos* vero praedestinatos existere : neutris ullam inierim injuriam irrogando, praesertim cum ulrisque de iis providerit mediis, per quae, si per ipsos non staret, ad vitam aeternam devenirent. »

Si his namque adjungatur quod Molina *Concord,* q. 23„ a. 3. *Quid sit reprobatio* tradit de duplici electione in Deo· meditanda, quarum prima nihil aliud est nisi « ob merita. Christi media nobis (Deum) voluisse conferre, quibus sancti essemus » : et altera est « qua tamquam jam ex misericordia, ac donis suis dignos effectos vita aeterna, nos ut tales acceptat, eamque, tamquam dignis, nobis tribuere statuit »: si haec, inquam, omnia simul conferantur ac meditentur, doctrina Molinae circa praedestinationem non videtur multum diffère :

1° Ab hac doctrina Origenis Ilepc αρχών lib. 3. cap. 1. : « Non facit quidem Creator Deus quoddam vas ad honorem, el alia vasa ad contumeliam ; sed illud vas, quod se purgavit ab omni immunditia, ipsum facit vas ad honorem ; quod vero vitiorum sordibus se maculaverit, illud vas ad contumeliam facit. Itaque concluditur ex hoc, quia prius gestorum uniuscujusque causa praecedit, el pro meritis suis unusquisque a Deo vel honoris vas efficitur, vel contumeliae. Unde unumquodque igitur vas ut vel ad honorem a Creatore formetur vel ad contumeliam, ex seipso causas el occasiones praestitit Conditori. Quod si justa haec videtur assertio, sicut est certe justa et cum omni pietate concordans, ut ex praecedentibus, causis unumquodque vas vel ad honorem Deo vel ad contumeliam praeparetur, non videtur absurdum, eodem ordine

atque eadem consequentia. discuticntes nos antiquiores causas, eadem etiam de animarum ratione sentire; et hoc esse in causa quod Jacob dilectus est antequam huic mundo nasceretur, el Esau odio habitus esi. dum adhuc in ventre matris haberetur. »

2° A doctrina omnium qui statuunt tamquam principium : Visi *praescientia exploraverit, praedestinatio nihil decernit.* Exempli causa, Phigius *VIII. De lib. a.rb.* cap. 2. : " Videns autem (inquit), velut deinceps suo illo Divinitatis immenso oculo, cui praesentia sunt omnia, qui omnium sui arbitrii libertate dona sua accepturi ('rant grate, atque ejusdem usuri diligenter ac gnaviter, qui remissius, qui denique abusuri adversus suum honorem et gloriam atque insuper sua corda induraturi adversus suae, bonitatis divitias. *Illos* jam dudum elegit, ac eisdem sua dona praeordinavit; cuique, ad rationem a se gnavitatis et ad pietatem studii ; et praevenientem ad ea omnia, et deducentem adjutricemque gratiam, et tandem gloriam, pro suis cuique praevisis meritis, ad (piam tales praedestinasse ex usu Scripturarum dicitur. Est igitur ab aeterno apud Deum, justorum et qui vitae illius beatae consortes futuri sunt, electio, praefinitio ac praedestinatio : sed quaeex praescientia ejusdem dependet. Praescientia, inquam, grate ab eis excipiendae suae gratiae, el quod cum ea digne fructiiicaluri sint. »

3" A doctrina illorum omnium, de quibus Dominicus Suto in suis *Commentariis* supra epistolam ad Horn. cap. 8. ita loquitur : « Jam inde a quadraginta retro annis adeo recruduit apud istos neotericos invidia hujus vocis *praedestinatio,* ut in toto sermone de nostra praedestinatione ab eodem verbo abhorrent. Sed ajunt : *praefinivit,* seu ; *praedefinivil;* id quod et scholastici jam gratis et nimium istis novatoribus deferentes suscipiunt... Consequens palam (it, ut si Pelagianum est sentire quod gratia justificans datur propter opera, idem sic prorsus error dicere, quod quis praedestinetur propter praevisa opera, vel quia praevisus est bene usurus gratia ; nam id, quod effectus est gratiae. magis repugnat esse causam praedestinationis, quae.

causa est gratiae, quam esse causam ejusdem praecedentis gratiae. »

4" A doctrina denique Henrici Gandavensis, cujus sententiam sic exponit Fr. Ludovicus de Leon tract. *De praedes!.* a. 5. conci. 6. : « *Illa sententia, quae ponit causam et. rationem praedestinationis in bono usu liberi arbitrii gratia concomitante, vel in obedientia et non repugnantia liberi arbitrii, cum excitatur et vocatur a gratia Dei : haec sententia bene intellecta non est omnino improbabilis.* Quod dictum volo sub censura. » Et ad hoc probandum affert in medium : 1° Verba Cone. Trid. sess. 6. cap. 5. nimirum : « ... ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem., neque homo ipse nihil agat inspirationem illam recipiendo, quippe qui illam abjicere potest... » « Ex quo colligitur (ait), quod, quamvis nulla bona operatio, nullus bonus motus, nulla voluntas ad justitiam tendens sit nobis *ex solo libero arbitrio ;* tamen hoc, quod est non repugnare, nec rejicere gratiam excitantem et adjuvantem ad eliciendas bonas voluntates el operationes, est *a solo Ubero arbitrio.* » 2° « Deus non elegit ad gloriam nisi solos illos, quos vidit suae gratiae non repugnaturos... Hom. cap. 8. ait Paulus : *Quos praescivit et praedestinavit;* ex quo sic arguo : D. Paulus in illo testimonio aperte dicit, quod Deus praedestinavit quos praescivit, ita ut sit prius praescire quam praedestinare. Unde vel loquitur Paulus de praescientia qua praescivit illos homines fore secundum esse naturale, vel de praescientia qua praescivit illos non repugnaturos suae gratiae; non loquitur de priori scientia; ergo de secunda, quod est intentum... Propria el particularis praescientia, quae antecedit praedestinationis electionem... nulla alia est nisi quod illi non sunt repugnaturi gratiae Dei. » En verum el purum Molinismum ante Molinam 1.

Haec igitur est doctrina Henrici Gandavensis *Quodl.* 4. a. 19. et 8. a. 5. dicentis quod bonus usus non gratiae, sed

1 Vide supra cap. fi. *conci. ii.* et *Part. Prim.* q. 1. a. 2. IV. et ibid, a. 5. HI. Epilogus.

liberi arbitrii, est causa praedestinationis. Quam quidem sententiam refellit Cajetanus in I. q. 23. a. 5. his verbis :

Videtur enim quod iste (Hernicus de Gandavo) idem fecit judicium de *gratia gratum faciente,* de qua loquitur Augustinus (lib. *83. Quaesi,* q. 68.) et de qua veriiicatur quod bonus usus liberi arbitrii aliquo modo est a nobis, quo non est a gratia: et de *gratia praedestinationis,* id est, gratuita praedestinatione; cum tamen distent plus quam coelum et terra. Quoniam sub ista cadunt non solum actus caritatis, sed omnes eorum modi et gratuita auxilia, et breviter, ut in *littera* dicitur, omne ordinans praedestinatum in vitam aeternam. Et sic, cum bonus usus liberi arbitrii, prout est a nobis, sit unum de bis, quibus ordinamur in vitam aeternam (quia ordinamur, ut libere cooperando bene illam consequamur); sequitur, quod non solum ipse bonus usus liberi arbitrii,sed etiam modus, quo est a nobis, cadat sud praedestinatione; quamvis non cadat sub gratia gratum faciente. Kt sic. cum in *littera* dicitur non esse distinctum quod est a libero arbitrio et praedestinatione, intelligendum est non solum quoad ipsum actum, sed etiam quoad omnem modum ejus. » Haec Cajetanus.

Atque ipse Angelicus Doctor jam omnia argumenta adversus gratuitam praedestinationem solverat, dicens, quod « hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit. I ude si aliquis ponat, et tamen moveatur cor ejus ad removendum illud, hoc est ex dono gratiae Dei vocantis per misericordiam suam. Hoc autem donum gratiae non est gratum laciens. Quod ergo a quibusdam removetur istud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei. Quod autem non removetur, hoc esi ex justitia ejus. » Ita D. Thomas Hebr. 12. lect. 3. '.

' Non desunt, qui Ludovxcum de Leon annumerent inter praecurares Molinianae doctrinae : 1° propter hoc quod reputabat sententiam suprapositam circa praedestinationis causam et rationem « *non <sse omnino improbabilem.* » : 2° propter octo propositiones purum Molinismum redolentes, ex isto tract. *De praedesl.* depromptas, et praesertim in probationibus supradictae conclusionis contentas, de quibus accusatus est apud tribunal Hispanicae Inquisitionis ;

VU

Observationes circa praedestinationem Molinianam.

Prima : Juxta Molinam, proprie loquendo, Deus non praedestinat nec eligit ex sola dilectione aliquos ad gloriam. — '] Etenim Deus : *a)* Primo explorat sua scientia media, quid

3<> propter hoc quod 1'. Antolinez ex Ord. S. Augustini 12 august. anno 1600 scribebat ad 1*. Gregorium Nunnez Coronel, ut in *Congreg. de Auxiliis* faveret *Concordiae* Molinae, hanc adducens rationem : ‹ Et quidem, si Vestra Paternitas attente perlegat (librum *Concordiae),* vix subtilius aliquid reperturus sit, quod.non in suis lecturis Magister Frater Ludovicus Legionensis insinuaverit. › (Livings Meyer. *Hislor. Congreg.* tom. 1. pag. 122) Verumtamen dicere oportet, quod Mag. Ludovicus doctrinam 1). Thomae circa praedestinationem ac circa physicam praemotionem tenuit et docuit, ut constat : *a) ex eo* quod in ipso tract. *De praedest.* a. 5. statim subjungit ultimam conclusionem his terminis : « *Vera el sequenda sententia est, quod ex parte nostri nulla datur ratio el causa- nostrae praedestinationis, nec cur Deus aliquos praedestinaverit, nec etiam cur potius hos homines quam illos.* Haec opinio in primis est D. Augustini in pluribus locis, et praecipue in libro *Depraedest. sanet,* et in libro *De dono persev.* et in libro adversus articulos sibi falso impositos, et /. *Hetracl.* cap. 28. ; et D. Augustinum secuti sunt omnes Patres, qui post illum steterunt, Hilarius, Fulgentius, Gregorius, Bernardus et D. Thomas. » *(Mag. Luysii Legionensis opera,* tom. 7. pag. '.10, edit. 1895); *b)* quoniam in tract. *De creatione rerum* q. 5. per quinque propositiones tradit, doctrinam D. Thomae circa physicam praemotionem sic :

« 1. Propositio : *Deus causis secundis non solum dedit /armas et virtutes operatrices et illas conservat; sed etiam quotiescumque- causae secundae aliquid operantur, Deus actu movet illas ad agendum.* Sed quaerat aliquis, quidnam sit Deum movere causas secundas ad agendum? Nam videtur nihil aliud esse quam dare illis formam et virtutem, per quam moveantur. De hoc sit :

2. Propositio : *Movere ad agendum, non est conferre alicui nec conservare virtutem activam, sed virtutem activam jam collatam actu applicare ad actionem et conjungere cum effectu...*

pro sua innata libertate lacient homines ex hypothesi, qua in hoc vel in illo ordine rerum collocentur, et his vel aliis luxiliis adjuventur: et Deus *vidit* hos homines consensuros gratiae et illam reddere efficacem, alios non in tali ordine rerum ; et e contra in ordine alio.

b) Deinde, ex sola sua divina voluntate elegit hunc et non illum ordinem rerum, in quo praevidit hos suae gratiae consensuros; in hac tamen electione nihil influit bonus usus liberi arbitrii praevisus.

3. Propositio : *Deus non solum /novel causas secundas, quotiescumque operantur, sed etiam virtutem suam litis communicat: qua virtute Deus, tamquam principale agens, elevat causas secundas ut instrumenta ad attingendum effectus suos...* Ceterum quaerat aliquis, quaenain sit divina virtus, quam participat causa secunda, quotiescumque agit, el qua elevatur ad attingendos suos effectus ? In hoc sit :

4. Propositio : *Haec virtus elevans non est illa quae esi in Deu. nec est virtus atque forma quae in causa secunda haeret atqw. permanet, sed est quaedam participatio divinae virtutis, a Deo in creaturis producta, quae tamen in illis non habet esse permanens. sed esse incompletum per modum- transeuntis.* Hoc ita esse docet D. Thomas... Ex his sequitur :

Ultima propositio : *Deus concurrit ad omnes effectus positivos ausarum secundarum, et illos attingit immediate immediatione virtutis, non autem immediatione suppositi.* » Haec Fr. Ludovicus de Leon, ibid. tom. 7. pag. 164, 165 et 166.

His tamen non obstantibus, quaedam alia ab ipso legimus tradita, quae cum doctrina de physica praemotione non cohaerent, v. g. cum in tract. *De praedest.* art. 5. (pag. 72) scribit : « Illius primi hominis atque omnium nostrorum voluntates non determinavit ad bonum: *quod si fecisset, esset contra libertatem arbitrii.* » Praeterea : Cum in Salmantina Universitate quidam Societatis Jesu alumnus, Prudentius de Montemajor dictus, theses quasdam die 20 Januarii an. 1582 in publicis concertationibus defendendas susceperit. I-T. Ludovicus de Leon, videns jesuitain theses sustentantem graviter premi a nonnullis Magistris, praesertim Dominicains, in adjutorium jesuitae veniens, affirmabat doctrinam illam posse secure tradi, et mm modo haeresim non esse, sed neque censura ulla inuri posse. Theses vero illae, publici juris factae sex annis antequam liber *oncordiae* in lucem ederetur, continent *medullam* totius libri

c.) Poston, in hoc online .jam electo. Deus confert omnibus-auxilia gratiae, et aliquando adhuc majora his qui non salvantur; unde Deus vult aequali voluntate omnes homines salvos fieri.

d) Ac denique, reliqua omnia pendent ex innata uniuscujusque libertate, a qua hic modus providendi a Deo electus habet quod sit vel praedestinatio vel reprobatio. Quod modus providendi sil. ille vel iste : a sola Dei voluntate pendet. Quod sortiatur rationem praedestinationis vel non : ab

praelo dati deinde Ulyssipone 1588 atque exhibent, *quintam essentiam* Molinismi. Ex eis quaedam sic se habent. :

1. « Si Christus habuit praeceptum moriendi impositum a Patre, neeessitabatur quoad impletionem illius, sic adeo, ut nihil libertatis haberet in substantia operis moriendi, et consequenter non meruit in substantia operis. »

2. ‹ Non quod Deus voluit me loqui, ego loquor; sed contra, quod ego loquor, Deus voluit me loqui. »

3. ‹ Deus non est causa operationis liberae, sed causât tantum esse causae. ›

•l. « Dei providentia non determinat voluntatem humanam aut quamlibet aliam particularem causam ad bene operandum, sed potius particularis causa determinat actum divinae providentiae. »

5. ‹ Deus providet bona opera moralia fieri in generali et in communi, non tamen hic et nunc et in particulari. »

fi, « Conferente Deo aequale auxilium duobus hominibus absque ullo superaddito, poterit alter illorum converti, alter vero renuere. »

7. ‹ Solo auxilio Dei sufficienti absque ullo alio praevenienti Petrus de facto convertitur. ›

8. « Impius in justificatione sua determinat auxilium Dei suffi-l iens ad actualem usum per voluntatem suam. » (Vide ‹ *La Ciudad de Dios* 5 de Septembre de 1896. Segundo proceso instruido por la Inquisiciou de Valladolid contra Fray Luis de Leon, por el P. Fr. Francisco Blanco Garcia. ›)

Circa hanc historicam quaestionem vide etiam « *Vida y Procesos del Maestro Fr. Luis de Le6npov* et P Fr. Luis G. Alonso Getino .O.P. Salamanca 1907. » Opus quidem accurate, erudite, ac eleganter scriptum. In hujus namque libri parte prima cap. 10. legitur : « Fr. Luis de Leon, que ya al explicar el tratado *De praedestinatione* antes del primer *Proceso,* favoreciô la opinion contraria â San Agustin › â Santo Tomas, se mostrô el afio de 1582 patrono del jesuita Montemayor. que las combatiô abiertamente. Como era natural, esas

hominum voluntate pendet. Deus utique *praesciebat;* sed ipsa praescientia divina, ex qua pendet electio, praefinitio et praedestinatio, pendet ex eo, quod homines pro sua innata libertate volunt facere. Unde postremo :

e) Ad consensum et determinationem liberi arbitrii ad bona vel mala opera praevisa, per quae unus facit seipsum dignum vita aeterna, et alius non, sequitur illa secunda electio ad gloriam ex duabus, quas Molina docet esse in Deo meditandas: et c contra, exclusio ab ipsa gloria, similiter

doctrinas causaron en el Claustro de Salamanca un revuelo muy parecido al levantado pocos afios, despues en toda Espafia por Molina, que sustentô las mismas enseôanzas, aunque con mâs claridad y franqueza.

Un sistema, tan ingenioso para dejar â salvo la libertad humana, pareciô A aquellos teôlogos lesivo A los intereses divinos, â la eficacia de la divina gracia, al beneficio de la predestinaciôn y A la misma libertad humana, que si no tiene en la divina sus raices, si és anterior A ella, se pareec algo al fato, al inflexible fato de las legendas mitolôgicas.

Asi, al menos, pareciô à la generalidad de los Maestros, distin■uiéndose entre los que recriminaron la conducta de Fr. Luis de Leôn, sus hermanos de hâbito los doctissimos teôlogos Juan de Guevara y Pedro de Aragôn, que llegaron A calificar, coma veremos. la doctrina de *pelagiana.*

Fuéacusado Fr. Luis al Santo Oficio por Fr. Juan de Santa Cruz. fraile jerônimo, por Fr. Pedro de Aragôn, Fr. Martin Cosco.jales \ Fr. Andrés Solana, agustinos, por el mercedario Francisco Zumel, \ por Fr. Juan de Lorenzana, que no se dice en el *Proceso* de que Orden era, pero que sospecho fuese el dominico de este nombre, que despues fué tan célébré como director espiritual de Santa Rosa de Lima. Fr. Luis de Leôn no llegô A tener noticia clara de estas acusaeiones ; aunque temiéndolas. presento varios escritos al Santo oficio, reconociendo en uno que *habia sido temerario* en lo que defendiô. A la postre, se redujo todo A que el Inquisidor General I). Gaspar de Quiroga le llamase â Toledo y reprendiese severamente, (■on apercibhniento deque si no se moderaba en adelante,*procederia* ' *entra élpor todo rigor de derecho.* No pasô de aqui cl rigor de la Santa Inquisiciôn con un teôlogo ya otra vez encausado y aliora denunciado por sus proprios hermanos y colegas en la enseùanza. » Ucinde pag. 572 apponitur documentum ad rem hanc pertinens : *pendice para aclaracion del segundo Proceso.*

propler demerita praevisa, quae dicitur reprobatio. Et sic pro meritis suis unusquisque a Deo vel honoris vas efficitur vel contumeliae. Et sic. unumquodque vas, ul vel ad honorem a Deo formetur, vel ad contumeliam, ex seipso *causas* el *occasiones* praestitit Salvatori. Quaenam profecto fortiores causae el occasiones majores, quam quae ab unoquoque praestantur Deo, dum quisque pro sua libertate facit, quod modus providendi ad salutem a Deo electus, *sortiatur rationem praedestinationis rei solummodo procidentiae '*

Secunda : Quonam sensu, juxta Molinam, erit falsum dicere adultos esse praedestinatos propter propria merita. — Molina quidem scripsit q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 9. : « Nullum adultum praedestinatum esse in vitam aeternam nisi per propria merita... Simul observa me non dixisse adultos praedestinatos esse *propter* propria merita, sed *per* propria merita. Illud enim est falsum : hoc autem est verum. » lievera, falsum esi dicere adultos praedestinatos esse ad gloriam propter propria merita. Quapropter, juxta ipsum etiam Molinam, falsum dicunt Molinistae, qui praedestinationem post et propter praevisa propria merita affirmant. *. Enisum quoque dicit Molina, qui ponit electionem ad gloriam, postquam a Deo eligendi jam ipsa gloria digni per gratiam facti fuerunt. El falsum quoque, dum tradit homines pro sua

| Hurter, toni. 2. tract. 5. *Üe Deo uno,* pag. 89 (edit. 1885) : ‹ Praeferenda videtur sententia docens, sicut in tempore confert gloriam propter merita, ita ab aeterno gloriam electis parasse vel destinasse *propter merita eorundem praevisa.* » — Pesch *De Deo uno* part. III. sect. 3. §2. pag. 193 (edit. 1895) :* Prop. LV11. Doctrina, qua statuitur praedestinatio post praevisa merita, variis modis probatur... Ita praedestinatio ad gloriam est regni praeparatio. Atqui regni praeparatio facta est *propter merita.* Ergo... Idem patet ex membro parallelo : *Discedite a me in ignem aeternum...* Atqui nulli paratus est ignis ante praevisionem malorum operum. Ergo a pari judicandum est de praeparatione gloriae. » Et ita Molinistae omnes, qui jam absque ambagibus praedicant adultum esse praedestinatum ad vitam aeternam *propter meritapraevisa;* et pari judicio judicant de praeparatione gloriae ac de praeparatione poenae.

libertate tacere quod talis ordo electus a Deo sortiatur rationem praedestinationis vel non.

Sed verba illa Molinae non valent tantum, quantum sonant; nam Molina non definit praedestinationem sicut S. Augustinus et D. Thomas. Pro Molina praedestinatio est : « Ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus *praevidet* creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam, cum proposito eundem ordinem exsequendi. » Atque ita, cum Molina ait : *h'alswn est adultos esse praedestinatos propter propria merita,* vult dicere : « Quod Deus hunc potius ordinem rerum quam alium voluerit creare, et in eo haec potius auxilia quam alia conferre, cum quibus *praevidebat* hos el non illos pro libertate sui arbitrii perventuros in vitam aeternam, nullam fuisse causam aut rationem ex parte adultorum praedestinatorum et reproborum. » Id est : 1° Quod Deus *praeviderit,* ex libertate creaturae pendet; 2° quod ordo electus a Deo sortiatur *rationem praedestinationis* vel non, ex libertate creaturae pendet; 3° quod non obstante quod *praeviderit* creaturam suam perventuram in beatitudinem in tali ordine, attamen nihil influente hac praevisione ex sola sua voluntate Deus collocavit suam creaturam in tali alio ordine, in quo *praevidit* ipsam perventuram in damnationem. Hoc vult dicere Molina, sc. quod merita praevisa non movent voluntatem Dei ad collocandos homines in illo ordine rerum, in quo ipse Deus *praevidet* et *scit* scientia media ipsos in gloriam et vitam aeternam perventuros, vel c contrario. Quamobrem, cum Molinistae dicunt sic : « Deus ab aeterno electis gloriam decrevit et destinavit propter eorundem merita ex gratia praevisa », dicunt quidem falsum, sed non illogicum juxta Magistri principia.

Tertia : Contra Molinam possunt retorqueri omnia quae ipse Molina ausus est proferre contra S. Augustinum et I». Thomam. — Quare autem Deus, non obstante quod praevidit Petrum, v. g.. in hoc ordine rerum collocatum, esse ad beatitudinem perventurum, *voluit* ex sola sua voluntate l'elrum collocare in alio ordine, in quo praevidebat Petrum

non perventurum ? Molina, qui omnia voluit conciliare,, lune respondet : « Abyssus inscrutabilis divini consilii! » (memb. 11. disp. 1. q. 23. a. 5.)

Quapropter praedestinatio Moliniana ex capite quo convenit cum Origene, tendit in omnia absurda, quae militant contra Pelagianorum doctrinam. Et ex capite quo convenit eum S. Augustino, incurrit in omnes difficultates, quas ipse Molina et Molinistae omnes, cantilenam Semipelagianorum· repetentes, objiciunt contra praedestinationem ante praevisa merita.

Quare Deus ponit hunc hominem in tali ordine rerum, in quo *praevidit* esse damnandum, et non ponit illum in tali alio, in quo etiam *praevidit* esse salvandum? Molina respondet : Abyssus inscrutabilis ! Ergo Thomistae possunt retorquere contra Molinam omnia quae scripta manent in libro *Concordiae* q. 23. a. 5. disp. 1. memb. 6. contra praedestinationem SS. Augustini et Thomae, sc. : « Duram nimis, indignamque divina bonitate et clementia judicari... Certe id potius duri, feri et crudelis, quam clementissimr Principis, Auctorisque totius consolationis, bonitatis, ac pietatis esse videtur; eaque ratione potius obscuraretur divina justitia quam commendabilis redderetur ! »

CAPUT NONUM

Utrum Concordia Molinae dealbata per Congruismum Bellarmini et Suarezii mutaverit speciem suam.

I

PRAENOTANDA

Phimo : Post linitas Congrcgrationes de Auxiliis doctrina Molinae fuitne proscripta? — Ultima enim omnium disputationum in controversia *De Auxiliis divinae graliae* habita est coram Paulo V. 22. Februarii, die cathedrae S. Petri anno 1606. Post has ergo celeberrimas *De Auxiliis* controversias, in quibus praecipua Molinianae *Concordiae* capita, ad examen vocata et cum doctrina S. Augustini acD. Thomae collata fuerant, supervenitne aliquod praeceptum, ne in scholis catholicis Molinismus purus traderetur? Saltem theologis Societatis fuit impositum, ut in posterum docerent aliter quam in libro suae *Concordiae* Molina docuerat. Unde ipsimet Molinistae fatentur, quod huic superiorum mandato, tamquam veri filii oboedientiae, humiliter atque obsequenter se subjecerunt; et ex tunc per spatium ducentorum annorum e! amplius siluit Molinismus in scholis Societatis.

1 ‹ On constate qu'à partir de ce décret (le décret d'Aquaviva), le *pur Molinisme* cessa d'être enseigné parmi nous. Partout, depuis lors, dans nos écoles, régna le *Congruisme,* système complexe, sorte d'intermédiaire entre le Molinisme et le Thomisme... Enfants d'obéissance, nos théologiens se sont soumis pendant plus de deux

Secundo : Cujusnain superioris mandato doctrina Molinae proscripta fuerit. — Petrus de Ledesma *De divinae gratiae auxiliis* loquitur de quibusdam Litteris ad hanc rem pertinentibus et jam sub Clemente Vili, promulgatis, Ait enim : « Ipse Clemens VIII. tam pro sui animi nobilitate benignitateque, tunc vero propter doctrinae utilitatem el necessitatem, theologis concessit de hac materia disputare; eum certa tamen differentia, taliter ut illi, qui sunt ex Ordine, Praedicatorum, ut veri discipuli I). Thomae, suam doctrinam et sententiam sequantur el doceant sine ulla limitatione; illi vero, qui sunt ex Societate Jesu, cum quibus est conlroversia, qui Angelici Docturis doctrinam, saltem in hac parte, non sequuntur, concessit ul istam materiam in lucem proferant, taliter quod sanam el catholicam doctrinam in omnibus doceant. Et hoc constat ex Litteris testimonialibus cujusdam Illustrissimi Cardinalis Madrucii, quas ego vidi. Omnibus tamen praecepit, ul a nola el censura oppositae sententiae abstineant : quod quidem. Deo dante, ita liet. » Haec Ledesma in *Introduc/, ad quaestionem fundamentaleml* sui tractatus *De gratia,* quinque abhinc annis post linitas sub Paulo V. omnes Congregationes *De Auxiliis.*

Utrum vero etiam Paulus V., absolutis Congregationibus *De Auxiliis,* statuerit sententiam esse ferendam, eamque contra doctrinam Molinae; immo, et Pontificii quoqiie Diplomatis seu Bullae exemplar fuisse jam de facto delineatum ; et quare hujusmodi sententiae promulgationem in aliud tempus Summus Pontifex distulerit : hoc non est hujus loci discutere, sed historicis relinquimus investigandum ac dilucidandum. Urget siquidem de Molinisino et de variationibus

cents ans aux ordres de leur Général. » *(lianes* et *Molina,* par le P. Th. de Regnon de la Compagnie de Jésus, p. 120.)

' *Tractatus de divinae gratiae auxiliis,* circa ilia verba Isaiae cap. 26. : *Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine:* et circa doctrinam D. Thomae multis in locis. Praecipue I. q. 19. a. 8. et q. 23. Et 1-11. q. 111. Auctore Fratre Petro de Ledesma in Sacra Theologia Magistro, et ejusdem facultatis in Salmauticensi Academia vespertinae cathedrae Moderatore. Salmanticae MDCXI.

Molinismi historiam scribi, in qua nihil quod sit falsum dicatur, nihilque quod verum sit taceatur. Ac tunc facta ipsa loquentur '.

Tektxo : Decretum P. Claudii Aquaviva, Societatis Jesii Praepositi Generalis. — In hoc decreto statuitur : « Ut in tradenda divinae gratiae efficacitate theologi Societatis eam opinionem sequantur, sive in lectionibus sive in publicis disputationibus, quae a plerisque Societatis scriptoribus Iradita, atque in controversia *De Auxiliis divinae gratiae* coram Summis Pontificibus piae memoriae CJemente VIII. et S. D. N. Paulo V. tamquam magis consentanea SS. Augustino et Thomae gravissimorum Patrum judicio explicata et defensa est 3. Nostri in posterum omnino doceant, inter eam

1 Circa tioc observat P. Mandonnet *Le décret cl'Innocent XI contre b- Probabilisme,* p. (58 et sq. sic scribens : « ...On ne peut simultanément être Moliniste et être très préoccupé de se conformer aux indications doctrinales fournies de temps à autre par l'autorité ecclésiastique compétente, te *Thomisme,* en effet, jouit non seulement d'approbations pontificales générales souvent réitérées, mais il a vu ses doctrines sur la grâce être l'objet de manifestations analogues. Par contre, jamais un mot n'a été dit par le Saint-Siège en faveur de Molina et de ses doctrines. Le *Molinisme* n'a à son actif que des condamnations multiples, ditlicilement esquivées, au temps des disputes *De Auxiliis* (1598-1607), comme en font foi encore les .jugements originaux des consulteurs de ces Congrégations. Il a aussi a son compte la prohibition faite par le P. Aquaviva, général de la compagnie de Jésus, de l'enseigner purement et simplement (décret du 14 décembre 1613, dans 1. H. Amat de Graveson, *Epistolae theo· iigicae-historico-polemicae,* Yenetiis 1729-30, 11. p. 237), prohibition renouvelée en 1651, par la neuvième congrégation générale de la Société *(Ordinatio pro studiis. Propositiones Theologicae :* 25. *In materia de efficacia, gratiae servetur decretum P. Claudii conditum 14 decembris 1613).* »

- Ad ha.ee P. Schiffini S. J. disp. I. *De efficacia grat.* sect. 8. scribit : « Ea sententia in decreto Aquavivae de gratia enuntiatur, quae in Congregationibus *Dc Auxiliis* a Patribus Societatis defensa fuit. Fuit autem constanter· defensa doctrina Molinae... » Utique; et Molina in sua *Concordia* rejicit tale discrimen inter gratiam suflicientem «l efficacem, in *actu primo,* ex *Dei intentione,* ex *ratione virtutis*

gratimn. quae effectam reipsa habet atque *efp,ca.r* dicitur, et eam quam *sufficientem* nominant, non tantum discrimen esse in actu secundo, quia ex usu liberi arbitrii, etiam cooperantem gratiam habentis, effectum sortiatur, altera non item : sed in ipso actu primo, quod, posita scientia eonditionalium, ex efficaci Dei proposito atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, de industria ea media seligit, atque eo modo el tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, aliis usurus, si haec inefficacia praevidisset. Quare semper moraliler el in ration»' beneficii plus aliquid in efficaci quam in sufficienti gratia est, in actu primo contineri ; atque hac ratione efficere Deum, ut reipsa faciamus, non tantum quia dat gratiam qua facere possimus. Quod idem dicendum est de perseverantia, quae procul dubio donum Dei est. » Haec 1'. Claudius Aquaviva anno 1613 '.

motivai·. Unde videtur P. Aquaviva jam ambigue et in aequivoco loqui. Inde P. de Regnon *Haiiez et Molina* p. 133 : « Ce que nous savons par l'histoire, c'est que si l'ordre du Général fut strictement observé dans la Compagnie, on évita cependant d'insister sur la doctrine qu'il impose, sauf dans tes cours de théologie. Là, même, on chercha bientôt à *fondre ensemble* le Congruismc et le Molinisme pour obéir au décret, *sans renoncer* à un sentiment plus consolant... Par conséquent, nous pouvons actuellement, en toute obéissance et soumission, défendre la. conception de nos incomparables théologiens Molina et Lessius... Voici donc Molina une second»» fois délivré de toute entrave, et admis à expliquer librement son système. » Haec P. de Regnon scribebat anno 1883; et Leo XIII. die 30. decemb. anno 1892 scripsit Litteras Apostolicas *Gravissime Nos.* ex quibus aliqua fragmenta in subsequent! *Adnotatione* transcribuntur, ut lector ipse valeat judicare et discernere supradicta.

1 Hocce decretum P. Claudii Aquaviva videtur instaurari ac corroborari absque ambagibus et sine ullo aequivoco per Litteras Apostolicas Leonis XIII. *Gravissime Nos* « quibus Constitutiones Societatis ,Jesu de doctrina S. Thomae Aquinatis profitenda confirmantur ». In his ergo Litteris inter alia plura, quae ad rem spectant, haec scribuntur :

a) « Societatis leges (quibus alumni sapientiam Aquinatis persequi et profiteri tenentur)... in summam quandam conferre, easque firmas atque in perpetuum ratas suprema auctoritate Nostra declarare. Quo etiam fiet, ut si quae forte speciosae causae

Quarto : Introductio Congruismi in scholis Societatis. — Vi ac virtute antecedentis decreti introductus fuit in scholis Societatis Congruismus, cujus protoparentes habentur Bel-

vel inductae consuetudinis aliqua ex parte contrariae vel minus rectae interpretationis resideant, eis penitus sublatis, regula et norma statuatur a Nobis certa, stabilis et definita. »

b) « Qui porro Societatis praescriptiones de studiis perpenderit, ei perspicuum erit doctrinam S. Thomae etiam in philosophicis, non in theologicis tantum, esse omnino sequendam. »

c) « Neque tamen Nobis sententia est derogari quidquam de praedaris scriptorum meritis, quos Societas per aetates eduxit... Nam virtute ut erant ingenio *eximii,* data studiosissime opera scriptis Angelici, certis locis sententiam ejus copiose luculenterque exposuerunt... At maxime vero cavendum, ne forte ex *opinione* qua illi floreant *eximii auctores, ex* ipsoque studio quod impendatur eorum scriptis, potius quam adjumenta, ut propositum recte est, ad veram colendam S. Thomae doctrinam suppeditentur, aliquid oriatur quod uniformi doctrinae officiat... »

d) « Nemo autem inducat in animum licere sibi illis promiscuis opinionibus uti, quas forte deprehenderit in libris scriptorum Societatis eisque de moderatorum permissu editis. Praeter enim quam quod ex *istis non pauci* editi sunt antequam certas de studiis leges Societas constituisset, ejusmodi libertati numquam summi praepositi non restiterunt, hoc praeterea frequenter aperteque, etiam sub hoc tempore testati, in quibusdam librorum censoribus et diligentiae plus et severitatis fuisse optandum. (Ex litteris I'. C. Aquaviva anno 1613, *de observanda ratione studiorum deque doctrina S. Thomae.)* »

e) ‹ Quaedam enimvero libera datur facultas, primo, si *quando re/ ambigua fuerat S. Thomae sententia- vel in his quaestionibus quas S. Thomas non attingit;* in quibus ergo quaestionibus ab illo tractatis, sententia ejus dilucida emergat, ne in istis quidem liberum est ab ipso deflectere. »

f) « Hic tamen illas revocare juverit plenas judicii cautiones, a Γ. (’. Aquaviva datas : *Neque vero satis est binis vel ternis locis niti sparsim collectis, et per consequentias aut inconvenientias, vel cum violentia adductis ; quasi credendum sit eam esse opinionem sancti viri, quia illam quomodocumque innuit aliud agens* ‘*u illis locis. Verum necesse est videre, quid sentiat, ubi ea- professo al agit, et attente expendere, quidquam cohaerenter vel dissonanter afferat cum reliquo corpore doctrinae (P. Aquaviva, De soliditate el uniformitate doctrinae, 24. maji 1611);* sc. ne quis vanis artibus persuadeat sibi sententiam Angelici ambiguitati patere. »

larminus et. Suarez. Concordia ergo Molinae, dealbata per Congruismum Bellarmini ac Suarezii. mutaveritne speciem suam? Hoc est quod nunc inquirere oportet; atque ut ordinale procedamus, breviter ac succincte indicabimus, quid- ;

</) ‹ De quaestionibus autem, quas ille fortasse non attigit, principia et capita doctrinae ejus penitus cognita sint oportet, ne quae reddantur responsa ullo modo pugnent cum illis ; apteque hio faciunt, quae censuit ea ipsa Congregatio XXIII. *serio monendos esse nostros tum theologiae tum philosophiae professores et scholasticos, ne proprio judicio nimium fidentes novas a se conceptas interpretationes pro vera germanaque S. Thomae doctrina temere aut inconsulte tradant (Decret. 18.)* ›

h) « In ipsis porro *quaestionibus mere philosophicis,* duo opportune incidunt admonenda : alterum, ut in *rebus alicujus momenti ab Aristotele* (Congreg. V. decr. 56.) (eademque de causa a S. Thoma} non recedant;... alterum, ut sibi interdictum existiment recedere a S. Thoma in praecipuis et quae tamquam fundamentum sunt aliorum plurium. »

Haec et alia hujusmodi postquam Leo XIII. jussit ac ordinavit, addit : « Ad ultimum, quo praescripta Nostra firmius permaneant et melius ampliusque succedant, decernimus, ut hae Apostolicae Litterae in forma Brevis datae, in universa Societate .Jesu sint et ab omnibus habeantur tamquam definita ac perpetua lex de doctrinarum delectu: ut ad cetera pontificia documenta, quibus complentur instituta ejusdem Societatis, adjungantur, atque tam certa consulantur norma, si quae incidant de recta studiorum ratione cognoscenda quaestiones; ut ipsarum exemplaria sodalibus, quotquot sunt eruntve moderatores, vel studiorum praefecti, vel magistri rei theologicae aut philosophicae, vel librorum censores, singulis singula tradantur ; ut eadem, statim ut allatae erunt, itemque quotannis in instauratione studiorum, in collegiis omnibus vel domiciliis Societatis ubi philosophiae vel theologiae studia coluntur, publice ad mensam legantur. »

« Jamvero, quae Litteris hisce Nostris declaravimus et statuimus, ea omnia rata firmaque in omne tempus permaneant; irritum autem et inane futurum edicimus, si quid super his a quoquam contigerit attentari, contrariis nihil obstantibus quibuscumque. »

« Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXX. decembris MDCCGXCII, Pontificatus Nostri anno decimo-, quinto. »

Haec igitur sunt, quae Leo XIII. inter alia praescripsit in suis Litteris Apostolicis *Gravissime Nos.*

quid Bellarminus et Suarez circa quatuor principia Molinianae *Concordiae* tradiderunt. Ac incipiendo modo inverso, quo antea eadem principia ad examen vocantes cum doctrina D. Thomae comparavimus, dicendum est :

1° De praedestinatione ;
2° De gratiae actualis auxilio ;
3° De scientia media ;
4° De concursu simultaneo.

II

In quo differant Molinismus et Congruismus circa praedestinationem.

Primum namque, quod Bellarminus el Suarez, Congruismi fundatores, in Molinae doctrina arbitrati sunt statim esse reformandum ac plane corrigendum, est profecto ultimum ad quod omnia alia in libro *Concordiae* videntur esse ordinata, videlicet : doctrina circa praedestinationem. Molina enim tradiderat : « *Dari, rationem praedestinationis adultorum eoe parte usus liberi arbitrii praevisi.* » *(Concord.* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. ult.) Bellarminus autem et Suarez, ad doctrinam S. Augustini et D. Thomae, quae est doctrina traditionalis Ecclesiae catholicae, respicientes, oppositam conclusionem tradiderunt propugnandam, nempe : *Nullam dari rationem praedestinationis adultorum eoo parte usus liberi, arbitrii praevisi.* »

Bellarminus quidem *II. De grat. et lib. arb.* a cap. il. usque ad cap. 15. hanc propositionem : « Praedestinationis divinae nulla ratio ex parte nostra assignari potest. » « Praedestinationis nullam esse causam in nobis » probat atque ostendit : *a)* ex Divinis Litteris: *b)* ex traditione Ecclesiae; *e)* rationibus ex Scriptura et traditione desumptis: *d)* ex Patribus: *e)* et solvendo argumenta in contra, et « simul

ostendendo non solum ad gratiam efficacem, sed etiam ad gloriam gratis hominem elegi ». Ac ibid, admittit praedestinationis definitionem factam a S. Augustino *De dono persev.* cap. I 'i. sc. : « *Est praescientia et praeparatio beneficiorum Dei. quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.* » El addil : « Sed posset paulo plenius ex doctrina ejusdem Augustini ita praedestinatio definiri : *Praedestinatio est providentia Dei, qua certi homines, ex massa perditionis* ■*misericorditer selecti, per infallibilia media in vitam diriguntur aeternam...* Dicitur : *infallibilia media;* quoniam praedestinatio certissima est. Nemo enim rapere potest electas oves de manu pastoris omnipotentis, ut ipse dicil Job. 10. Dicitur : *in vitam diriguntur aeternam ;* quoniam in hoc proprie ratio praedestinationis consistit, ut sil directio et quasi transmissio rei praedestinatae per certa media ad suum finem. Ex hac nostra definitione sic explicata, perspicua erit definitio Augustiniana. Significat enim Augustinus nihil esse aliud praedestinare nisi *praescire* quibus mediis infallibiliter certi homines salvari possint, el *velle efficaciter* ea media praeparare. »

Et denique in calce cap. 11. concludit Bellarminus : « *Itaque sedes Apostolica non tantum semel, sed etiam secundo et tertio adversus Pelagi.anorum reliquias pro defensoribus gratiae et praedestinationis sententiam tulit, ut jam haec sententia non quorumvis Doctorum opinio, sed fides Ecclesiae catholicae dici debeat :* id quod in sequenti capite adhuc apertius, Deo juvante, monstrabitur.»

In sequenti vero capite, quod est 12. proponit « rationes non ex sola speculatione nostra, sed ex ipsis Sacrarum Litterarum el traditionis ecclesiasticae fontibus derivatas »: quibus probatur, quod « soli illi salvantur, quos Deus gratis salvari decreverit ».

Suarez autem *De praedest.* cap. 8. : « Ex Augustini (ait) sententia electio ad gloriam fuit ante praevisa merita. Est sine, dubio haec sententia Augustini, ut omnes fere auctores consuerunt, et *III. De auxiliis* cap. 16. et 17. late ostendi

. l defendi. » Atque *II. De causa praedest.* cap. 23. : « Dico primo : Ex parte praedestinati nullam dari causam praedestinationis. quantum ad aeternam praedestinationem ad 1'loriam. vel ad perseverantiam, vel ad gratiam sanctificantem, vel ad bonos actus supernaturales : etiamsi talium ellectuum, ut in tempore donantur, possit dari aliqua causa vel ratio ex parte hominis. Haec est sententia D. Thomae I. q. 23. a. 5., ubi Gajetanus et alii moderni Themistae... Estque sine dubio sententia Augustini. »

Critica. Quoad praedestinationem ergo *Conyruismus* et *Molinismus* videntur tradere opposita. Etenim : *a)* Molina definit praedestinationem : « Ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus *praevidet* creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam, eum proposito eum ordinem exsequendi. » Bellarminus autem praedestinationem delinit : « Providentia Dei. qua *certi homines,* ex massa perditionis *misericorditer selecti,* per infallibilia media in vitam diriguntur aeternam. » *b)* Molina vult conciliare Origenem cum S. Augustino, et S. Augustinum cum Origene. Unde duo distinguens in praedestinatione. videlicet : 1° quod Deus hunc potius ordinem rerum quam alium voluerit creare, et in eo haec potius auxilia quam alia voluerit hominibus conferre : 2° quod voluntas haec. Dei rationem praedestinationis habuerit vel non. .iit : Ex primo capite negandum est praedestinationem fuisse ecundum praescientiam usus arbitrii cujusque praevisi. Ex alio vero capite id sine scrupulo concedendum est. Bellarminus autem et Suarez jam non videntur velle hujusmodi *duo capita* distinguere, nec Origenem cum S. Augustino concordare, *c)* Molina exhibet veluti *coronam suae Concordiae* hanc propositionem : *Ex hoc capite diximus dari rationem paedestinationis adultorum ex parte usus Uberi arbitrii praevisi.* Bellarminus et Suarez astruunt tamquam ummitatem Congruismi propositionem contrariam, immo contradictoriam : *Ex nullo capite dari posse rationem praedestinationis adultorum, ex parte usus liberi arbitrii praevisi.*

HI

In quo differant Molinismus et Congruismus circa gratiae actualis auxilium.

Molina. - Eliam quoad efficaciam supernaturalis divinae motionis, *Molinismus* el *Congruismus,* saltem quatenus ad apparentiam, videntur opposita tradere. Molina enim q. 14. disp. 40. expresse docet : *a)* « Divisio sufficientis auxilii in efficacem el inefficacem, nostra sententia, *ab effectu,* qui simul ab arbitrii libertate pendet, sumatur. » *b)* « llludque. auxilium sufficiens, sive magis sivi' minus in se sit. *efficax* dicatur, cum quo arbitrium pro sua libertate convertitur... Illud vero *inefficax* dicatur, cum quo arbitrium pro eadem sua libertate non convertitur. « c) « Auxilia gratiae non habere *ex sua natura,* quod efficacia sint aut non sint; sed id pendere ex eo. quod arbitrium eis motum et excitatum consentire et cooperari velit aut non velit, (disp. 53. memb. 1.) Atque adeo in libera potestate nostra esse illa *efficacia* reddere. » (disp. 40.)

Suarez. — Suarez autem *111. De auxiliis dir. grot.* cap. 7_ ait : « Probabilius et verius statuimus auxilium non dici efficax. *quia facit,* sed etiam *quia rires praebet efficacissimas* voluntati, ut Augustinus dixit *De grat. et lib. arb.* cap. 17. Nam et proprietas ipsius vocis hoc requirit; dicitur enim medicamentum efficax non ex eo solum quod facit, sed quod singularem vim habet ad agendum. Sic ergo dicitur auxilium efficax... Est ergo auxilium efficax illud gratiae principium, quod peculiarem vim el efficaciam habet *ad inducendam* humanam voluntatem, ut consentiat. » Et *II. Da sedentia condit, futur, conting.* cap. 4. : « Quod sit aliqua divina vocatio ita efficax, ut certum et infallibilem habeat effectum, quatenus ex Dei intentione procedit, satis in sui parioribus ostensum esi, tam ex modo loquendi Sacrae

cripturae quam ex doctrina PI'., praesertim Augustini et Chrysostomi. »

Itellarininns. — Bellarminus vero *I. De grat. el lib. arb.* cap. 12. ubi aggreditur declarare, in qua re sita sit gratiae efficacia, scribit : « Prima opinio eorum est qui gratiam efficacem constituunt in assensu et cooperatione humana, ita ut ab eventu dicatur gratia *efficax,* quia videlicet sortitui· effectum, et ideo sortitur effectum quia voluntas humana i noperatur. Itaque existimant hi auctores, in potestate hominis esse ut gratiam faciat esse efficacem, quae alioquin ex se non esset nisi *sufficiens.*

Haec opinio aliena est omnino a sententia etiam Scripturarum Divinarum ; nam S. Augustinus *De. praedest. sanci.* cap. 8. dicit : *a)* gratiam, efficacem videlicet, a nullo duro corde respui, quia ipsa cor emollit: ubi vides *efficaciam* Iribui gratiae, non voluntati humanae, *b)* Et *De spirit, et Iit/,* cap. 34. quaerens, cur Deus uni ita *suadeat,* ut *persuadeat,* alteri non ita. non respondet : quia unus consentit, el alter non consentit, sed exclamat : *O altitudo divitiarum!* Itaque referi in *arcanum divinae voluntatis,* cur uni detur gratia efficax, alteri non detur, *c)* Et in *Epist. 107. ad Vitalem* reprehendit eos, qui dicunt omnes homines fuisse accepturos gratiam Dei, si non illi, quibus non datur, eam sua voluntate respuerent. Ubi sine dubio loquitur de gratia efficaci ; nam *gratiam sufficientem* probabimus paulo infra ex ententia S. Augustini omnibus hominibus dari. Non igitur vult S. Augustinus gratiam efficacem pendere ab humana \oluntate, sed a divina, *d)* Denique, tam est hoc in operibus \ugustini frequens et obvium, ut supervacaneum sit id pluribus confirmare... *e)* Si vera esset opinio istorum (Molinae et Molinistarum), fidelem ab infideli plane discerneret liberum arbitrium... El tamen Apostolus hoc omnino prohibet... *f)* Denique, haec opinio evertit omnino fundamentum praedestinationis divinae... Quod si vocatio efficax non penderet a proposito Dei, sed ab humana voluntate, nullus locus *praedestinationi* relinqueretur, sed tantum *praescientiae:*

neque Apostolus dixisset, ut secundum electionem propositum Dei maneret... *g)* Omitto, quod esset abuti vocabulis. Micare gratiam efficacem, eamque a sufficiente distinguere, si nulla omnino in ipsa gratia distinctio esset, et totum discrimen ab humana voluntate penderet. » Ita recte Bellarminus..

Critica. — Ex quibus patet : 1" Quod *Congruismus* el *Molinismus* non videntur convenire in his, quae spectant ad alterum principium fundamentale Molinianae *Concordiae*^ quod est *auxilium particulare gratiae.* Suarez adhuc non existimat doctrinam Molinae circa hoc esse damnandam, sed dumtaxat declarat oppositam *probabiliorem* el *veriorem..* Bellarminus vero non dubitat declarare, quod *haec opinio,* nempe ipsissima Molinae doctrina : *a)* « aliena est omnino a sententia etiam Scripturarum Divinarum: » *b)* « aliena a doctrina S. Augustini:» *c)* « evertit omnino fundamentum praedestinationis divinae : » *d)* « esset abuti vocabulis ». hoc modo distinguere gratiam efficacem a sufficiente.

Inde etiam patet : 2° quomodo, latentibus ipsismet Congruismi fundatoribus, arcte inter se ad invicem inveniuntur connexa et quae pertinent ad divisionem divinae graliae in sufficientem et efficacem el quae ad praedestinationis doctrinam referuntur. Si enim nulla omnino in ipsa gratia distinctio adest, sed totum discrimen ab humana voluntate pendet. « nullus locus praedestinationi relinqueretur » ; « evertitur omnino fundamentum praedestinationis divinae. » Et consequenter recte concludi posset cum Molina : Dari rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi.

IV

In quo differant Molinismus et Congruismus circa scientiam mediam.

Circa hoc principium, quod Molinianae *Concordiae* lapis, angularis est, nec datur nec dari potest differentia vel ulla oppositio inter *Congruismum* et *Molinismum.* Quoniam

.ibsque media scientia nec Molinismus esset Molinismus, nec Congruismus esset Congruismus. Scientia media est *petra,* rx qua utrumque systema excisum est, et supra quam ulrumque fundatur. Quamobrem nec Suarez nec Bellarininus discedunt a Molina quoad *quidditatem* scientiae mediae; sed illam praesupponunt, supra illam aedificant; el in illa Molinismus et Congruismus obviant sibi et salutant e. in osculo pacis, ut mox infra declarabitur.

Bellarminus. — Bellarminus enim *IV. De grat. et lib. arb.* cap. 15. : « Respondeo, res est omnino difficilis et fortasse in hac vita incomprehensibilis, qua ratione Deus futura praenoscat... Probabile tamen nobis videtur Deum futuras actiones liberas non videre nisi in humana voluntate. Nam "i videret eas in *sua voluntate praedetemiinante* omnia :

a) Non diceretur (Deus) scrutari corda nostra et investigare semitas, sed intueri voluntatem suam. Ps. 7. : *Scrutans corda et renes Deus:* et Ps. 138. : *Omnes semitas meas investigasti.*

b) Deinde non esset mirabile Deum omnia praenoscere, si omnia praedeterminarct. Nam et nos facile praescimus et praedicimus quae facturi sumus ; at S. David in toto illo l's. 138. miratur scientiam Dei, qua praevidet omnes vias nostras, et inlelligit cogitationes nostras de longe : Mirabilis lacta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero mi eam. »

Suarez. — Suarez etiam retinet totis suis viribus hanc mirabilem et mirandam scientiam mediam : *a)* Quia « mullum deservit ad explicandam gratiae efficaciam ». Sed *b)* quod Deus sciat futura libera « in suis causis proximis I I perfecta comprehensione nostri liberi arbitrii.... est a nobis rejiciendum ...Perit libertas ...Tolli usum libertatis ...Libertati repugnat. » *(II. De scient, futur, conling.* cap. 7.) *c)* « Dicendum ergo est Deum cognoscere haec futura condilionata sua infinita virtute intelligendi, penetrando immediate veritatem, quae in ipsis est seu concipi potest; neque

indigere aliquo alio medio, ut illa cognoscat... Veritas ipsa in se el sine alio medio videtur a Deo: quia nullum medium habet, et unumquodque cognoscitur a Deo sicut est; neque, etiam requirit entilatem aliquam realem praeter eam, quam habet objective in intellectu divino. » (ibid.)

Critica. — Unde de scientia media Molina, Bellarminus, Suarez, sicut et omnes Societatis theologi, minime dubitant. Est ita necessaria, ut absque illa arbitrantur omnino reddi impossibilem divinam providentiam et divinam praedestinationem. In hoc dumtaxat digladiantur, in *quo* sc. *medio* per talem scientiam Deus futura libera praecognoscat. Nam : *a)* Molina el Bellarminus el alii dicunt : « *in humana roluntate* «. Suarez et alii cum eo respondent : « hoc tollit libertatem. » *b)* Suarez el alii dicunt : « penetrando immediate veritatem, quae in ipsis futuris conditionatis est. » Molina et alii cum illo replicant : « hoc libertatem tollit et fatalismum inducit. » *c)* Et cum Molinistae et Gongruistae non valeant convenire, in quo medio vel qua ratione Deus futura libera cognoscat ante omnem actum liberum divinae voluntatis, consolationem quandam accipiunt et dant ad invicem, simul dicentes : *Scientia media est scientia mirabilis!* O

Utique. Dei scientia est mirabilis; sed Molinistae et Gongruistae, laborantes el sudantes jam per tria saecula et amplius, adhuc non potuerunt pervenire ad ostendendum, quod *scientia media* sil *scientia Dei.*

V

In quo differant Molinismus et Congruismus circa concursum simultaneum.

Quoad concursum a Molina in libro suae *Concordiae* traditum. tam Suarez quam Bellarminus eandem doctrinam

quailluni ad substantiam tradunt ac retinent; attamen quaedam tacent, quaedam vero quoad verba videntur quasi velle reformare.

§ 1

inudem quidem doctrinam quoad substantiam retinent ac tradunt.

Suarez. — Suarez enim *XXII. Disp. metaph.,* ubi ex professo de influxu causae primae in causas secundas tractatur. haec quae sequuntur propugnat : a) « Simpliciter ergo dicendum est Deum agere *cum omnibus agentibus creatis ihimediatione virtutis et suppositi.* » (sect. 1.)

b) « Concursus primae causae, praeter id quod est per modum actionis, non includit ex intrinseca necessitate *aliquid de novo* inditi ipsi causae secundae, quod sil *principium* actionis ejus vel conditio ad illam necessaria. » isect. 2.)

c.) « Causae primae in causam secundam proprie dictam non est *influentia nova,* quae sit creatio alicujus inhaerentis rausae secundae: sed influentia ibi est determinatus ordo istarum causarum in agendo effectum communem. » (sect. 2.)

d) « Etiamsi demus (quod probabile est) quoad singularitatem actionis vel effectus *determinari* causam secundam a prima, non oportet fingere illam determinationem fieri per aliquam actionem causae primae in secundam, addendo nimirum *aliquid* virtuti ejus. » (sect. 2.)

e) « Dicendum est ergo illam determinationem sufficienter lieri per voluntariam praefinitionem divini concursus. Itaque ignis v. g. indifferens est ad hunc vel illum calorem faciendum, non quidem negative seu privative, id est, quia ad neutrum habeat completam virtutem in suo genere; sed positive, quia ad utrumque est satis potens in ratione causae proximae, et ad neutrum determinatus : Deus autem sua voluntate *statuit* cum illo concurrere ad hunc potius quam ni alium; et hoc satis est, ut ab igne procedat hic effectus munero potius quam alius. Non est ergo necessaria talis conditio praedeterminans, quae sil *res aliqua* recepta in ipsa causa secunda. » (sect. 2.)

f) « In voluntate nihil est nisi aut *actus secundus,* aul *primus ;* neque inter haec potest excogitari medium; nequi* ab Aristotele neque ab alio philosopho inventum est. »· (sect. 2.) ’.

' Hoc, quod non detur medium inter actum primum et secundum, sive inter potentiam operativam creaturarum et ipsarum operationem, solet repetere P. Suarez multis in locis. Sic *III. De auxil.* cap. 33. n»6. scribit: <Hoc ergo modo inter se pugnant hujus praevii concursus defensores, neque sine merito nec sine magna rationum efficacia; unde (ut ita dicam) inter eos bellum justum geritur, data hypothesi de necessitate concursus praevii, in qua inter se conveniunt. Existimo tamen, rationibus utriusque partis simul sumptis,, hypothesim illam everti, et talem praemotionem in causa secunda necessariam non esse, sufficienter convinci ; quia nec *actus primus* nec *secundus* esse potest, nec inter haec *medium* convenienter cogitari potest. » Haec P. Suarez, qui scripsit *Disputationes metaphysicas,* et ita loquitur quasi ignoraret quae circa *naturam, motus* tradiderunt Aristoteles primo, et deinde D. Thomas. Haec est illa *adnolalio* P. Suarezii, quam P. Pesch et P. Mendive (vidé *Part. Prim.* pag. 148) vocant *sapientem,* et propter quam existimant cum Suarezio praemotionem physicam « funditus esse eversam ». Actum est de physica praemotione ! Quare ? « Quia nec actus primus nec secundus esse potest, nec inter haec medium convenienter cogitari potest. » Quia « in voluntate nihil est nisi actus secundus aut primus; neque inter haec potest excogitari medium; neque ab Aristotele neque ab alio philosopho inventum.est ». Quid ergo dicendum ad talem *melaphysicam* Suarezii ? Supra, *Part. Prim.* pag. 142 sq. et *Part. Secund,* pag. 194 sq. et pag. 249 sqJ inveniet prudens lector quid Philosophus et quid D. Thomas dicant et respondeant. Praeterea : habitus et virtutes, sive intellectuales sive morales, tam acquisitae quam infusae, suntne ipsae potentiae operati vae aut ipsae operationes? Nonne datur *medium* inter *poten-> lias* intellectus et voluntatis et *actus* credendi, sperandi et diligendi ! Atque in ipsis potentiis jam perfectis in ordine ad actus suos peihabitus et virtutes : nonne datur adhuc *transitus* de posse agere ad actum agendi ? Quid amplius *l* Ipsemet Suarez veram exhibet ideam physicae praemotionis, dum affirmat Deum *inchoare* actionem liberae voluntatis, et *agere* in voluntatem ea ex parte qua voluntas agens est, et *efficere* actionem voluntatis *vX prodeuntem* a voluntatis potentia. Hoc igitur, quod Deus, ut causa prima, facit in omni causa secunda, etiam libera, per modum *actualis fieri, inchoando* actionem liberam et efficiendo illam ut *prodeuntem :* hoc est quod vocatur

<j) « Ut secunda causa, quatenus actu agens, essentialiter iibordinetur primae, non est necesse, ut *aliquid novum* per modum principii in se recipiat. » (sect. 4.)

•

l'hi/sica Praemotio. « Tel est Je sentiment de ceux qu'on appelle Thomistes : voilà ce que veulent dire les plus habiles d'entre eux, pur ces termes de *promotion* et *prédétermination physique,* qui semblent si rudes à quelques-uns, mais qui, étant entendus, ont un xi bon sens ! » (Bossuet *Traité du libre arbitre,* chap. 8.) Intelligani i i'go aliquando Molinistae ac sapiant sensum physicae praemotionis adeo plenum veritate ac bonitate! Hunc siquidem altum simul ac profundum physicae praemotionis sensum, quem Bossuet tantopere miratur, sapiebat certe atque optime capiebat S. P. Ignatius de Loyola, dum in libro *Exercitiorum* sic scribebat : < Quando voluntatem divina virtus sic impellit, ut omnis dubitatio, immo etiam dubitandi facultas animae sublata sit, quominus sequatur impul› tonem talem : sicut legimus B. Paulo et Mathaeo et aliis nonnullis vocante Christo accidisse. » Et iterum : « De tempore triplici ad • lectiones recte faciendas magis opportuno. Primum tempus est, quando Deus Dominus noster *ita movet et attrahit voluntatem., ut, gain dubitet nec dubitare possit,* talis anima devota sequatur id quod sibi ostensum est; quemadmodum S. Paulus et S. Mathaeus liccrunt in sequendo Christo Domino nostro. » *(Exercitia spiritual.* a. *P. Ignalii de Loyola, cum versione litterali ex autographico hispano... Ratisbonae* 1855.) In autographico autem hispano sic : < I res tiempos para hacer sana y buena eleccion en cada uno de • Hos. El primer tiempo es, cuando Dios nuestro Serior *asi mueve y utrae la voluntad,* que sin dubitar, ni poder dubitar, la ta) anima devota signe â lo que es mostrado; asi como S. Pablo y S. Mateo lo hlcieron en seguir à Cristo nuestro Seftor. » *(Exercicios espirituales de S. Ignacio de Loyola, Fundador de la Compania de Jésus. En su texto original,* Madrid 1899, pag. 130, *Segunda Semana,* sobre la nleccion.)

Etiam P. Bourdaloue, ut verus filius S. Ignatii, videtur bene capere sensum physicae praemotionis, dum ita loquitur : < L'esclave n'est point au-dessus de son souverain Seigneur (Math. 10.), ni la créature nu-dessus de son Dieu. C'est donc lui qui la mène; lui qui lui donne, ù chaque pas qu'elle fait, l'impression et le mouvement ; lui qui la determine, qui l'encourage et qui la soutient. › (P. Bourdaloue N .1. *Retraite spirituelle, cinquième jour, seconde méditation, premier point.)*

P. Petrus de Ribadeneira S. J. *I. Tralado de la tribulation* »·«!·. 3. sic adeo plénum veritate et bonitate exprimit laudatque

h) « Voluntas et potentia Dei, ut sic applicata ad concurrendum, est quasi *indifferens* et *exspectans. Offert* Deus causis liberis suum concursum sufficientem non solum ad

•

sensum, tpiem Bossuet contemplabatur cum gaudio in physica praei motione Thomistarum : ‹ De tal suerte estàn las causas segundas ordenadas y trabadas entre si, y tal proporcion y subordinacion tienen con la causa primera, que ninguna de ella puede moverse para nada, ni obrar sino en la virtud de la Primera; la cual mueve â las demas y les dâ eflcacia para obrar, y obra en ellas y con ellas, con tan maravillosa eflcacia y perfecciôn, que todos los electos de las segundas causas son mâs propios de la Primera, que no suyos... No solamente porque la virtud que tienen para moverse y obrar, no la tienen de si, sino de Dios;sino porque no se moverian ni obrarian si el mismo Sefior no las moviese y obrase con ellas y las tomase por instrumento para hacer lo que él es servido. I pues no decimos que el pincel pintô la imagen que vemos sino el pintor, ni que la pluma escribiô la carta que leemos, sino el escribano con la pluma, tainpoeo habemos de atribuir à las criaturas los efectos que hacem, como à causas primeras y principales, sino como A segundas causas é instrumentas de la Primera y Soberana Causa, que es la divina voluntad. Y'ésta es *una admirable, dulce y provechosa consideration para ver à Dios en lodas sus crialuras y anda.r siempre en su presencia,* como sumidos y anegados en sus beneficios, y tomar como de su mano todos los sucesos y varios aconteeimientos, prôsperos y adversos, que vemos cada dia en cl mundo. »

Quid ergo amplius? Ipsemet P. Victor Frins Societatis Jesu sacerdos, in ipsomet opere *De cooperatione Dei, proëmium* (Parisiis. Lethielleux 1892) sic sponte fatetur veritatem bonitatemque physicae praemotionis : « Nihil enim repugnat per se Sanctum Thomam docuisse necessitatem cujusdam praemotionis physicae ad singulos actus creatorum agentium... Quinimo tuemur ipsi, ad multos, et eos quidem excellentissimos et praeclarissimos omnes nostros liberi arbitrii actus, ad actus, inquam, salutares, praemotionem quandam Dei physicam et vere et proprie talem, *yratiam excitantem,* voluntatis praerequiri. » Haec P. Frins. Haec igitur est physica praeinotio, cujus necessitatem ad singulos actus creatarum agentium docet S. Thomas ; et haec est physica praemotio vere et proprie talis quam tuetur Angelicus Doctor ad excellentissimos omnes nostros liberi arbitrii actus salutares, quamque D. Thomas cum S. Augustino vocat gratiam non modo *excitantem,* sed etiam *operantem.* (1-H. q. 111. a. 2. Vide *Prim.. Part.* pag. 192 et sqq. Et *Part. Secund..* cap. 4., 5., 6. et 7.)

cos actus quos faciunt... Talis concursus non distinguitur in re ab actione ejus. Non est ex praerequisitis ad actionem. » i sect. 4.)

i) « Voluntas creata nihil potest velle nisi aliquo modo habeat in sua potestate Dei concursum ad pliires actus. » (sect. 4.)

/JEt disp. 29. sect. 1. : « Principium illud, in quo tola ilia, ostensio (existentiae Dei) fundatur : *Omne quod movetur, ab alio movetur,* adhuc non est salis demonstratum in omni genere motus et actionis; nam multa sunt, quae per *actum, eirfualem* videntur sese movero et reducere ad *actum formalem,* ut in appetitu seu voluntate videre licet. »

Quantum ad hoc. Congruismus Suarezii est Molinismus Molinae.

Bellarminus. – Bellarminus vero *III. De grat. et lib. arb.* <-ap. 10. cujus titulus est : « Liberum arbitrium non esse potentiam tantum passivam; nec partim passivam. partim activam; sed simpliciter el absolute activam, ait :

a) « Tertia sententia liberum arbitrium simpliciter facit activum, quae sententia videtur esse S. Thomae in I. q. 82. ;i. i. et *De Veri/.* q. 22. a. 9. et a. 11. ad 5. et sine *dubio* -.ententia est Scoti in *II. Sent.* dist. 23... Quae sententia, verissima nobis videtur. »

b) « Respondeo : Illa propositio : Omne quod movetur, ab alio movetur, solet adferri tamquam a Philosopho pronunciata; sed ille numquam scripsit : Omne quod movetur, ut» alio moveri... » (ibid. cap. 11.)

c.) « Idem S. Thomas I-II. q. 9. a. 3. dicit voluntatem movere seipsam. et J. q. 82. a. 4. et *De Verit.* q. 22. a. 12. dicit voluntatem moveri ab intellectu, proponente objectum, tamquam a tine. Ex quibus locis intelligimus a S. Thoma vocatam esse voluntatem *potentiam passivam* largo modo; nam el ipsum moveri ab objecto per modum tinis, est quoddam pati, si agere et pati accipiantur pro omni genere, causae. » (ibid. cap. 11.)

d) « Voluntas divina est quidem prima causa omnium

rerum, et ab aeterno decrevit quid velit aut non velit lieri ; sed in particularibus et maxime liberis actionibus id non decrevit nisi *praecognita prius dispositione* et *determinatione* secundarum causarum. Quocirca licet nemo possit divinae resistere voluntati... quia Deus ipse, cui nemo resistere potest, *hoc voluit,* ut animus humanus liber esset el actiones suas in potestate haberet; et ideo decrevit ei cooperari vel eam *applicare* et *movere,* quotiescumque per negativam determinationem se ipsa disponeret... » (lib. IV. cap. 16.)

e) \\· Porro, iste modus seu conditio in voluntate, secundum quam recipitur in ea motus, nihil aliud est nisi *negativa quaedam determinatio,* praecedens tum influxum Dei tum actum elicitum voluntatis. Nimirum, quod voluntas *sinat* se moveri ab objecto per rationem sibi proposito, vel *non sinat.* Haec enim determinatio dicitur negativa, quia non consistit in actu positivo, sed in *negatione actus;* cum tamen voluntas non minus sit libera, ut agat, quam ut non agat. » (ibid, cap. 16.)

f) « Deus ab aeterno *determinavit* omnes enectus, sed *non ante praecisionem determinationis* causarum secundarum, praesertim contingentium el liberarum... Concursus Dei est generalis et indifferens quidam influxus, qui a causis secundis modificatur et determinatur, saltem quoad specificationem. » (ibid. cap. 15.)

g) « Sententia... (eorum) qui docent gratiam efficacem esse actionem Dei physicam, quae determinat voluntatem ad volendum et eligendum bonum ... : 1" ... videtur mihi aut esse omnino eadem cum errore Calvini el Lutheranorum, aut parum ab illo distare :... '2° tollit e medio liberum arbitrium... Nam posita gratia determinante, non est in potestate liberi arbitrii agere vel non agere ; neque est in ejus potestate, ut ea gratia ponatur vel non ponatur. Igitur necessario, el non libere, voluntas agit. » (lib. 1. cap. 12.)

Haec et alia hujusmodi ex visceribus puri Molinismi sunt, deprompta.

§

Quaedam tamen tacent, quaeilain vero quoad verba saltem videntur quasi velle reformare et ad physicam Ilei praemotionem In omnes causas secundas, etiam liberas velati tradere. Etenim :

a) Suarez sicut et Bellarminus nihil dicunt circa illam Molinae doctrinam, quae aliunde est logicum corollarium c\ concursu simultanée deductum, nempe : 1° Quod Deus non est auctor virtutis nostrae, sicut revera non est auctor vitii aut peccati ; 2° quod opera nostra bona et libera non msse in Deum referenda, nec quatenus libera nec quatenus bona et virtuosa. Hoc quidem punctum Molinianae *Concordiae* Suarez et Bellarminus prudenti celant silentio.

b) Deinde, illud quod *est punctum praecipuum* in controversia, nempe quod Deus juxta Molinam : 1° non movet nec applicat causas secundas ad agendum; 2° non agit in ipsis «■ausis, sed in ipsarum dumtaxat effectus; 3° nec agit in voluntate creata ea ex parte qua voluntas agit: tam Suarez quam Bellarminus videntur summopere desiderare, ut tantisper *nuditas* sermonis Moliniani cooperiatur, et tribuatur *illiquid plus* causae primae. Unde :

Suarez. — Suarez *XXII. Disp. metaph.* adjungit : 1° « Rabone hujus concursus, verum est primam causam immediate et per se efficere *omnia ;* et salvatur omnis dependentia essentialis causae secundae a prima in causando, turn *actionis ejus in fieri,* tum etiam *effectus* in omni *esse* hio. » (sect. 2.)

2° « Hic concursus non potest consistere in omni eo vel in ›olo eo, quod datur causae secundae per *modum principii,* ul operari possit; ergo consistit essentialiter in aliquo, quod ml per *modum actualis feri.* » (sect. 2.)

3" « Ipsummet nomen concursus satis declarat inseparabilitatem ab actione causae secundae. Ergo concursus* essentialiter est aliquid per modum actionis vel *feri,* ut est a

prima causa. » Et determinationem divini influxus per cau-s sam secundam *esse in genere causae materialis,* (sect. 2.)

'i° « Deum *inchoare* actionem liberae voluntatis »; « Deum agere in actionem voluntatis ea ex parte qua voluntas agens est. » (sect. 2.)

5° « Prima causa, efficiendo *hanc* actionem, efficit illam ut *prodeuntem* a tali causa. Potest quidem Deus interdum *augere* virtutem agendi, si velit. » « Causae secundae liberae facient quod Deus decrevit. » (sect. 2.)

En physicam praemotionem. quae nihil aliud est nisi :

a) Virtus causae primae in causam secundam *immediate* et *per se* efficiens omnia : tum actionis *in fieri,* tum etiam effectus in *esse.*

b) Consistens essentialiter in *aliquo,* quod datur causae* secundae per *modum fieri, actualis,* et quod determinatur per causam secundam in genere causae materialis.

c) Inchoans actionem liberae voluntatis, et per quod Deus auget virtutem agendi causae secundae, el efficit *hanc actionem* ut *prodeuntem* a tali causa.

d) Et denique *id.* quo causae secundae liberae faciunt quod' Deus decrevit.

Molina numquam sic loculus est. In hoc Suarez, est revera *Hahezianus.*

Bellarininus. — Bellarininus vero *1. De grat. et lib. arb.* cap. 13. ait : « Gratia interna... : a) semper lumen infundit et *afflat initium* bonae voluntatis, quod est quasi semen, unde? postea oritur fructus voluntatis perfectae et deliberatae. »

b) « Non solum excitat per illustrationem et aspirationem boni desiderii, sed etiam adjuvat voluntatem, eique eoope-tt ratur etiam *physice* ad *eliciendum* actum voluntatis delibe-» ratae ; quamquam gratia magis dicitur efficax, ut supra demonstravimus, ex illa excitatione, quae proprie vocatio dici solet, quam ex cooperatione physica. »

c) Et tandem in opusculo cui titulus : *Recognitio librorum omnium Roberti Bellarniini...* sic ad lectorem praefatur J « Ego ipse jam senex et morti proximus, S. Augustinum

imitatus, libros meos recognoscere et judicare volui. » Et deinde in capite cui titulus : *Recognitio librorum de grat. lib. arbit.* ita scribit : « Lib. 1° cap. 12... dicimus gratiam determinare voluntatem non physice, sed inoraliter, per modum persuasionis. Quo loco per vocem *determinare* non intelleximus determinationem proprie dictam, quae tollit i*udifferentiam,* sed persuasionem quae moralis motio quae dam est voluntatis; neque enim potest moveri voluntas nisi inoraliter, quando movetur mediante intellectu proponente objectum. Sed non ideo negare voluimus *voluntatem moveri.* per gratiam etiam *efficienter* et *physice,* ut explicavimus in eodem libro cap. 13. ubi diximus : Deum non solum, illustrando intellectum, proponere objectum voluntati, sed etiam *aspirare* voluntati bonum desiderium : et infra, *afflare initium* bonae voluntatis, quae *aspiratio* sive *afflatio, physica actio* est, et Deo *propria,* qui novit facere intus operando, ut voluntati placeat objectum propositum. Neque tamen illa delectatio a Deo infusa, sive complacentia, sive suavitas, ut S. Augustinus vocat, nécessitât voluntatem, sed inclinat solum. Ibidem etiam diximus : Per gratiam adjuvantem vere efficienter et physice movere voluntatem. Quae repetere voluimus, ne quis existimaret nullam nos agnoscere motionem voluntatis per gratiam nisi moralem. »

lix quibus sequitur Bellarminum agnoscere motionem Miluntatis :

a) Moralem, ex parte objecti seu finis per intellectum praesentali voluntati ipsi ; et praeterea :

b) Efficientem et *physicam,* ex parte potentiae, quae est principium liberae actionis.

c) Afflantem initium ipsiusmet actus. Hoc videtur aliquid plus quam *Molinismum* sonare.

VI

CONCLUSIO

Concordia Molinae, dealbata per Congruismum Bellarmini et Suarezii, non mutavit speciem suam ; sed Congruismus logice resolvitur in ipsummet purum Molinismum.

Arg. 1un'. — Ex fundamento utriusque systematis. Fundamentum tam Congruismi quam Molinismi est scieni/tf *media,* qua Deus « *ante omnem liberum actum voluntatis divinae* intuitus est quid pro sua innata libertate acturus est homo, si in hoc vel illo vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur »: et intuitus est : *a)* juxta Molinam. « in sua essentia e.\ altissima el, inscrutabili comprehensione cujuscumque liberi arbitrii »; *b)* juxta Suarezium, « penetrando immediate *veritatem,* quae in ipsis futuris conditionatis est seu concipi potest » ; *c)* et juxta Bellarminum, « videndo futuras actiones liberas in humana voluntate, scrutando renes et corda, et intelligendo cogitationes de longe ».

Sed si ita est, ul Bellarminus et Suarez cum Molina affirmant ; si Deus penetrat immediate veritatem quae est in futuris actibus conditionatis liberi arbitrii creati : si Deus praevidet omnes vias nostras et intelligit cogitationes nostras, et scrutando renes et corda videt futuras actiones liberas in humana voluntate illa scientia, quae vocatur *media,* de cujus ratione essentiali est : 1° « quod antecedat omnem liberum actum voluntatis divinae: » 2° quod « in potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud quam reipsa sciverit » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 52.) : si haec omnia, inquam, ita se habent, nec Bellarminus nee Suarez habent jus concludendi contra Molinam : *Nullam, dari rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi.* Media enim debent respondere fini, et corona aedificii funda-

mento ipsius. Posita scientia media, corona et linis omnium, quae supra illam juxta regulas logicae construuntur, est linis et corona totius Molinianae *Concordiae,* sc. : *Dari rationem praedestinationis adultorum e.r parte usus liberi* u> *-bitrii praevisi.*

\rg.2"". — Ex nullilale distinctionis gratiae in sufficientem d efficacem, factae a Bellarmiiio et a Suarezio. Molina non negat praecise hanc distinctionem, sed rationem efficaciae non ex voluntate Dei, sed ex hominis voluntate asserit esse accipiendam. Unde expresse ac dare affirmat : 1° « Auxilia gratiae non habere ex natura sua, quod *efficacia* sint » oiisp. 53. memb. 1.); 2° « in libera potestate nostra esse illa *efficacia* reddere» (ibid.) : 3" « illudque auxilium sufficiens, ■ave magis sive minus in se sit, *efficace* dici cum quo arbi-Irium pro sua libertate convertitur. » *(Concord,* q. 14. disp. 40.)

.lam vero. Bellarminus el Suarez asserunt gratiam efiicacem distingui a sufficienti : 1° Quia « habet peculiarem vim ad *inducendam* humanam voluntatem, ut consentiat»: •.'■■quia « certum est (hominem) non repudiaturum (gratiam), quia Deus vocabit illum, *sicut videt* congruum illi esse, ul vocantem non respuat » *(IU. De grat. et lib. ari).* cap. 15.): quia Deus vocat quosdam eo tempore, quo *praevident*™ converti, quando *videbat* eos convertendos; et alios non vocavit quomodo et (piando *vidit* secuturos; quia unus accepit motionem *eo modo, loco* et *tempore,* quo Deus *praevidit* Qus ingenio congruere: alter non ita accepil ; ac per hoc longe majorem habuit Dei gratiam is qui credit (piam qui non credit, (lib. 1. cap. 13.)

Ergo Congriiismus nihil mutat de substantia quaestionis, d non habet jus concludendi contra Molinam, quod efficacia gratiae non pendet a voluntate humana, in cujus potestate, juxta doctrinam Molinismi, est *reddere efficacem* Dei gratiam. Molina refert efficaciam gratiae ad *voluntatem humanam;* l>. Thomas et S. Augustinus ad *voluntatem, divinam:* Bellarminus et Suarez ad *modum,* ad *locum,* ad *tempus,*

ad ingenium et *temperamentum* hominis. Nee Suarez nec] Bellarminus ponunt supra circumstantias congruas *volunA*] *Intern Dei,* sed tantum Dei *praescientiam.*

Congruismus ergo, loco ponendi libertatem humanam ut principium primum in agendo irreductibile in libertatem divinam, ut Molinismus statuit, subjicit et reducit humanam libertatem ad circumstantias modi, loci, temporis et. temperamenti ; et tamen « liberum arbitrium esi potentia simpliciter el absolute activa »!

Ex hac parte Congruismus esi adhuc magis absurdus i quam Molinismus; nam libertas creaturae dominatui' astris- J et est supra omnes circumstantias loci, temporis, el sensi-1 bilium inclinationum. Supra libertatem creaturae non est 1 nisi libertas Dei. a quo creatura rationalis habet el posse et | agere., et libere et bene agere, el ipsum se determinare ad libere et bene agendum.

Arg. 3"". — Ex conformilale Molinae, Bellarmini et Suarezii in rejiciendo unum ex fundamentalibus principiis philosophiae, quibus innitur lota haec controversia de influxu causae primae in causas omnes secundas. Principium certe fundamentale in hac celeberrima controversia illud est. supra quod etiam fundantur quinque viae, quibus Deum ' esse probari potest. Undo D. Thomas 1. q. 2. a. 3. rJ « Prima autem et manifestior via., quae sumitur ex parte j motus... Omne autem quod movetur, ab alio movetur... »3 El *I. ('. Gent.* cap. 13. : « Procedamus ad ponendum] rationes, quibus tam philosophi quam doctores catholici Deum esse probaverunt. Primo autem ponemus rationes,I quibus Aristoteles procedit ad probandum Deum, qui hoc 1 probare intendit ex parte motus, duabus viis, quarum prima 1 talis est : Omne quod movetur, ab alio movetur... »

Nunc ergo : sic se habet Congruismus ad Molinismum. I et Molinismus ad Congruismum. sicut se habent ad invicem 1 Molina, Suarez el Bellarminus per comparationem ad hoc j principium : *Omne quod movetur, ab (dio movetur.* Quid enim dicit ad hoc Bellarminus ? « Philosophus nusquam/l

n'ipsit : Omne quod movetur, ab alio moveri. » *(III. De grat. et lib. arb.* cap. 11.) Quid autem Suarez? Suarez quidem non negat hoc principium esse ab Aristotele scriptum et pronuntiatum : sed tamen respondet : « Principium illud adhuc non est satis demonstratum in omni genere motus et actionis.... ut in voluntate videre licet. » *(Disp. \letaph.* disp. 29. sect. 1.) Quid vero Molina? Molina nec negat evidentiam et veritatem hujus principii, nec negat \i istotelem hoc principium evidentis veritatis in suis scriptis pronuntiasse : sed simpliciter respondet : *Causae secundae non indigent motione... Nec intelligi valet, quo motu de noro a Deo moveantur ad agendum. Nec motus est necessarius. (Concord,* q. 14. disp. 26.)

Consequenter Bellarminus concludit *III. De grat. et lib. arb.* cap. 10. « Liberum arbitrium non esse potentiam tantum passivam, nec partim passivam et partim activam, sed simpliciter' et absolute activam. » En igitur totum discrimen inler Congruismum ac Molinismum.

Vrg. 'iu,u. — Ex eo quod nec Suarez nec Bellarminus iradunt in re et veritate aliam efficaciam gratiae quam Molina. Quantumvis dicant : 1" quod gratia efficax « vires praebet efficacissimas voluntati », et « peculiarem vim habet' ad inducendam humanam voluntatem ut consentiat » (Suarez *///. De. auxil. grat.* cap. 7.); 2° quod gratia efficax pendet non a voluntate humana, sed a voluntate divina: et quod esset abuti vocabulis, vocare gratiam efficacem, eamque a sufficiente distinguere, si nulla omnino in ipsa gratia distinctio esset, et totum discrimen ab humana voluntate penderet » (Bellarminus *I. De grat. et lib. arb.* cap. 12.) : \ erumtamen, *tota efficacia* gratiae, quam Suarez et Bellarminus admittunt, revera non excedit *efficaciam* quam admittit ipse Molina.

I" Quia hujusmodi efficacia *non causatur* a voluntate divina, sed a *loco* et *tempore* el aliis circumstantiis congruis, in quibus Deus *praevidit* unum consensum praebere Dei vocanti, et alterum non : 2° quia hujusmodi efficacia, sit

major sil, minor, non praetergreditur conditiones motionis moralis, qua Deus movet suadendo, hortando, consulendo, alliciendo; et haec omnia admittuntur etiam a Molina; et licet, hujusmodi motiones morales augeantur tantum quantum voluerint Suarez et Bellarminus, non egrediuntur extra tentoria Molinismi; 3° quia tam in Congruismo quam in Molinismo « Deus ab aeterno *determinavit* omnes effectus, sed non ante *praevisionem determinationis* causarum secundarum, praesertim contingentium el liberarum ». *(IV. De grat. et lib. arb.* cap. 15.) Unde *determinatio* causarum secundarum, praesertim contingentium et liberarum, praecedit *determinationem,* divinae voluntatis. Atque in hoc consistit quinta essentia Molinismi.

Arg. 5»n›. — Ex hoc quod *determinatio* voluntatis creatae? ad consensum, ad electionem, ad opus, non cadit, nec juxta Molinam nec juxta Suarezium nec juxta Bellarminum, sub determinatione divinae voluntatis, ac proinde nec sub efficacia divinae motionis : 1° Quia hoc « est omnino idem cum errore Calvini et Lutheranorum, aut parum ab illo distat » *(1. De grat. et lib. arb.* cap. 12.); 2° quia hoc « tollit e medio liberum arbitrium » (ibid.); 3° quia, sicut Bellarminus •explicat a radice *IV. De grat. et lib. arb.* cap. 15. : « In eo. quod est voluntatem se determinare ad opus, sive (quod idem est) reipsa operari, cum antea non operaretur, tria considerari possunt : *a)* voluntas, *b)* actio ejus, *c)* el *egressus* actionis a voluntate, sive relatio et habitudo actionis tamquam effectus ad voluntatem ut ad causam. Ex his tribus *voluntas* sine dubio a solo Deo facta est. *Actio* quoque fit a Deo, quamvis non solo. Denique, *relatio* proprie, non Iit, sed consequitur; tamen, ut est idem re cum actione, ab eo fit, a quo ipsa fit. Itaque nihil est quod non fiat a Deo ; et tamen non dicitur Deus determinare vel applicare voluntatem ad opus; quia relatio illa non refertur ad Deum, sed ad solam voluntatem. Referretur etiam ad Deum, si ipse uteretur voluntate tamquam instrumento ad illam ipsam actionem faciendam. » Ex quibus patet Congruismum Bellar-

mini identificari essentialiter cum Molinismo Molinae. Et similiter Congruismus Suarezii dicentis : « In voluntate nihil est nisi aut actus secundus aut primus; neque inter haec, potest excogitari medium. » *(Disp. metaph.* disp. 22. sect. 1.)

Suarez asserit, quod non datur *medium* inter voluntatem el actionem; Bellarminus autem asserit, quod *mediat* inter voluntatem el actionem *egressus* actionis a voluntate; sed hujusmodi *egressus* : *a)* est relatio ; *b)* proprie non iit. Ac proinde, quamvis egressus actionis a voluntate mediet inter voluntatem et actionem, revera non datur medium inter actionem et voluntatem. Quia in creatis quod proprie non fit, proprie non est. Unde *determinatio* voluntatis creatae ad consensum, ad electionem, ad opus, referenda est in ipsam solam voluntatem, non in Deum, qui nec determinat vel applicat voluntatem ad agendum, nec utitur voluntate creata la inquam instrumento. Quid ergo interest inter doctrinam Molinismi et Congruismi quoad substantiam quaestionis el punctum capitale controversiae? Nihil prorsus, nisi quod Molina procedit secundum logicam usque ad ultimas conclusiones; et Bellarminus et Suarez laborant et sudant, ne arbor, quam plantavit Molina, afferat fructus suos, sc. :

1° Auxilia gratiae non habere ex sua natura, quod sint efficacia, sed ex determinatione humanae voluntatis ad consensum, ad electionem, ad opus.

2" Hominem justum et perseverantem in gratia discernere '■ipsum ab homine, qui vel non convertitur vel non perseverat, non per gratiam Dei, sed per suam determinationem; non per Dei voluntatem, sed per suam voluntatem propriam, tiens enim *praèvidit* ab aeterno per scientiam mediam, sed *non facit,* hanc discretionem ; nam « Deus ab aeterno determinavit omnes effectus, sed non ante praevisionem determinationis causarum secundarum, praesertim contingentium el liberarum ». *(IV. De grat. et lib. arb.* cap. 15.)

3- Dari perinde rationem praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi.

VII

Quomodo Molina, Suarez et Bellarminus se habeant ad doctrinam D. Thomae.

§ 1

Quomoito sc habeat Molina a<l doctrinam D. Thomae.

Molina, ut jam supra ex professo ostensum fuit. « *decrevit* 1). Thomam veluti scholasticae theologiae solem ac principem sequi » et suam *Concordiam* fundare supra doctrinam el quaestiones D. Thomae: et postea per integrum librum *Concordiae* nihil aliud facit nisi insurgere contra sua propria decreta. Verumtamen, non negat se oppositam doctrinam tradere; sed dumtaxat fatetur cum humilitate doctrinam D. Thomae esse valde difficilem ad intelligendum. Et sic :

I" Si agatur de physica praemotione, quam I). Thomas expresse et manifeste docet passim ubique in suis operibus, el ex professo I. q. 105. et J-TI. q. 9. et 10. et *De Pot.* q. 3. a. 7., Molina ait : « Ingenue fateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam D. Thomais in causis secundis exigit. » *(Concord,* q. 14. disp. 36.)

2° Si vero de *gratia operante,* in qua physica praemotio refulget luce meridiana clarior, et quam D. Thomas ex professo declarat l-II. q. 111. a. 2., Molina etiam ingenue fatetur : « tametsi aliter Augustinum intellexerint D. Thomas duobus articulis citatis, Sotus et quidam alii. » (ibid. disp. 42.)

3° Si denique sit sermo de modo, quo fit justificatio impii, quae est transmutatio hominis de statu injustitiae ad statum justitiae, et in qua physica praemotio splendet in summo claritatis, ut etiam ipsi caeci valebunt videre I-Π. q. 113.. Molina, utpote vir ingenuus : « Ego, inquit, fateor me numquam valuisse intelligere, quonam pacto gratia ipsa gratum faciens concurrere possit ad actum liberi arbitrii, qui ad eam dispositio est praerequisita : unde semper probabiliorem

Judicavi opinionem contrariam... Neque satis intelligo, quo p.'iclo *libera* maneat voluntas ad eliciendum et non eliciendum ■tum contritionis, si prius in genere causae efficientis accijieret habitum caritatis et gratiae. « (ibid. disp. 46.)

§ 2

Quomodo ne habeat Suarez ad doctrinam l>. Thomae.

Hoc enim ut plene ac convenienter tractaretur, librum .Integrum oporteret scribere ; ad praesens tamen propositum Hiilliciat quaedam indicare, ex quibus alia plura poterunt quasi divinari. Suarez namque non tantum sibi proposuit •.equi D. Thomam ad exemplum Molinae, verum haec quoque in *Proleg. VI. De auxiliis grat.* cap. 6. scripsit : « Solum lior loco D. Thomam adjungimus; quia sicul in explicandis llilei mysteriis, ceteris scholasticis theologis antefertur, et primis Ecclesiae Doetoribus comparatur : ita in illustrandis difficillimis de gratia et libero arbitrio controversiis ipsi Augustino eum supparem reputamus. Nam et illius doctrinae .'■elator est ac defensor acerrimus, et in rebus obscuris et ambiguis mentis ejus est diligentissimus indagator et fideli .imus interpres. Quapropter, cum aliis lucubrationibus nostris ac theologicis disputationibus D. Thomam semper tamquam primarium ducem et magistrum habuerimus. ‹ jusque doctrinam pro viribus intelligere, defendere ac sequi i nnati luerimus, in praesenti opere majori studio et affectu ni praestare curabimus : speramusque cum divino auxilio ei insecuturos esse, ut a vera ejus mente atque sententia in nulla re gravi aut alicujus momenti discedamus: non *ex nostro capite,* sed ex antiquis ejus expositoribus ac sectatoribus, et ubi illi defuerint, ex variis ejusdem locis inter se rellatis eam eliciendo. » Hactenus Suarez.

a) Incipiendo igitur a veritate fundamentali totius philo■nphiae Christianae, quae D. Thomae philosophia est; quam quidem veritatem, metaphysicae caput, pertractat Angelicus I luctor T. q. 3. a. 4. et *I. G.Gent.* cap. 21. et 22. et *II.* cap. 52.

53. et 54. el in opusculo *De Ente et Essentia :* comparate Suarezium cum D. Thoma, conferte *Disp. metaph.* Suarezii 31.. et oculis vestris videbitis « quanto studio et affectu conatus fuerit Suarez D. Thomam semper tamquam primarium ducem et magistrum habere, ejusque doctrinam pro viribus intelligere, defendere ac sequi » !

b) Iterum, sumite *Summam Theologicam* 1. q. 2. a. 3. el *Summam contra Gentes* lib. 1. cap. 13. ubi demonstratur existentia Dei ; et deinde legite *Disputationem metaph.* 30. Suarezii : et mirabimini « quanto studio el affectu conatus fuerit Suarez » ascendere cum Angelico Doctore per illas quinque vias, quibus Deum esse probari potest!

c) Rursus, aperite *Summam Theologicam* 1. q. 44. a. 1. et <(. 61. a. 1. et *Summam contra. Gentes* 11. cap. 15. et alia plura loca, ubi Angelicus Doctor aggreditur demonstrative, probare veritatem creationis; et postea ile ad *Disputationem metaph.* 20. Suarezii : et laudabitis « studium, affectum, conatum » Suarezii in habendo semper D. Thomam tamquam primarium ducem et magistrum !

d) Adhuc, comparate ad invicem D. Thomam el Suarezium, dum uterque, procedens ex notione philosophica *essentiae,* et *subsistentiae,* et *esse,* et *relationis,* explicat fidei catholicae praecipua mysteria, videlicet : Trinitatis, Incarnationis. Eucharistiae, etc. : et notum itet vobis, quomodo Suarez « *D.* Thomae doctrinam pro viribus intelligere, defendere ac i sequi conatus fuerit » !

e) Praeterea, inspicite 1-11. q. 111. a. 2. ubi D. Thomas agit de *gratia operante,* et q. 113. ubi evolvit naturam *justificationis :* et deinde ite ad Suarez *VIII. De causis habit.* I *grat.* cap. 24. et V. *De auxilio gratiae efficacis* cap. 45. 9 et videbitis quomodo « *non ex suo capite,* sed ex antiquis D. Thomae expositoribus dicit mentem et sententiam D. Tho-j mae » ! Etenim, D. Thomas nihil agit de physica praemo^ tione, « nec. per *infusionem* gratiae inlelligit D. Thomas actionem, per quam infunditur gratia, quidquid Cajetanus itu dicat. »

f) Tandem, mente recolite, quae supra adducta fuerunt ex

Disp. metaph. 22. ubi Suarez tractat de influxu causa·' primae ......mnes causas secundas. Nam 1° ex una parte : « Concursus causae primae non includit *aliquid de novo* inditi ' ausae secundae... Non est influentia nova, quae sit creatio alicujus inhaerentis » seu perficientis, per modum transeuntis, causam secundam. « Nec aliquid additum virtuti ejus... Nec *res aliqua,* recepta in ipsa causa secunda. » ' mia « in voluntate nihil est medium inter voluntatem el actionem voluntatis ; neque inter haec potest excogitari medium: neque ab Aristotele nec ab alio philosopho inventum est ». 2° Ex alia vero parte : « Ipse concursus consistit essentialiter in aliquo, quod sit per modum *actualis fieri.* »

Est aliquid per *modum fieri...* Est *aliquid inseparabile* ab i tione causae secundae... Deum *inchoare* actionem liberae voluntatis... Deum agere in actionem voluntatis ea ex parte 'pia voluntas agens est... Primam causam efficere actionem hanc, *ut prodeuntem* a tali causa. » Quorum prima exprimunt *quidditatem* concursus simultané: juxta doctrinam Molinae. Altera vero exprimunt *quidditatem* physicae praemotionis juxta doctrinam D. Thomae. Eritne possibile, quod <uarez, disputationum metapbysicarum auctor, sincere, exi-.Innet Deum : 1° *inchoare* actionem liberae voluntatis; " *agere* in actionem voluntatis ea ex parte qua voluntas agens est ; 3° efficere actionem *ut prodeuntem* a causa l•••unda; 4" causare in voluntate *aliquid per modum fieri :* posse simul stare cum hoc, quod : 1° non detur *medium* inter voluntatem el voluntatis actionem; 2° nec *res aliqua* recipiatur in causa secunda : 3° nec *aliquid de noro* addatur virtuti causae secundae per modum transeuntis, complentis ni· perficientis?

g) Postremo, Suarez, qui « D. Thomam semper tamquam primarium ducem el magistrum habuit, ejusque doctrinam pro viribus intelligere, defendere ac sequi conatus fuit » ; >l in hac materia dc influxu causae primae in causas secundas " multo majori studio el affectu id praestare curabit ; et mm divino auxilio sperabat consecuturum esse, ut a vera Ir Thomae mente alque sententia in nulla re gravi aut ali-

cujus momenti discederet » : Suarez, inquam, in sua *Disp. metaph.* '2'2. sect. 2. enarrat nobis duo magni momenti in hac quaestione adeo celeberrima de physica praemotione seu praedelerminatione, nempe :

I" " Verum est D. Thomam *De Dot.* q. 3. a. 7. addere tertium, nimirum, *virtutem instrumentaient fluentem,* quam recipit causa secunda a prima, ut agat tamquam instrumentum ejus; disserte enim hanc numerat tamquam distinctam ab applicatione et ab efficientia seu conservatione ipsius causae secundae et virtutis ejus. Existimo tamen D. Thomam *tacite* retractasse illam doctrinam in I. q. 105. a. 5. et 0. ul>i *etequisite* tractans omnem modum, quo causa prima operatur cum secunda, *illam virtutem* omisit : quod facere non potuisset in proprio ac praecipuo loco, si existimasse! esse per se necessariam ad concursum primae causae : el similiter *III. C. Gent.* cap. 70. *illius* non meminit. »

2n « Nec discursus, quem facit in dicto a. 7. *De Dot.* est efficax. Fundatur enim in eo. quod causa secunda non potest efficere *esse* existential' nisi per modum instrumenti : quod, proprie el in rigore loquendo de instrumento, verum non est, ut in solutione ad 5. attingam et latius infra, disputando de essentia creaturae. *(Disp. metaph.* 31.) »

1'nde habetur : *a)* Quod D. Thomas jam docuerat physicam praemotionem antequam Banez nasceretur, quamvis Suarez existimet *(ex suo capite,* absque dubio) D. Thomam fecisse poenitentiam *sui Banezianismi* praehistorici : &)quod Suarez bene vidit et liene intellexit ubi jacet positum fundamentum ontologicum et caput totius hujus controversiae, ut supra jam declaratum fuit *Parte Secundo* cap. 10. ’.

1 Omnia, quae supra breviter sunt indicata <le oppositione inter Suarezii et D. Thomae doctrinam, evolventur ac declarabuntur, si Deo ita placuerit, cum opus *De veritate fundamentali philosophiae Christianae* perficiemus. Manent jam etiam quasi delineata in ephemeride *La Science catholique,* n»» de juillet et août 1898, et septembre 1899, ubi lector inveniet duas magistrales dissertationes, in quarum altera *Suarez, métaphysicien, commentateur de saint Chômas,* in altera vero *Suarez théologien et la doctrine de saint*

§ 3

Quomodo se habeat Bellarminus ad doctrinam I*. Thomae.

Bellarminus damnat opinionem Molinae. Ut jam supra manet indicatum, Bellarminus Z. *Degrat. et lib. arb.* cap. 12. ubi explicat, in qua re sita sit gratiae efficacia, distinguit 1res opiniones, quarum *prima* est eorum qui « existimant in polestale hominis esse, ut gratiam faciat esse *efficacem,* quae .dioquin ex se non esset nisi sufficiens. Haec opinio (addit Iteliarminus) : *a)* aliena est omnino a sententia etiam Scripturarum Divinarum ; ... *b)* aliena a S. Augustino, qui non vult i.'ratiam elïicaeem pendere at» humana voluntate, sed a di-

Thomas, Le Mystère de la Sainte Trinité, quoad tincas generales hoc, quod indicavimus, in perspicuo ponitur. Inter alia plurima ibi leguntur istiusmodi observationes : « Ce serait faire injure à Suarez que de supposer qu'il n'a pas eu l'intention de reproduire, aussi fidèlement que possible, en les expliquant, en les développant, les théories do saint Thomas d'Aquin. Les Constitutions de la Compagnie de Jésus (part. 1. cap. 11. S 1.) font une *obligation* à tous les membres de la Société d'enseigner la doctrine théologique de saint Thomas. Et comme sa philosophie est le fondement même de sa théologie, et ne peut s'en séparer; comme, par ailleurs, les religieux de la Compagnie doivent faire servir la philosophie à l'étude de la vraie théologie scolastique qui* les Constitutions recommandent (Congr. 3. can. 8.), il s'en suit que la philosophie qu'ils doivent étudier et enseigner est celle même de .tint Thomas d'Aquin ; autrement, elle ne pourrait plus être le préambule de la théologie que tous sont tenus de suivre... Mais nous ımimes, nous aussi, en droit de demander si Suarez a toujours exactement rendu la pensée du *Maître des maîtres.* Ce serait un travail trop vaste que d'examiner s'il justifie en toutes ses opinions ı ı· qu'on nous dit de lui. Nous ne voudrions pas cependant, ne pas vérifier si cette concordance parfaite entre les idées du *Doctor Angelicas* et celles du *Doctor Eximius* existe quant aux théories fondamentales de la métaphysique. L'un et l'autre ont basé leur théologie ı nr la philosophie ; en connaissant la base, nous pourrons logiquement porter notre jugement sur le reste de l'édifice...

Saint Thomas, logiquement, pose donc comme *fondement* de sa doctrine la distinction réelle entre l'essence et l'existence ; Suarez,

vina ;... ç) denique, haec opinio evertit, omnino fundamentum praedestinationis divinae, quam S. Augustinus ex Divinis Litteris solidissime comprobavit. »

Itellurminus asserit physicam praemotionem tollere liberum arbitrium et cum errore Calvini identiiieari. — *Secunda :* Est igitur alia sententia, in alio extremo, aliorum qui docent gratiam efficacem esse *actionem Dei physicam,* quae determinat voluntatem ad volendum et eligendum bonum, quod illi fuerat per gratiam excitantem inspiratum; el quia non

au contraire, logique aussi avec lui-même, n'y voit qu'une simple distinction de raison...

Si donc la métaphysique de Suarez s'écarte à ce point, de celle de saint Thomas, qu'elle en est, dans les lignes principales, totalement différente, on pourra, non sans raison, s'étonner de voir Suarez nous être proposé comme un commentateur sûr et fidèle du grand Docteur. Il a pu prendre, en effet, à l'Ange de l'Ecole, les mots, les expressions, la forme du discours, bref, touteequi fait *l'extérieur* de la doctrine scolatisque ; mais, à coup sûr, son système est tout autre, et ce serait grandement se tromper que de croire la doctrine suarézienne (qu'on me pardonne le mol) la continuation, l'explication de la doctrine, je ne dirai pas thomiste, mais de saint Thomas...

Que des raisons particulières fassent préférer Suarez, soit ; mais qu'on nous oblige à étudier saint Thomas dans Suarez, jamais ; il faut être loyal, donner à chacun la part qui lui revient, et si l'on veut être disciple de saint Thomas, ne pas craindre, lorsqu'il le faut, de s'écarter de ses savants commentateurs, fussent-ils Suarez ou de Lugo...

Avec la même libertéque l'éditeurdu R. P. Pesch [1], nous affirmerons donc que Suarez, non seulement en philosophie — c'est un point que nous considérons comme acquis — mais encore en théologie, se trouve, sur la plupart des questions les plus importantes *du dogme,* en contradiction flagrante avec saint Thomas, et, qu'en conséquence. sur le terrain théologique, comme sur le terrain philosophique, il ne peut nous être présenté comme un commentateur exact et fidèle du *Maître des maîtres.*

1 Dixerat enim de Suarez, quod : « sic pie, sic dilucide, sic acute, sic graviter, sic tandem modeste scripsit, ut vere primus ex discipulis et D. Thomae interpretibus censeri ab omnibus mereatur ». *(Philosoph. Lacens.* Instit. Phil, secundum principia S. Thomae Aquinatis. Auct. Tilman Pusan.

poles! fieri, ut Deus physice determinet voluntatem, quin ipsa voluntas determinetur et velit id, ad quod determinatur, ideo fieri non potest, ut gratia ista non habeat effectum infallibilem. Haec opinio videtur mihi : *a)* aut esse omnino eadem i uni errore Calvini et Lutheranorum, aut parum ab illo distare; *b)* et quemadmodum opinio superior destruebat gratiam efficacem et simul praedestinationem, ita haec opinio destruit gratiam sufficientem et simul tollit e medio liberum arbitrium. » Ita Bellarminus.

Bellarminus asserit physicam praemotionem doceri a h. Thoma et esse valde consentaneam tam S. Scripturae quam rectae rationi. — Ex his duabus opinionibus extremis •'I oppositis, quarum altera destruit gratiam efficacem et praedestinationem, el altera gratiam sufficientem et liberum arbitrium, sunt *prima* Molinae, et *secunda* D. Thomae. Quod prima sit Molinae, palet ex terminis. Quod altera sit D. Thomae, probat sic ipsemet Bellarminus *IV. De grat. et lib. arb.* i ap. 11. : « Quatuor modis voluntatem a Deo inclinari ad aliquid appetendum vel fugiendum : 1° *Efficienter* et *physice immediate illam movende et determinando ad unum.* Nam si potest ipsa se determinare : cur non possit etiam Heus eam determinare? 2° *Efficienter* quidem, sed mediante *aliqua forma,* quam imprimat in voluntate. Nam infundendo cratiam et virtutes, per eas inclinat voluntatem ad bonas actiones. Et iios duos modos *notavit S.* Thomas in *De Veri/.* q. 22. a. 8. 3° *Objective,* id est, per internam suasionem, sed efficacissimam, ut *resisti non possit.* Nam si passio vehemens rapit aliquando voluntatem ad consensum, certe multo I.icilius potest Deus id facere. 4° *Objective* quidem et efficaeder, sed ita. ut efficacia proveniat non tam ex *vehementia* persuasionis quam ex *dispositione* voluntatis, quam Deus *praevidet.* Nimirum, cum Deus ita proponit aliquid interna persuasione, ut *videt* voluntatem aptam esse ad consentiendum. « Et in eodem libro cap. 16. addit : « Altera ratio conciliandi libertatem humanam cum cooperatione divina, el balasse etiam probabilior, est .juxta sententiam S. Thomae,

qui docet cooperationem divinam ita concurrere cum secundis causis, etiam liberis, ut non solum eis dederit et conservet virtutes operatrices, sed etiam *eas moneat.,* el *applicet ad opus :* ut cognosci potest ex I. q. 105. a. 5. et *IIT. C. Gent.* cap. 70. et *De Pol.* q. 3. a. 7. Quae sententia videtur valde consentanea : 1° tum Scripturae, quae dicit nos in Deo esse, vivere et moveri (Aci. 17.); 2° tum etiam· rationi et ordini, quem habet prima causa cum secundis; 3° neque laborandum est in hac sententia, ut ostendamus nihil omnino fieri sine Deo. » Haec Bellarminus.

Bellarminus ergo contradictoria affirmare videtur. — Etenim *modum, illum,* quo Deus physice, efficienter, immediate voluntatem movet et inclinat, determinando ad unum, Bellarminus asserit :

1° Esse doctrinam D. Thomae *De Veri/.* q. 22. a. 8.,- I. q. 105. a. 5. ; *ITT. C- Gent.* cap. 70. ; *De Pol.* q. 3. a. 7.

2° Esse doctrinam valde S. Scripturae consentaneam ; atque etiam rationem et ordinem, (pii interesse debet inter causam primam et causas secundas, apprime declarare ; et qua optime demonstratur nihil omnino sine Deo fieri. Et tamen :

3° Esse omnino eandem cum errore Calvini et Lutheranorurn, aut parum ab illo distare ; et destruere- gratiam sufficientem; et simul e medio tollere liberum arbitrium 1,

1 P. Schiffini S. J. *De grat.* disp. 1. p. 398 affert testimonia, tam Suarezii quam Bellarmini contra gratiam seipsa efficacem,, sic : 1" ‹ Suarez, vir procul dubio *fundatissimae doctrinae et modestissimi judicii,* ita pronuntiavit : Doctrinam hanc de praedeterminatione physica... dignam esse, ut per Ecclesiae censuram damnetur, vel potius jam damnata declaretur. Nam, licet non sub ea voce, sub aliis aequivalentibus jam damnata est. *l't quod gratiam necessitatem inducat* : necessitas enim et praedeterminatiefl ad unum idem sunt tamquam definitio et definitum, ut dixi. Item,, quod gratia tollat libertatem : nam perinde est, quod *totlat indifferentiam.* Vel quod gratia praeveniens ita moveat, ut ei *non possit resisti :* nam hoc ipsum faceret illa gratia efficax tali modo. (Opuse.. *De vera, intelligentia au.ril. effle,* cap. ult.) »

Quomodo Bellarminus absolvat doctrinam I). Thomae ab omni communicatione cum errore Calvini et Lutheri. — Bellarminus *IV. De grat. et lib. arb.* cap. 16. adjungit : Sed tamen habet etiam haec sententia suas difficultates... Objiciunt igitur aliqui contra sententiam S. Thomae, non posse inlelligi, quomodo Deus moveat et applicet causas -.eetindas. » Hujusmodi vero difficultates contra S. Thomae sententiam sunt eadem prorsus argumenta, quibus ipsemet Bellarminus *I.* cap. 12. conatur probare « actionem Dei physicam, quae determinat voluntatem ad volendum et eli-

2" « Baud absimile luit judicium, quod de eadem opinione tulit Bellarminus sic inquietis : Est igitur alia sententia... aliorum qui docent gratiam efficacem esse actionem Dei physicam, quae determinat voluntatem ad volendum et eligendum bonum, quod illi luerat per gratiam excitantem inspiratum ; et. quia non potest Heri, ut Deus physice determinet voluntatem, quin ipsa voluntas determinetur, et velit id ad quod determinatur, ideo *fieri non potest,* ut gratia ista non habeat effectum infallibilem. Haec opinio videtur mihi aut esse omnino eadem cum errore Calvini et Luthelanorum, aut parum ab illo distare. — Haec historice tantum dicta ont in eum iinem, ut sciatur, quid *viri doctissimi et sanctissimi* de hae re senserint, minime vero ut censura aliqua theologica notem praedeterminantium placita. » Haec P. Schifllni.

1" Ad *fundatissimam doctrinam et modestissimum judicium,* I'. Suarezii respondet non quidem P. Bâtiez, sed ipsemet D. Thomas : *e) Gratia necessitatem inducit :* » Habet necessitatem ad id. quod ordinatur a Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis ; quia intentio Dei deficere non potest. » (l-II. q. 112. a. 3.)

b) Gratia tollit indifferentiam : « Ex parte quidem sui (potentiae voluntatis) quando nondum consecuta est suam perfectionem, per nam ad unum determinetur; unde hoc (esse ad utrumlibet ex parte sui) in imperfectionem virtutis redundat, et ostenditur esse *potenlialitàs* in ipsa. » *(I. C. Gent.* cap. 82.) Unde tollit indifferentiam *passivam,* nullo modo *activam,* quam perficit ac complet. (Vide supra cap. 5. p. 167.)

‹·) *Gratia praeveniens ita- movet, ut ei non possit resisti :* • Dico *non posse* ex parte virtutis motivae, quamvis *possit* ex parte vertibilitatis liberi arbitrii. › *(De Carit,* q. unica a. 12.) Ac per hoc respondetur ad P. Schneemann *(Controversiarum...* p. 14) Hi-ribentem : « Quod sc Lemos et Alvarez consolantur, non definitum in Tridentino *resistere posse,* sed *dissentire posse,* id quidem sola-

gentium bonum ». esse errorem Lutheri el Calvini, ac destruere gratiam sufficientem et tollere libertatem. Verum, *IV.* cap. 16. solvit has difficultates, dicendo : 1° Quod « virtus a Deo impressa per modum transeuntis, ditm causa secunda operatur, non distinguitur ab ipsa virtute naturali : sed est illa eadem, quatenus illa Deus utitur ad illam actionem perficiendam » : 2" « est autem necessaria haec, molio Dei ex parte, causae secundae, quae cum sit talis... habet necessariam dependentiam a causa prima, in cujus virtute operatur... » : 3° « influxum seu virtutem Dei. qua

tium in Vaticano sublatum est, cum (cap. 3. de fide catholica) haec ipsa verba : *resistere posse* usurpata videamus. » Ante et post definitiones Vaticani et Tridentini possunt etiam se consolari cuncti Molinistae, méditantes in corde suo supraposita I). Thomae, verba ; et lumen etiam accipere ad intelligendam distinctionem illam famosam *sensus divisi* et *sensus compositi* (quam videntur non satis penetrare) ex his, quae Angelicus Doctor tradit. 11-11. q. 24. a. 11. : « Tripliciter ergo possumus considerare caritatem : uno modo, ex parte Spiritus Sancti moventis animan ad diligendum Deum: et ex hac parte caritas impeceabilitatem habet ex virtute, Spiritus Sancti, qui infallibiliter operatur quodeumque voluerit. Unde *impossibile esi haec duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem movere* ad actum caritatis, ct quod *ipse* caritatem *amittat peccando.* » Id quidem solatium non fuit sublatum in Vaticano, neque tolletur in sempiternum.

2» Quantum vero ad Bellarminum, dicendum est : *a)* Quod *I. De gral. et lib. arb.* cap. 12. sententiam Molinae (quem tamen non nominat) circa gratiam efficacem conceptis verbis affirmat esse ‹ omnino alienam a sententia Scripturarum Divinarum ; ... evertere omnino fundamentum praedestinationis divinae » etc. (vide supra p. 10). Quare ergo P. Schiffini hoc celat silentio? Dum ita Bellarminus sensit de Molinae doctrina, desinit,ne esse *vir doctissimus et sanctissimus ? b)* Quoad illud : « *fieri non potest,* ut *gratia ista* (seipsa efficax) *non habet effectum infallibilem* », jam D. Thomas responderat ex supra citatis locis, quomodo *fieri non potest;* et tamen doctrina D. Thomae toto coelo distat ab errore Calvini, sicut a sententia Molinae, *c)* Quod autem talis doctrina, ab Angelico Doctore expresse tradita, videatur Bellarmino « esse omnino eadem cum errore Calvini et Lutheranorum » : et postea etiam ipsi Bellarmino videatur ‹ esse doctrina valde S. Scripturae consentanea. » etc. : hoc relinquimus explicandum ipsi P. Schiffini,

Milnntas movetur et applicatur ad opus, recipi in causis «••■undis secundum earum dispositionem...: nimirum, quod mH unias *sinat* se moveri ab objecto per rationem sibi proposito, vel *non sinat...* » : 4° quod « ipsa motio Dei in voluntatis potestate est; nam si se voluntas moveri sinat ab objecto proposito, Deus eam applicat el movet ad actum eliciendum ; si non sinat, Deus eam non applicat neque movet » ; 5° atque ita « operatio libera est. quoniam influxus hei non ponitur nisi *prius* voluntas per negativam deter-

qui in suo opere *De gratia* scribit : *a)* « Theologi porro, qui hunc opinionem sunt amplexi (gratiam ex se efficacem juxta doctrinam D. Thomae) gratiam seipsa efficacem, quam posuit Calvinus, tuendam esse existimarunt, ita tamen, ut ejus motio, mmetsi irresistibilis, apte cohaereret cum libero consensu, secus ni· Calvinus docuerat» (et tamen est gratia quam posuit Calvinus !) (p. 395). *b)* « Gratia seipsa efficax, qualis in schola Barieziana exhibetur. non satis tuetur dogma catholicum de gratia vere et pure sufficienti. » c) « Gratia seipsa efficax, qualis in schola Haheziana exhibetur, non satis cohaeret cum definitione Trldentina «ess. fi. cap. 4. » Thes. 23. et 24. p. 399 et 105.)

Id idem, quod Suarez et Bellarminus et P. Schiffini et infinitus Molinistarum numerus dicunt et repetunt sine fine dicentes de ratia seipsa efficaci, qualis in schola Baneziana exhibetur, dixil uitea Molina de gratia seipsa efficaci, qualis in *Sumina Theologica* i II. q. 111. a. 2. et q. 113. a. 8. exhibetur a D. Thoma. Respiciat ergo 1*. Schiffini, quanta sit multitudo de hae re unum et idem sentientium vel saltem scribentium, uno tamen discrimine, quod Mulina in libro *Concordiae* loquitur de *D. Thoma,* et ceteri alii loquuntur de *Bahez.* At de *Comoedia Banezianismi* infra cap. 11. (Vide supra cap. 4. p. 94 et *Part. Prim.* p. 222 et 498.)

I·· Quoad Bellarminum tamen affirmantem, *doctrinam. D. Thomae nihil aut parum- a Calvino differre,* haec adnotat Gonet : « Verum existimare malim, quod plures sentiunt, nusquam ea verba, quibus ' ravius quam par esset, sententiam b. Thomae et Thomistarum i.otasset, piissimum juxta et doctissimum Bellarminum scripsisse, n il a *quibusdam· Jesuitis Germanis,* qui impressioni libri controversiarum ejus praeerant, *intrusa fuisse.* Neque hujus fraudis et adulterationis evincens argumentum deest : triplex enim habeo » etc. (I.egeGonét. *Clypous Thèol. Thomisl.* T. I. tract. 3. disp.fi. *Apologia Thomistarum-* a. 6.)

minutionem ad illum recipiendum se disponat ». Haer Bellarminus.

Clique, motio Dei est abs dubio necessaria ex parle causae, secundae, etiam liberae, propter suam necessariam dependentiam a causa prima, in cujus virtute operatur: influxus Dei recipitur in voluntate secundum ejus dispositionem; virtus a Deo impressa in voluntate est. per modum transeuntis; sed hujusmodi virtus transiens distinguitur ab ipsa virtute naturali, quae est per modum permanentis, et quae completur in virtute agendi, quatenus illa Deus utitur ad illam actionem perficiendam : nam hujusmodi *usus* ex parte Dei est ipsa Dei motio seu virtus in voluntati* impressa» per modum transeuntis: molio autem Dei moventis voluntatem in ipsa voluntate est motus seu transitus de potentia in actum, ipsa autem motio Dei, proprie loquendo, non est in potestate voluntatis; sed per Dei motionem potestas voluntatis completur ac conjungitur cum suo proprio actu- Non enim est voluntas hominis, quae utitur Dei motione; sed Densest, qui per suam motionem utitur hominis volunlate et applicat ad opus. Operatio autem esi libera; quia ex Dei motione recipit voluntas humana complementum suae propriae virtutis, et hoc ipsum, quod seipsam moveat et se applicet ad agendum in ordine causae secundae. Bellarminus adhibet quaedam verba ambigua, quae videntur sensum Molinae redolere. Quid ergo significat illud : « Si se voluntas moveri .*sinat* ab objecto proposito, Deus eam. applicat el movet ad actum eliciendum ; si *non sinat,* Deus eam non applicat neque movet »? Et. illud : « Influxus Dei non ponitur nisi *prius* voluntas per *negati vani determinationem* ad illum recipiendum se disponat » ? Exspectatae Deus determinationem voluntatis seu illius consensum ad hoc, ut illam moveat et applicet ad agendum ? Cadilne ipsa voluntatis determinatio et consensus sub Dei motione et applicatione? A quo efficienter et physice causatur *initium* bonae voluntatis? fndenam transitus liberae voluntatis de potentia in actum ? A quo efficitur *egressus* actionis a potentia voluntatis?

Responsio Bellarinini ad punctum crudum controversiae. — I dlarminus TV. *De grat. et lib. arb.* cap. 15. : « Respondeo : In co, quod est voluntatem se determinare ad opus, sive iquod idem est) reipsa operari, cum antea non operaretur, hia considerari possunt : *voluntas. actio* ejus, et *egressus* actionis a voluntate, sivè relatio et habitudo actionis tamquam effectus ad voluntatem ut ad causam. Ex his tribus. ' '>*luntas* sine dubio a solo Deo lacta est : *actio* quoque fit .i Deo, quamvis non solo: denique, *relatio* proprie non fit. -oil consequitur: tamen, ut est idem re cum actione, ab eo Id. a quo actio ipsa fit. Itaque nihil est, quod non fiat a Deo: d lainen non dicitur Deus determinare vel applicare voluntatem ad opus ; quia relatio illa non refertur ad Deum, ed ad solam voluntatem. Referretur autem etiam ad Deum, -i ipse uteretur voluntate tamquam instrumento ad illam ipsam actionem faciendam. »

Iit iterum ibid. : « Deus ab aeterno determinavit omnes effectus, sed *non ante praecisionem* determinationis caudarum secundarum, praesertim contingentium et liberarum.» til ibid. cap. 14. : « Determinationem particularem referendam esse in ipsam voluntatem, non in Deum prius determinantem. » (nde patet :

a) Congruismum Bellarmini esse purum Molinisinum; et eum Bellarminus ait. quod : « si se. voluntas moveri *sinat* ab objecto proposito, Deus eam applicat et movet ad actum eliciendum : si non sinat. Deus eam non applicat neque movet » : hujusmodi applicatio et molio in ore Bellarmini nihil aliud est nisi *concursus simultaneus* .Molinae.

b) Bellarminum ludere verbis, dum ex una parte affirmat quod « Deus eam (voluntatem) applicat et movet ad actum eliciendum ». et simul affirmai ex alia quod « tamen non dicitur Deus determinare vel applicare voluntatem ad opus ».

c) Bellarminum contradictoria tradere, dum ex una parte asserit quod « nihil est quod non fiat a Deo ». el ex alia asserit quod « determinatio particularis voluntatis referenda est in ipsam voluntatem, non in Deum prius determinantem ». cum praeterea affirmai quod « actio voluntatis fit a Deo »,

el tamen quod « egressus actionis a voluntate non referretur ad Deum, sed ad solam voluntatem ».

d) Initium bonae voluntatis non causari efficienter ac physice a Deo. sed Deum exspectare consensum voluntatis; nam Deus non agit in potentiam liberae voluntatis ea ex parte qua voluntas agens est. et nec ipsa voluntatis determinatio nec consensus cadunt juxta Bellarminum sub Dei motione et applicatione. Cum igitur in libello, cui titulus *Recognitio operum.* Bellarminus scribit, quod Deus « afflat initium voluntatis bonae: et afflare initium voluntatis bonae, est afllalio quae physica actio est... Et. Deum per gratiam adjuvantem vere efficienter el physice movere voluntatem. Quae, repetere voluimus, ne quis existimaret nullam nos agnoscere motionem voluntatis per gratiam nisi moralem »: Vel inter se pugnantia scribit, vel dicendum, quod *egressus* liberae actionis a potentia voluntatis causatur a Deo, el refertur etiam ad Deum ut ml causam principalem, quae utitur voluntate creata tamquam instrumento ad bona opera lacienda.

Ad salvandam ergo veram hominis libertatem ac perfectam Dei causalitatem, oportet admittere physicam praemotionem. — Si enim *egressus* actionis ex potentia voluntatis a Deo non efficitur, qua ergo ratione dici potest nihil esse in actione libera quod non fiat a Deo? Egressus actionis a voluntatis potentia est ipsa actio in *fieri,* ipsum actionis initium atque inchoatio: est *motus,* cujus naturam seu quidditatem tantopere timent inspicere ac investigare Molinistae et Congruistae. Nec oportet confundere motum cum relatione; alia est enim natura motus, et alia natura relationis, licet detur aliquis motus, qui ad relationis naturam reducitur. De natura quidem relationis est *esse aci aliud:* motus VerO mm habet naturam determinatam, sed reducitur ad genus el speciem ejus ad quod terminatur motus. Motus autem non est ens completum, sed est via ad ens, quasi medium quid inter potentiam et actum : sicut egregie docet Aristoteles ac praeclare declarat. D. Thomas in suis praesertim *Comment.*

upra libros Physicordm ac Metaphysicorum : quantumvis Bellarminus dicat Aristotelem nusquam scripsisse : *Omne quod movetur, ab alio movetur.*

(tum igitur egressus actionis a voluntate sit motus seu transitus de potentia in actum, in hujusmodi motu reperire rst relationem ad motorem et ad rem mobilem ; ad Deum el ad voluntatem, quae ex eo, quod a Deo movetur, habet hoc ipsum quod se moveat ad libere el bene agendum. Motus namque est simul actio et passio; est actus entis in potentia prout in potentia: est complementum potentiae operativac alque ejusdem operationis inchoatio. Unde D. Thomas *III. Physic,* led. 1. et 2. : « Motus aliquo moclo ad genus relationis perlinere videtur, in quantum movens refertur ad mobile... Et quot modis dividitur *ens.* tot modis dividitur *motus* secundum diversa genera entium... Motus nec est potentia exislentis in potentia, neque est actus existentis in actu ; sed est actus in potentia; ut per id quod dicitur *actus,* dôSifenetur ordo ejus ad anteriorem potentiam, el per ai quod dicitur in *potentia exislentis,* designetur ordo ejus ad ulteriorem actum. Unde convenientissime Philosophus definit motum, dicens quod motus est : *Actus existentis in potentia secundum quod hujusmodi.* » Et *III. (lent.* cap. 147. : « Sub Deo. qui est primus intellectus el videns, ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta sub principali agente. » Et *De Pot.* q. 3. a. 7. ad 3. : « In operatione, qua Deus operatur movendo naturam, non operatur natura, sed ipsa naturae operatio esi etiam operatio virtutis divinae; sicut operatio instrumenti est per virtutem agentis principalis. »

Dicendum itaque est : 1" *voluntatem* sine dubio a solo Deo laciam esse; 2° *actionem* voluntatis *lotam* factam esse a Deo d *totam* a creatura rationali per suam voluntatem; a Deo quidem immediate immedialione virtutis, a creatura vero immediate immedialione suppositi : 3° *egressum* actionis i voluntate, quatenus est *motus* el *transitus* do potentia in actionem, a Deo etiam fieri, cujus virtus conjungit omnem causam secundam cum sua propria operatione et effectu.

et vehementius ingreditur in causatum quam ipsa virtus secundae causae. Unde niliil prorsus est. quod Hat ab ipsa potentia voluntatis, quod non fiat etiam a Deo: el aliquid lll a Deo, quod a voluntate non lit. sed in illa recipitur, ul prorumpat in actionem. El sic tam *actio* quam *egressus* actionis a potentia voluntatis referuntur primo et principe- i liter ad Deum, qui utitur voluntate tamquam instrumento I rationali et libero ad liberam actionem faciendam. Physica | ergo praemotio non destruit libertatem, sed completae per- I licit; non tollit indifferentiam *activam,* sed *passivam,* quae J consistit in carentia seu privatione actus; ac perinde, ipsa indifferentia activa adaugetur. Praemotio physica est aliquid I reale a solo Deo causatum atque in ipsa potentia operative agentis creati receptum per modum acluantis, complentis j ac perficientis, ut ex professo in *Parte Secunda* cap. 5. I ostensum manet.

Cum autem dicitur a Bellarmino : « Si se voluntas moveri sinat ab objecto proposito. Deus eam applicat et movet ad actum eliciendum : si non sinat. Deus eam non applioal neque movet » : vel voluntas, dum sinit se moveri ab objecto, i nihil agit, sed mere passive se habet, el tunc nihil explicatur, nec aliquid ad vitandum errorem Calvini efficaciter affertur, nec Bellarminus sibi ipsi concordat, qui liberum arbitrium I *potentiam simpliciter* et pure *activam* esse pronuntiat; vel voluntas revera agit et exercet suum dominium, eligendo aut consentiendo, el tunc voluntas jam elicit actum el applicat ac movet seipsam ad eligendum el consentiendum, antequam Deus eam applicet et moveat ad actum eliciendum: et sic motus el actio voluntatis non reducitur in Deum, qui est primus actus et primus intellectus et volens. Oportet ergo, J ut salvetur vera hominis libertas et perfecta Dei causalitas. recurrere ad *Physicam Praenotionem.* Unde D. Thomas */. C. Gent.* cap. 57. : « Omnem motum necesse est reduci j in primum movens, quod est movens tantum el non motum. Illud igitur, a quo est prima origo motus, oportet omnino esse movens et non motum. Hoc autem est intellectus divi4l nus. ul supra cap. 13. ostensum est. » Atque in hoc cap. 13.

ubi demonstratur Deum esse, proceditur per illam viam : *Omne quod movetur, ab alio movetur;* et : *In moventibus* ' *! motis non est procedere in infinitum.* « Quorum primum, biil D. Thomas, probat Philosophus tribus modis », quamvis llellarminus non dubitet affirmare *III. De grat. et lib. tirb.* cap. 11. : « Philosophus nusquam scripsit : *Omne quod movetur, ab alio movetur.* »

CAPUT DECIMUM

Utrum Congruismus Sorbonicus qui etiam Congruismus Tournely dicitur revera a Molinismo recedat.

PRAENOTANDA

Primo : **Auctores hujus Congruismi.** — Post Congruismum Suarezii ac Bellarmini, aliqua breviter oportet dicere circa systema Sorbonicum, quod species quaedam Congruismi est, et cujus auctores ac defensores, juxta quod scribit P. Joannes Herrmann, e Congregatione SS. Redemptoris, inter alios habentur : « Tournelius... qui suam theologiam evulgavit anno 1725. Alii vero sua scripta typis mandaverunt : Gamachaeus, anno 1634 : Duvallius, anno 1636 ; Is. Habertus, anno 1647; Ysambertus, anno 1648; Alph. Le Moyne, anno 1650; Bedianus Morange, anno 1670; Frassen, anno 1672; Thomassinus, anno 1682 ; Duhamel, anno 1690 ; Norisius, versus annum 1690 ; Duplessis d'Argentré, anno 1712 ; Boucal, anno 1718. » *.

Secundo : **Excellentia hujus Congruismi.** — « In hoe nostro medio systemate nobis agendum est contra omnes

' ita P. .Joannes Herrmann, sacerdos e Congregatione SS. Redemptoris, *Tractatus de divina gratia* part. 1. sect. 4. cap. 6. n<> 595. Hocce systema ad examen vocamus, juxta quod ab ipso P. Herrmann in suo opere traditur. (Edit. Romae facta 1904).

patronos aliorum systematum, ita tamen, ut eos ad nostram '•ntentiam stabiliendam coadjutores habeamus. Contra Molinistas nobis probandum est gratiam ab intrinseco et suapte natura efficacem esse admittendam ; et in hoc opem nobis ferunt Thomistae et Augustiniani rigidiores. Contra Thomislas speciatim probandum est hujus gratiae efficacitatem non desumi ex praemotione physica; el in hoc nobis auxiliatur tota schola Augustiniana. Contra Thomistas, Auguslinianos, et quadantenus contra Congruislas, probandum est gratiam ab intrinseco efficacem non requiri ad omnia el singula opera salutaria ; sed ad faciliora, et praesertim ad orationem, omnino et perfecte sufficere gratiam sufficientem omnibus ordinarie concessam ; et in hoc Molinistae nobis mixilium praestant. » (n° 509.) Quot el quanta in uno Coni' ruismo Sorbonico congregata reperiuntur bona ! *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.*

Tertio : **In quo differat istiusmodi Congruismus a Congruismo Suarezii.** — « Respondetur : Differre omnibus modis. Kuplex enim datur congruitas, interna sc. et externa. Nos intrinsecam, Congruistae vero solam tuentur extrinsecam. Juxta Congruislas... infallibilem effectum gratiae dependere, non ab ejus vi intrinseca, sed vel a voluntatis consensu, vel h circumstantiis, in quibus homo versatur; Deumque enectum gratiae infallibiliter cognoscere non posse, nisi ope scientiae mediae prius exploraverit, an voluntas, in his aut diis circumstantiis posita, gratiae sil consensura, necne. Nos vero dicimus congruitatem esse gratiae intrinsecam, ul· ipso Deo gratiae inditam, atque consistere non in entiIntc aliqua, absoluta gratiae superaddita, sed in speciali modo divinae vocationis, in ipsius sc. perfecta contcmperalionc cum voluntate vocali... Quare, juxta nos, congruitas ex gratia redundat in voluntatem; et Deus, ut gratiae effectum cognoscat, scientia media nullatenus indiget. » (n°561. et 562.)

Quarto : **Quaenam sint fundamenta hujus novi Congruismi.** — « Molinistae et Congruistae tamquam funda-

mentum sui systematis statuunt *scientiam mediam* ex philosophia haustam ; fundamentum omnino debile, cum scientia media limites opinionis philosophicae minime excedat; quare et eorum systemata vacillantia omnino atque dubia remanent; insuper, nec in traditione Patrum et anti-/ quiorum scholasticorum sunt commendata. Thomistae suum systema super *praemotionem physicam,* ex philosophia pariter haustam, totum aedificant. Cum autem nec praemotio physica limites opinionis philosophicae excedat, systema in ea superexstructum magnam non potest habere firmitatem. S. Alphonsus [sive Congruismus Tournely], nullum principium philosophicum tamquam petram angularem sui systematis assumit, sed inconcussas veritates revelatas in S. Scripturis et traditione contentas, quae, cum sint omnino firmae et indubiae, maximam suo systemati tribuunt firmitatem ac certitudinem. » (η" 748.) « Thomistarmn systema... tamquam fundamento nititur in principio metaphysico, sc. : *Deum esse primam causam et motorem universalem, a quo omne ens et omnis actio venire debent.* » (n° 399.) Hoc tamen principium limites opinionis philosophicae excedere videtur, ni multum fallimur; ideoquo systema super hoc principium evidenter demonstrabile atque evidenter a D. Thoma demonstratum (I. q. 2. a. 3. et q. 44. a. 1.) fundatum ac superexstructum. magnam potest habere et habet firmitatem. Principium igitur, super quod Thomistae lotum suum systema aedificant, est praecipua ac summa inter illas veritates philosophiae primae, quae a D. Thoma vocantur *praearribula ad articulos fidei.* (1. q. 2. a. 2. ad 1.)

II

CONCLUSIO

Systema Tournelii, seu Congruismum Soi'bonicum, prout a P. Joanne Herrmann declaratur, oportet etiam rejicere ; quia :

a) Contradictoria continere videtur ;
b) Duplicem divinae motionis modum, a D. Thoma traditum, confundit ;
c.) A. doctrina Molinae non recedit ;
d) Veram rationem causae primae in Deo non salvat.

§ 1

Contradictoria quidem videtur continere·

Ktenim, juxta Sorboniei Congruismi expositionem :

Phimo : *Deus omnia et singula fidelium opera salutaria praedefinivit simul atque non 'praedefinivit.* Praedellnivit : quoniam « Deus decreto suo efficit, ut nostra opera illum habeant effectum, quem revera habent... Bona opera nostra praeparavit (Deus), non quia praevidit nos in iis esse ambulaturos, sed quia sua voluntate efficit, ut in iis ambulemus. » (n° 517.) Non autem praedefinivit : quoniam « dicendum est vel omnes fideles in errore ineluctabili versari, quod nullus theologus asserere audet; vel Deum omnia et singula rorum opera salutaria non praedefinivisse ». (n0 501.)

Secundo : *Deus cognoscit omnes voluntatis humanae dispositiones, motus et actiones scientia necessaria, sen an/e decretum suae voluntatis, ac simul scientia libera seu in ipso suae voluntatis decreto.* — Quoad primum : « Deus i niin... sua scientia *simplicis intelligentiae* infinite cognoscit Ium omnes voluntatis humanae dispositiones et affectiones

pro qualibet temporis differentia, tum eujuslibet auxilii vim el efficaciam : infinite cognoscit v. *g*. quod si Petro det auxilium B, istud auxilium propter suam perfectam attemperationem ad praesentes Petri dispositiones, tanta energia ejus voluntatem mulcebit et alliciet, ut Petrus... certo et infallibiliter gratiae semper consentiat. » (n“ 610.) Quoad secundum : « In ipso decreto, quo Deus statuit talem conferre gratiam, jam cognoscit effectum gratiae et voluntatis consensum... In ipso efficaci proposito ponendi causam, jam certo praenoscit effectum. » (n° 567.) Et quoad utrumque simul : « Deus scientia *risionis* et *simplicis intelligentiae* comprehensive cognoscit tum omnes affectiones et dispositiones eujuslibet voluntatis, el quidem pro omni differentia temporis et loci aliarumque circumstantiarum, in quibus illa unquam versari potest. » (n° 555.)

Tertio : *Congruismus Sorbonicus rejici/ scientiam mediam· quoad nomen. sed retinet illam quoad rem.* — Patel sic : « Deum ad effectum gratiae ab intrinseco efficacis certo el infallibiliter cognoscendum, non indigere *scientia, media.* Deus scientia *simplicis intelligentiae* optime cognoscit cujuscumque voluntatis dispositiones et affectiones pro omni tempore aut loci differentia. » (n° 567.) « Quando igitur Deus aliquem efficaciter vult convertere, tale ei seligit medium, quod scientia *simplicis intelligentiae eognoscit* adeo ejus voluntati adaptatum et contemperatum, ac proinde adeo potens et efficax in voluntatem, ut eam infallibiliter moveat, eamque ad consentiendum indeclinabiliter et insuperabiliter adducat, atque ex nolente faciat volentem. » (nn 555.) Iterum : « Affirmamus utique Deum effectum gratiae sufficientis praevidere, quia homo ei consentit; sed haec notio... *ascientia media* undequaque discrepat. » (n° 737.) Subrideret profecto ipse Molina de hujusmodi discrepantia ; scientia namque media est qua Deus cognoscit ante decretum suae liberae voluntatis offectum gratiae sufficientis, quia homo ex innata sua libertate gratiae consentit, atque ex consensu hominis gratia sufficiens redditur efficaxJ

Quarto : *In Congruismo Sorbonico motio divinae gratiae non est nisi sola 'motio moralis ; et tamen, res miranda! physice movet atque physice actual voluntatem hominis ad agendum.* — Ita ad litteram P. Herrmann : « Gratia proin efficax, etsi *motione tantum morali* voluntatem ad liberum consensum *moveat,* eam tamen *physice* afficit; *physice* vires ei addit, non naturales quidem, sed supernaturales; eam *physice* roborat ; eam *physice* actuat atque constituit in actu primo principium *physice* undequaque completum ad deliberatam salutarem operationem exsequendam. ·I (n° 512.) Revera, praesupposita istiusmodi motione, nuila alia videtur esse necessaria; praemotio enim physica Baneziana nihil aliud facit nisi physice actuare et physice complere voluntatem, ut est principium sui actus, ad liberum consensum eliciendum

Quinto : *Juxta Congruismum tSorbonicum, voluntas hominis reducitur physice de potentia in actum per solam moralem motionem.* — « Gratiae efficacis munus est, intellectum et voluntatem ita actuare, ut ipsa deinde ad bonum, ad quod per gratiam sollicitantur, sese libere determinare valeant. Notum esi principium, nullum agens in potentia transire posse ad actum nisi moveatur ab alio agente. Jam vero, nec intellectus nec voluntas sunt semper in actu relate ad operationem supernaturalem, sed saepius tantum in potentia; quare indigent physice a Deo moveri quoad exercitium, et ut tollatur eorum indifferentia passiva seu suspensiva ad agendum vel non agendum, ita ut ipsa voluntas, hac divina motione actuata, possit sese de potentia reducere ad actum eligendi hoc vel illud. Porro, tam intellectus quam voluntas *reducuntur physice* de potentia ad actum per

1 Sicut P. Herrmann docet Deum *motione morali movere physice* voluntatem, sic, e converso, P. Frins, *Diction Théol. Vacant, Con-*I *ours divin* col. 794 docet Deum *motione physica* movere ipsam voluntatem *moraliter :* « ... d'où il suit qu'elle fait véritablement de Pieu la cause physique et *morale* de l'action mauvaise dans son i utier. » *E tutti contenti!*

ipsam gratiae collationem. Ut enim vidimus, per gratiam Heus facilitates elevat, vel saltem eis addit virtutem; salutares in intellectu excitat cogitationes indeliberatas, el supernaturalem in voluntate operatur inclinationem indeliberatam in bonum ; porro, in his consistit divina molio, qua tam intellectus quam voluntas physice educuntur de potentia ad exercitium, ita ut voluntas possit se deinde libere determinare. » (n° 512.) Ergo Congruismus Sorbonicus convenit cum Molinismo, et recedit a doctrina D. Thomae circa gratiam ope-r rantem : et praeterea :

§ 2

Duplicem divinae motionis modum, quem D. Ttiomas semper contradistinguit, quasi ex industria et deliberata intentione conatur confundere.

Primo : Quoniam D. Thomas constanter distinguit duplex divinarum motionum genus, quarum alleram vocat *ab objecto, ex parte objecti, ab exteriori,* per modum *causae disponentis, consiliantis rei praecipientis,* et sicut dicitur quod *appetibile apprehensum* movet *appetitum;* alteram vero appellat motionem *ab eo qui causal virtutem volendi, ex parte ipsius potentiae, ab interiori,* per modum *causae-efficientis* *. Et admonet Angelicus Doctor, quod licet utroque modo sit proprium Dei movere voluntatem, maxime tamen secundo modo, interius voluntatem inclinando; quoniam per modum suadentis, allicientis, delectantis, terrentis, excitantis et quomodocumque rationem boni vel mali ostendentis, potest angelus, potest homo, potest diabolus, potest appetitus sensitivus, etc. ; sed ex parte ipsius potentiae, voluntas nullo modo potest moveri nisi a solo Deo, quoniam solius Dei est sic immutare voluntatem, et solus Deus sic ab interiori in voluntate operatur, et solus Deus operatur intra voluntatem per modum causae efiicienlis, el solus Deus

1 I. q. 103. a. 4.; q. 10G. a. 2.; q. HI. a. 2.; 1-11. q. 80. a. 1.; /A,- *Malo* q. 3. a. 3. ; *De Verit.* q. 22. a. 8. et alibi pluries. — Vide *Pari. Prim. Introduci.* § 2. et q. 1. a. 1. ; *Part. Secund,* cap. 1.

potest inclinationem voluntatis transferre de uno in aliud. i cundum quod vult. *Gongruismus autem Sorbonicus'sive Tournelyanus,* prout declaratur a P. Herrmann, tradit : *it)* Gratia efficax, ad voluntatis consensum operandum, in >1111 agit non praemotione physica, sed motione tantum monili (n° 535.); *b)* « gratia voluntatem non motione physica, M'tl morali tantum, ad opus applicat » (n° 544.); *c)* « motio moralis... voluntatis consensum operatur indeclinabiliter, t.iritque ut faciamus » (n° 545.): *d)* « voluntas, ntpote libera, nequit ad aliquid ab alio [id est, a Deo) determinari nisi motione morali » (n°558.); *e)* « eam agendi rationem, quam Immo, quam diabolus servat ad voluntatem, efficacissime quo potuerint modo, suasione, delectatione, metu, etc., fortiter simul et suaviter inclinandam, eam ipsam servat et Deus, quando per gratiam efficacem hominem ad bonum supernaturale peragendum infallibiliter vult determinare. » (n° 554.)

I Secundo : P. Herrmann etiam scribit : « Si autem diabolus mleo potens est, ut motione morali, quae sola in tentalione adest, hominem ad peccatum *infallibiliter* trahat, illaesa lumen remanente ejus libertate, a fortiori concedendum est Deum motione morali hominem ita in bonum inclinare posse, ul effectus infallibiliter simul et omnino libere sequatur. » in" 580.) « Angelus enim et homo, ut docet S. Thomas il. q. 106. a. 2. et *I)e Malo* q. 3. a. 3. et 4.) non possunt voluntatem alterius aliter movere nisi *exterius,* per modum I‹. proponentis objectum atque suadentis; *interius* autem nec intellectum illuminare nec voluntatem valent immutare. Deus vero, concedendo gratiam, non solum proponit objectum, sed intellectum interius illuminat, immittendo immediate cogitationes sanctas, quibus bonum, quod latebat, innotescat menti ; atque voluntatem *interius* immutat, infundendo sc. ei immediate internam inclinationem ad luiiium propositum... Ad gratiam igitur efficacem constituendam, utique, non sufficiunt motiones morales, quales Heri possunt ab angelo vel homine: omnino vero sufficiunt quales producuntur ab ipso Deo. » (nn 603.) — S. Thomas

vero lotus est. in distinguendo in citatis aliisque plurimis locis duplex genus motioni^ juxta duplicem ordinem causae efficientis et causae finalis ; et Congruismus Sorbonicus lotus est in confundendo istum duplicem ordinem movendi et causandi; tamquam si non daretur alius modus movendi nisi sola motione morali.

Tertio : P. Herrmann iterum scribit : « Legimus Rom. 8,14 : *Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii. Dei.* His verbis gratiam efficacem manifestari, supra jam innuimus n° 520. et Thomistac ultra concedunt. Porro, in eis de sola agitur motione morali, non autem de praemotionc physica. Etenim... manifeste ostendit Apostolus spiritum, quo filii Dei ad bonum peragendum aguntur Deoque ita insuperabiliter el indeclinabiliter adhaerent, ut nulla tentalione ab eo separari possint, esse ardentissimam caritatem, fervenlemque et efficacem dilectionis affectum. Sed caritas et dilectionis allectus sunt motio moralis, non autem physica. » (n° 537.) — Ad haec dicendum : *a)* Caritas nec est motio moralis nec motio physica, sed virtus supernaturalis et theologica, habitus infusus, et forma quae inhaeret, voluntati non per modum transeuntis, ad instar motionis, sed per modum permanentis; *b)* dilectionis affectus, quo diligimus Deum super omnia, est non motio moralis nec physica, sed actus voluntatis motae a Deo utroque genere motionis ; *c)* deinde D. Thomas Rom. 8. lect. 3. expresse et conceptis verbis declarat, quod plus intelligendum est in hoc quod dicitur : *Quicumque spiritu Dei aguntur,* quam motio moralis, qua a Spiritu Sancto regimur per illuminationem interiorem et attrahimur per apprehensionem boni allicientis ac delectantis; nam loquitur D. Thomas de alia motione, qua « ipsum motum voluntatis et liberi arbitrii Spiritus Sanctus in eis (viris spiritualibus) causal, secundum illud Philipp. 2, 13 : *Deus est, qui operatur in vobis velle et perficere* ». Haec D. Thomas, qui tradit Deum causare non quidem *inclinationem indeliberatam,* sed *motum, Uberi arbitrii.*

Quarto : P. Herrmann denique scribit : « S. Thomas, expli- . ins verba : *Nisi Pater traxerit eum,* scribit : *Multipliciter l'aler trahit ad Filium, secundum, multiplicem modum trahendi absque violentia in hominibus. Nam aliquis homo trahit aliquem persuadendo ratione; et hoc modo reter trahit homines ad Filium, demonstrando eum esse Filium suum... Item, aliquis trahit alium alliciendo. I7 hoc modo illi, qui attendunt ad Jesum propter auctoritatem paternae majestatis, trahuntur a Patre... Sic ergo trahuntur a Patre, sua majestate allecti : sed trahuntur etiam a Filio, admirabili delectatione et amore recitatis, quae est ipse Filius Dei... Sed quia non solum revelatio exterior, vel objectum, virtutem attrahendi habet, sed etiam interior instinctus impellens et movens ad credendum : ideo trahit multos Pater ad Filium per instinctum divinae operationis moventis interius cor hominis ad credendum.* (In Job. 6. lect. 5.) Sed persuasio, allectatio, interior instinctus, moralem tantum constituunt motionem, non physicam. » (n°540.)— Ubi iterum manifestatur conatus P. Herrmann ad contundendum quod 1). Thomas distinguit. Angelicus enim Doctor loco supra citato distinguit multiplices modos, quibus homo trahitur a Deo absque violentia, nempe : *a)* Pêr ostensionem rationis, demontrando. et « hoc dupliciter : vel per internam revelationem, vel per miraculorum operationem »: *b)* alliciendo admirabili delectatione et amore veritatis: *c)* « per instinctum divinae operationis moventis interius cor hominis ad credendum. » Primus itaque el secundus modus, utique, moralem saltem constituunt motionem ; quoniam est modus movendi voluntatem ex parte intellectus, per viam apprehensionis, per ostensionem rationis, per oblationem boni amabilis et delectabilis. At tertius modus certe dicit aliquid plus quam motionem moralem ; nam est « interior instinctus impellens et movens ad credendum »; est « instinctus divinae operationis moventis interius cor hominis ad credendum ». Haec namque alia est via movendi voluntatem, realiter distincta .i prima; el per hanc viam sola causa prima agit. Atque

talis modus movendi voluntatem est quo voluntas in ratione en usai' secundae movet seipsam. Quapropter D. Thomas I. q. 82. a. 4. : « Respondeo dicendum, quod aliquid dicitur movere dupliciter. Uno modo, per modum linis, sicut dicitur quod finis movet efficientem ; et hoc modo intellectus movet voluntatem, quia bonum intellectum est objectum voluntatis, et movet ipsam ut finis. Alio modo dicitur aliquid movere per modum agentis, sicut alterans movet altcratum. et impellens movet impulsum ; et hoc modo voluntas movet intellectum et omnes animae vires. » Hoc. itaque modo Deus, et solus Deus, movet voluntatem ; et ista motio alterans, immutans et impellens liberam hominis voluntatem, est quae vocatur *physica praemotio* ab omnibus veris et sinceris D. Thomae discipulis. Et de hoc genere divinae motionis ait Angelicus Doctor in Job. 6. led. 5. : « Ideo Irahit multos Pater ad Filium per instinctum divinae operationis. moventis interius cor hominis ad credendum. Philipp. 2, 13 : *Deus est, qui operatur in nobis relie et perficere.* Os. 2, 4 : *In funiculis Adani traham cos. in rinculis caritatis.* Prov. 21. 1 : *Cor regis in manu Domini;: quocumque voluerit. inclinabit illud.* »

Quinto : Molina in *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 29. exclamabat quasi dolens : « Ingenue fateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam 1). Thomas in causis secundis exigit. » P. Herrmann, cui est ad intelligendum valde facilis hujusmodi applicatio, scribit : « N. B. Cum moralis motio gratiae non solum se teneat ex parte objecti, sicut motio qua homo vel angelus alterius voluntatem moveat, sed se teneat diam ex parte subjecti, et facultatem *intrinsece, immediate* et *physice* immutet : ideo haec gratiae motio, etsi voluntatem moraliter tantum ad actum determinat, est tamen aliquo modo etiam vere physica... Quae tamen motio physica toto coelo differt ab ea motione seu praemotione physica, quam communiter adstruunt Thomistae. » (n° 603.)

Si ergo Molina scivisset, quod illa celebris *applicatio,* quam

|t Thomas in causis secundis exigit, nihil aliud erat nisi *motio moralis,* quomodo exultasset el gavisus esset! Nam lune nec opus erat, ut a doctrina D. Thomae circa gratiam operantem recederet, et aliunde valuisset intelligere « quonam pacto gratia ipsa gratum faciens concurrere possit ad urium liberi arbitrii, qui ad eam dispositio est praerequisita » '. Etenim et ipse P. Herrmann affirmat, quod oppositam « sententiam clare docere videtur S. Thomas ». et haec distinctio : *gratia* (justificans) *in fieri et in facto esse.* est inaudita in doctrina S. 'Thomae » s. P. Herrmann
»

| Vide supra cap. 4. p. 92 et 93.

De grat. n'>946. et 947. Si P. Herrmann legisset De Veri/. q. 28. h 3. ad 11. invenisset illam *inauditam distinctionem* factam conicptis verbis ab ipso D. Thoma sic dicente : « Sicut sol est causa luminis non solum quantum ad *esse,* sed quantum ad *fieri;* ita etiam Heus est causa gratiae et quantum ad *esse* et quantum ad *fieri.* Aliquid autem requiritur ad *fieri* rei, quod importat qtiandain immutationem, quod non requiritur ad *esse* ipsius : sicut cum fit lumen in aere, requiritur quod aër se habeat in alio respectu ad solem quam ante; quod fit per motum solis, sine quo posset esse conservatio luminis in acre, sole semper prae ente. Et similiter ad *fieri* ipsius gratiae requiritur, quod voluntas nlio modo se habeat ad Deum quam prius; ad quod exigitur immutatio voluntatis, quae sine usu liberi arbitrii non est in adultis, ut dictum est. ›

Ibid. a. 8. invenisset, quomodo juxta D. Thomarn : I*' « Contritio • st a gratia sicut ab informante; et ita sequitur, quod in ratione •*ausae formalis* gratia sit prior » (ad 1.); 2° « meritum humanum limi praecedit gratiam in ratione merendi, ita sc. quod gratia cadat nub merito; potest tamen praecedere actus humanus gratiam ut dispositio materialis » (ad 2.); 3° « contritio est a libero arbitrio • i a gratia. Secundum quod procedit a libero arbitrio, est dispositio nd gratiam simul existons cum gratia, sicut dispositio, quae est accessitans, simul est cum forma ; sed secundum quod est a rratia, comparatur ut actus secundus ad gratiam » (ad 3.); i·· « sicut actus formaliter perficit potentiam, ita id, quod ex habitu relinquitur in actu, est formale respectu substantiae actus, •iiiarn potentia ministrat; et sic habitus est *formale principium* mtus formati, quamvis respectu formationis habeat *rationem •ausae efficientis* › (ad 4.) Sed de his vide quae supra dicta manent cap. 4. p. 92. et *Part. Prim.* q. 5. a. 8.

non modo perspicacius et acutius, quam Molina, legit opera I). Thomae, verum etiam :

§ 3

Reel quoad substantiam quaestionis a doctrina Molinae non recedit.,

1" Quoniam nullam aliam divinam motionem admittit nisi motionem moralem. 2° Quoniam affirmat Deum cognoscere motum liberi arbitrii creati scientia simplicis intelligentiae, et Deum praevidere effectum gratiae sufficientis.. *quia homo ei consentit :* quod' quidem constituit essentiam *scientiae mediae.* 3° Quia asserit gratiam sufficientem fieri efficacem ex consensu liberi arbitrii. 'i° Quia de ipsamet gratia, quae vocatur efficax ab intrinseco in hoc systemate, scribit : « Dicendum est hujus gratiae efficaciam in actu secundo pendere etiam aliquo modo a libero hominis arbitrio. Etenim, gratiae *efficacia* in actu secundo est ipsamet salutaris *operatio* aut peccatoris conversio ad Deum. Sed.. salutaris operatio et conversio ad Deum sunt actus vitales, a voluntate libere positi. » (n° 589.) Quasi operatio et peccatoris conversio non esset jam *effectus* ipsiusmet gratiae! 5° Quia de hac ipsa gratia efficaci, quae est gratia adjuvans. tradit : *a)* « Gratiam adjuvantem consistere in concursu divino ordinis supernaturalis... ; *concursus* sc. Dei *simultaneus* supernaturalis, quo Deus cum voluntate physice in *effectum* influat » (n° 72.); *b)* « gratiam adjuvantem dicimus non novam motionem praeviam voluntatis ad actum, quandoquidem praemolionem physicam in sensu recenliorum Thomistarum rejicimus ; nec tantum excitantem gratiam, quatenus novo influxu concurrit cum voluntate ad consensum el actum ; sed novum quoddam auxilium concomitans et cooperans, concursum sc. supernaturalem, quo Deus *voluntati consentienti* gratiae excitanti physice cooperatur tum ad consensum praestandum tum ad opus exsequendum » (n° 73.) ; *c)* « adjuvans semper est efficax, non quidem quia ipsam voluntatem necessario ad consensum inclinat, sed *quia, non datur nisi voluntati libere consentienti,* et

quodammodo *dependenter a libero ejus consensu* » (ibid.); <l) « Adjuvans vero voluntatem *non praevenit,* sed cum libera hominis cooperatione et *dependenter* ab ea conceditur » (ibid.) ; *e)* « juxta Sorbonicos, gratia adjuvans seu cooperans non est influxus praevius in voluntatem, ut eam nd consensum et ad actum moveat, sed est *concursus sirnul-Itineus,* quo Deus voluntati consentienti gratiae excitanti adest, ut cum ea ad actum concurrat; seu est auxilium, quod lacii nobiscum velle et agere, sed *non facit* nos velle et agere ». (nn 731.) 6° Quoniam docet, quod « gratia homini infundatur, *quia est contritus...* » et « ratio ex parte hominis assignanda est, cur [justificatio seu gratia justificans] producatur in uno et non in alio ». in0 947.) 7° Quoniam tradit, tpiod « voluntas, utpote libera, nequit ad aliquid ab alio determinari nisi motione morali ». (n° 558.) Quapropter Congruismus Sorbonicus ab intus est Molinismus Molinae: idcirco :

§ *

Von salvat in Deo veram rationem primae causae eradentis.

l'uimo : Quoniam per motionem tantummodo moralem seu per gratiam moraliter moventem nec salvatur in Deo ratio primae causae, nec inveniuntur « quae a S. Thoma ad primatum causae in Deo et ad subordinationem causarum ı-eundarum in homine requiruntur » : dicant quidquid dicant, et contendant quantum voluerint contendere. Con- :mistae Sorbonici. (n° 601.) Per motionem dumtaxat moralem Deus movet *alliciendo* et *suadendo,* sed non movet *applicando* potentiam voluntatis ad agendum. Congruistae urbonici omnia miscent ac confundunt : motionem ab objecto et motionem ex parte potentiae; motionem physicam d motionem moralem ; ordinem causae efficientis eum mdine causae finalis. Alius namque est modus causandi per modum suadentis, et alius per modum perficientis; et ideo alia est motio qua Deus movet ut primum movens immobile per viam causarum finalium, et alia motio qua

Heus movet ut primum moyens immobile per viam causarum efficientium. Unde D. Thomas *De Verit.* q. 22. a. 2. : « Sciendum est. quod causa secunda non potest influere in suum effectum nisi in quantum recipit virtutem primae causae. Sicut autem influere causae efficientis est *agere,* ita influere causae finalis est *appeti* et *desiderari..!* Et ideo, sicut Deus propter hoc quod est primum efficiens, agit in omni agente; ita propter hoc quod est ultimus linis, appetitur in omni fine. »

Secundo : Quia proprie et vere causa [1] dicitur id, quod esi. perficiens: quia causa est ad quam sequitur effectus. Et ad solam motionem moralem, sive ad actionem disponentis vel consulentis vel imperantis, non semper, non statim sequitur effectus, sicut sequitur ad actionem perficientis, cujus motio in potentia voluntatis recepta est *motus,* est *initium,* est *inchoatio* actus voluntarii, actus humani, actus liberi. Congruismus ergo Sorbonicus aufert a Deo veram rationem causae efficientis, sicut Congruismus Suarezianus. sicut idem Molinismus.

Tertio : Juxta Congruismum Sorbonicum : « Si gratiae (excitanti, sufficienti) libere (homo) consentit et actum salutarem ponit, Deus auxilio suo ad hunc ipsum consensum et ad actum salutarem *concurrit,* voluntatemque adjuvat in praestando consensum et in exsequendo opus; et illud Dei adjutorium, ille Dei concursus, vocatur *gratia adjuvans;* haec gratia, ut patet, est cum homine *cumprincipium consensus* et *actus;* ipsa, una cum voluntate, *influit in effectum,* ita ul effectus sit simul et a Deo et ab homine. » (n° 65.) Ergo *initium* consensus et actus non efficitur a Deo. Ergo Deus non efficit consensum' el actum hominis mediante hominis voluntate, sed una cum voluntate. Ergo Deus non influit in ipsam potentiam, sed in effectum potentiae. Ergo Deus non est principium et causa claudens sub se omnes causas et

[1] b. Thomas *De Malo* q. 3. a. 3. : vide *Part. Secund,* cap. 4.

epplicans eas ad agendum, sed est *cumprincipium, con-* Γ///ΛΎΖ, *causa partialis, causa lateralis,* taliter qualiter Imdil Molina.

| quarto : Juxta Congruismum Sorbonicum : Infallibilis vis Igi aliae efficacis consistit in perfecta ejus adaptatione et conjuinperatione ad voluntatem ejus, cui conceditur. « Virtutem L· energiam gratiae efficacis, qua fit ut effectum semper infallibiliter sortiatur, formaliter consistere in ejus contemperalione ad voluntatem humanam, seu in ejus adaptatione ad voluntatem juxta praesentes affectiones, quas voluntas habet pro lemporë et loco aliisque circumstantiis, in quibus vermine... Proinde cognoscit eadem *scientia simplicis intelli-H' iitiae,* quae et quanta motio requiratur, ut voluntatem, quomodocumque dispositam, infallibiliter et insuperabiliter «ini libero consentiendum inclinet. V. gr. scientia simplicis mlelligenliae cognoscit *delectationem* in tali gradu hodie habere energiam infallibiliter inducendi Petrum ad conversionem, sed non crastina die, ob mutatas circumstantias; nui *delectationem hujus gradus* inducere Petrum ad con-M'iisum, non autem Paulum ; *metum* vero ejusdem inlenlonis infallibiliter trahere Paulum, non Petrum, ob diversitatem eorundem indolis. Quando igitur Deus aliquem i lllcaciler vult convertere, tale ei seligit medium, quod *scientia simplicis intclligentiae cognoscit* adeo ejus volun-l iti *adaptatum* et *contemperatum,* ac proinde adeo potens •I efficax in voluntatem... indeclinabiliter et insuperabiliter adducat, atque ex nolente faciat volentem. » (n" 553. el 555.) Ergo Congruismus Sorbonicus, totus quantus est, est Conrruismus Suarezii et Bellarmini ; est substantialiter et quoad medullam quaestionis ipsissimus Molinismus Molinae.. Deus non facit in hoc systemate *hominem ex nolente rolentem,* nisi quemadmodum facit in Congruismo Suarezii et in Moliuismo Molinae. Deus *non causal* perfectam adaptationem et rontemperationem, in qua consistit infallibilis vis gratiae efficacis, ad voluntatem ejus cui conceditur, sed tantummodo I *agnoscit;* Deus *non efficit* vim et efficaciam ipsius motionis,

sed tantum *cognoscit, quae* et *quanta motio* requiratur, *quae* et *quanta delectatio, qui* et *quantus metus* sint necessaria, ut voluntatem sic et non aliter dispositam, hodie sed non crastina die, in hoc tempore et loco sed non in alio, respectu Pauli sed non respectu Petri, ex nolente faciat volentem ; Deus, inquam, tale seligit medium, quod scientia simplicis intelligentiae *cognoscit,* sed *non facit,* hominis voluntati ita adaptatum et contemperatum, ut eam infallibiliter moveat, eamque ad consentiendum indeclinabiliter et insuperabiliter sola motione morali adducat ! Unde Deus non facit gratiam esse efficacem, sed praevidet scientia media. Gratia enim est efficax vel ex circumstantiis loci et temporis, vel ex ipsa hominis diversa dispositione, vel ex magnitudine metus aut ex abundantia delectationis, vel ex consensu ipso humanae voluntatis. Ergo Congruismus Sorbonicus, nisi redeat ad voluntatem Dei omnipotentem veraque decreta facientem juxta doctrinam S. Augustini et D. Thomae, oportet ut vocet in auxilium suum scientiam mediam Molinistarum ; vel vadens per periculosam viam abundantissimae delectationis simul ac metus et terroris, ingrediatur in castra Jansenii usque ad confinia Calvini.

Ill

Adnotanda circa Congruismum Sorbonicum.

§ 1

In t'ongruisnio Sorbonico gratia sufficiens ex una parte non recedit a gratia sufficiente Tbomistaruni ; et ex alia, gratia ab intrinseco efficax non recedit a gratia efficaci Congruisini Suarez.ii.

Gratia sufficiens, juxta Congruismum Sorbonicum, est auxilium divinum, cujus ope : *a)* « quilibet homo, urgente praecepto, vere et realiter *possit* orare, si velit» (n° 613.); *b)* « hominem cum sola gratia sufficienti, non exspectato alio auxilio praeveniente, actu orare *posse* » tn° 615.); *c)* « Deus

lux·, operatur, ut velle *possimus :* id quod ad gratiam sufficientem spectat » (n°519.),: *cl)* « dicimus nihilominus gratiam ufficientem cuilibet conferre actum orandi, *si velit* » (n° 506.). Ergo gratia sufficiens dat *posse* orare, *posse* bene agere, *posse* salutariter operari ; non autem dat *ipsum velle* nec *ipsum agere* et *orare.* Hoc bene intellectum dicunt Thomistae. 1 At Congruislae Sorbonici addunt, quod sine alio auxilio gratiae praevenientis consensum liberi arbitrii, homo

' *Bene,* inquam, *intellectum :* nam ut in *Part. Secund,* cap. 1. ex professo declaratur, divisio divinae gratiae in *sufficientem* et *efficairm* non sumitur precise ex eo quod gratia sufficiens nihil causet. d efficax aliquid causet, sed ex eo quod gratia sufficiens confert homini *posse* operari opera salutis aeternae, et efficax confert etiam *ipsummet operari* aeternae salutis opera. Duo namque sunt in hac controversia diligenter vitanda, quorum utrumque sine ratione et sine causa objicitur Thomistis a .Jansenistis simulatque a Molinistis. nempe quod : 1° *gratia sufficiens* nihil agit nec operatur; 2<> sub *gratia efficaci* voluntas hominis *non active* concurrit. Utrumque ı st falsum ; utrumque erroneum ; et utrumque alienum a doctrina Thomistarum circa veram notionem gratiae sufficientis et efficacis, ıit potest facile quisque videre et intelligere ex his quae hactenus dicta manent, praesertim in *Part. Secunda* cap. 1. ubi audivimus loquentes Lemos et Alvarez et alios Thomistas. Unde P. Herrmann mm videtur adhuc recte Thomistarum doctrinam intellexisse, dum η·· 115. scribebat: « Sine gratia efficaci, sicut dicunt ipsimet Thomistae. homo nullum opus actu ponere potest. » Etenim, multa opera bona potest facere homo etiam sine gratia, licet non sine physica Dei motione; et deinde, *gratia sufficiens* semper est efficax ad aliquid bonum laciendum. Non enim omne opus bonum etiam supernaturale ı it *opus salutis,* sed aliquando est solum *via* ad illud. Et iterum, dum n» 111. sic ait : « Affirmant Thomistae Deum dare gratiam effiıarem iis, qui sufficiente bene utuntur nec ei resistunt ; iis vero denegare, qui resistunt. Ergo efficax gratia non datur, quia homo nufficienti resistit; et homo sufficienti resistit, quia efficax data non imi : *Quod quid aliud est nisi ineptus verborum lusus?* » Haec I' Herrmann. Recogitet serio P. Herrmann, an sit magis probabile, v<d saltem *aequiprobabile,* se ludere inepte regulis logicae ! Nam : I·· homo non resistit, quia gratia efficax non est ei data, sed ex sola propria infirmitate aut malitia ; 2° Thomistae, quoad substantiam rei, nihil aliud dicunt nisi quod : *Facientibus quod est in se viribus gratiae, Deus non denegat ulteriorem gratiam :* 3° Deus non semper

ox solo liberi arbitrii consensu reddit gratiam sufficientem *efficacem,* et *vult* orare et agere, et *orat* et *salutaria opera operatur.* Hoc jam non dicunt nisi soli Molinistae.

Gratia efficax, juxta Congruismum Sorbonicum : *a)* consistit « in speciali modo divinae vocationis, in ipsius sc. perfecta contemperatione cum voluntate vocati » (n° 562.) ; *b)* « si gratia consideratur quoad suam entitatem physicam, fieri posse, ut ex duobus aequali gratia praeventis unus consentiat, alter dissentiat; quia eadem physice gratia uni potest esse perfecte attemperata, alteri vero non. Iimno fleri potest unum, majori gratia praeventum, eidem resistere,

denegat gratiam gratiae resistentibus ; nam inter Dei gratias est etiam illa excellens gratia, quae datur ad *auferendam duritiam· cordis,* id est, resistentiam ; 4» hoc etiam, quod homo non resistat, vel si resistit, moveatur ad ipsum obstaculum removendum, est quoque effectus gratiae. Haec est doctrina expressa S. Augustini et D. Thomae, repetita sexcentis plus minus locis in decursu hujus operis.

Illud vero a theologo est valde notandum, nempe, quod gratia sufficiens Thoinistarum ex una parte impugnatur a Jansenio, qui illam *III. De grat. Salvatoris* cap. 3. appellat *monstrum quoddam. singulare gratiae, solummodo peccatis faciendis majorique damnationi accersendae serviens:* et cx alia impugnatur a Molinistis et a Congruistis Sorbonicis, qui communiter solent dicere talem gratiam esse *omnino insufficientem, ineptum verborum lusum* (ut P. Herrmann n° 409. et 411.); haec namque convenientia Jansenistarum et Molinistarum [1] satis videtur indicare *veritatem,* sicut virtu-l tem, *in medio utriusque extremi consistere.* Ipse Billuart tract. *De gratia* diss. 5. a. 4. ait : ? Verum est dicere hominem privari gratia efficaci, quia peccando sufficienti resistit; non vero peccare, quia privatur gratia efficaci. Hanc gravissimam difficultatem totam quantam ex limpidissimis S. Thomae principiis plane solutam atque explanatam, et Honorati Tournely alucinationes circa illam plane dissipatas habes in tract, nostro *De Deo* diss. 8. 4. a. § 3. : illuc:

1 Molinistae et Jansenistae, cum agitur de doctrina S. Thomae, solent convenire in unum. « Après la publication de la bulle *Unigenitus,* en 1713, les Jansénistes et les Molinistes déclarèrent d'un commun accord, d'autant plus étonnant qu'il était plus rare, que les doctrines de saint Augustin et de saint Thomas sur la grâce se trouvaient désormais condamnées. A différentes reprises le Saint-Siège protesta hautement, par ses décrets, contre semblables interprétations... » P. Mandonnet *Décret d'Innoc. XI sur le ProbabUisme.g*

dum alter, minori praeventus, efficaciter trahatur » (n° 569.); ‹ i « si vero gratia consideratur in ratione beneficii et doni, mm sic considerata supponatur data a Deo ex efficaci propo- «ito effectus, ac proinde utrique perfecta accommodata et attemperata, fieri nequit, ut unus consentiat, alter dissentiat» ii" 569.); *d)* « quando igitur Deus aliquem efficaciter vult mnvertere, tale ei seligit medium, quod scientia simplicis iiitelligentiae *cognoscit* adeo ejus voluntati adaptatum et con- lemperatum, ac proinde adeo potens el efficax in voluntatem, ul eam infallibiliter moveat. » (n° 555.) Unde hujusmodi efficacia divinae motionis habet locum intra Molinismum,

recurre, ne eadem repetam. › Fortasse ad hunc locum non recurrit l' Herrmann, qui vocat responsionem P. Billuart *effugium, non nutem. difficultatis solutionem.* (n« 412.)

Ceterum, Bossuet, qui tantopere laudat illum *si bon sens* physicae ꞁ›i aeinotionis Thomistarum, recte capiebat ipsorum doctrinam circa gratiam sufficientem et efficacem, dum sic mentem suam manife- labat : « On ne peut dire sans erreur que les *grâces suffisantes ne font rien,* puisqu'elles *opèrent* toujours des illustrations et des h lectations qui, en rabattant jusqu'à un certain point la concupis- i rnce, pourraient s'étendre plus loin, si nous voulions agir, *adhibitis lutis viribus voluntatis,* comme parle souvent saint Augustin. »

« C'est une autre erreur de dire que *la seule grâce efficace par Ile-même peut enfanter les bonnes œuvres,* puisque cette propo- ition. comme elle est conçue, ôte aux justes qui tombent le pouvoir absolu, qu'ils ont par la grâce, d'accomplir les commandements... »

‹ Dire aussi que le *libre arbitre n'agit point avec la grâce, et /ne c'est la grâce qui agit dans le libre arbitre,* en prenant le *dans* exclusivement de *ï'avec,* c'est directement combattre saint Paul... La condamnation de cette... proposition induit celle... où il i st porté que la *coopération de la volonté vient de la seule grâce,* puisqu'elle exclut la grâce qui est avec nous (gratia justificans seu habitualis), et avec laquelle personne n'a jamais nié que le libre arbitre ne coopérât. »

« Tous ceux qui avancent de telles propositions errent contre la doctrine de la grâce, en ce qu'ils ne veulent pas expliquer que tous les justes qui tombent lui résistent, pèchent contre elle, lui inan- quent, lui sont infidèles et se perdent par leur faute... » (Haec Bossuet, « Lettre écrite à M. de Lescure, évéque de Luçon. Lettres diverses, lettre 249. » *Bossuet et le Jansénisme. Notes historiques, publiées* par A. M. P. Ingold, Paris 1897, p. 27.)

el minimo praetergreditur limites Congruismi Suarezii et Bellarmini. In nullo, quoad rei substantiam, differt Congruismus Suarezianus et Congruismus Sorbonicus; et tam congruitas externa quam congruitas interna est semper *congruitas : V› externa* libero hominis arbitrio ex se solo consentienti : 2° et *cognita seu praevisa a Deo* scientia simplicis intelligentiae, quae est scientia media.

§ 2

In Congruismo Sorbonico, proprie loquendo non dilfert gratia sufficiens et gratia quae dicitur ab intrinseco efficax,

Fatentibus ipsismet hujusce Congruismi defensoribus, gratia sufficiens et gratia efficax concordant : 1° in hoc quod utraque constituit voluntatem « principium efficax in ordine ad leviores pietatis actus peragendos, et praesertim ad orandum » ; 2® in hoc quod utraque « aufert indifferentiam passivam, seu suspensivam, tam intellectus quam voluntatis » ; 3® in hoc quod utraque « ponitur motio moralis, qua voluntas ad libere consentiendum invitatur ». In hoc autem secernuntur, videlicet, quod « in gratia efficaci motio moralis habet *ex divino decreto* infallibilem connexionem *causalitatis* cum consensu; proinde voluntatem ad consentiendum ita allicit, ut ipsam infallibiliter et insuperabiliter ad libere consentiendum semper adducat. In gratia vero sufficienti, motio moralis non habet *ex divino decreto* infallibilem connexionem *causalitatis* cum effectu, sed fallibilem tantum et contingentem; quare nec ipsa gratia in actu primo habet infallibilem connexionem cum effectu, sed fallibilem et dependentor a consensu seu determinatione voluntatis. » in. 616.) Verumlamen, hujusmodi differentia non est differentia nisi solo nomine : 1° Quia utraque gratia consistit in motione morali quae, sit majoris vel minoris intensionis, non mutat speciem; 2° quia tale divinum decretum nihil *decernit* nec *determinat* circa consensum humanae voluntatis ; 3° quia motio moralis in gratia efficaci habet etiam infallibilem connexionem causa-

lilatis cum consensu ex ipsomet consensu liberi arbitrii; quia Deus non facit, non causât hujusmodi connexionem infallibilem inter gratiam et effectum, sed *praevidet* solummodo scientia simplicis intelligentiae ; 5° quia consensus liberi arbitrii nec causatur per gratiam sufficientem, quae i x ipso consensu redditur efficax, nec causatur per gratiam elficacem, quae non confertur nisi libero arbitrio jam consentienti.

§ 3

Vuaenain sint principia, quibus Congruismus Sorbonicus innitatur.

1'. Herrmann, ut jam praenotatum manet, gloriatur, quia S. Alphonsus nullum principium philosophicum tamquam l>e.lram angularem sui systematis assumit, sed inconcussas veritates revelatas[1] in SS. Scripturis et traditione contentas, quae, cum sint omnino firmae et indubiae, maximam suo ■>vstenaati tribuunt firmitatem ac certitudinem. » Ad haec dicendum :

Primo : Melchior Cano *IX. De Locis Theol.* cap. 4. scribit : Hationem item si a theologia submoveas, theologia ipsa et n in amittet et nomen. Nec enim quicquam aliud est theologia, si interpretari velis, quam sermo ratioque de Deo. Si nutem rem ipsam quaeras, est, ut a veteribus theologis

[1] R. P. de Regnon, S. .l. etiam gloriabatur in hoc ipso, sc. quod >\ sterna Molinae erat « l'assemblage rationnel de propositions absolument et purement dogmatiques, sans intrusion d'aucune proposition humaine. C'est là sa gloire et sa preuve ». Et P. Gayraud π spondebat : « Je m'écarquille les yeux, mon Révérend Père, et je nr vois pas là de Molinisme du tout. Aurait-on négligé d'allumer l.· lanterne *l* Attendez, projetons sur cet *assemblage* un rayon lumineux de la pure métaphysique. » (R. P. Hippol. Gayraud *Implique au ll. P. de Regnon, S. J.* pag. *44* et sqq. edit. 1890.)

I t Molinismus, sic Congruismus Sorbonicus non nisi ex veritatibus dogmatibus constituitur! Nihil porro deest, nisi solemnis defiliilio ex cathedra, ut utrumque systema deveniant articuli fidei implicite credendi !

definitur, rerum divinarum scientia. Scientia vero, ut Aristoteles demonstravit, non nisi per syllogismum quaeritur. Quod si etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse tere, cujus in Scriptura Sacra mentio non fiat, non angelum, non animam, non aërem, non ignem, non aquam, non coelum, non terram, concedatur profecto verum esse, si ornate et erudite haec theologus explicare velit, philosophiam, hoc est, rerum hujusmodi intelligentiam eum habiturum. Maximum itaque ornamentum theologiae tollit, qui ex ea tollit philosophiam, qua Scriptura ipsa Divina, nedum humana ratio, excolitur. »

Secundo : Ipsemet P. Herrmann videtur non esse contentus inconcussis veritatibus revelatis in S. Scriptura et traditione clausis, et appellat ad principia philosophiae pro Congruismo Sorbonico firmando. Unde ex una parte affert haec : « In ordine naturali, ut creatura aliquid agere valeat, non sal est ut a Deo *concursu praevio* ad opus moveatur, sed insuper requiritur, ut Deus *concursu simultaneO* eam adjuvet, et una cum ea ad effectum concurrat. Ratio est, quia in quolibet actu quaedam reperitur *entitas,* quae non a creatura per propriam, sed ab eo solo, qui est ens per essentiam, produci potest; proinde, *agente creatura,* omnino necasse est ut Deus ei cooperetur et una cum ea effectum producat. Porro, el ipse consensus gratiae excitanti libere praestitus, et actus salutaris ad quem movet gratia excitans, *entitate quadam* et quidem supernatural! donantur. Ut igitur voluntas gratiae excitanti libere consentire el actum salutarem ponere valeat, omnino requiritur, ut Deus voluntatem sua virtute adjuvet, et *una cum ea* tum ad consensum eliciendum, tum ad actum salutarem ponendum *concurrat.*" qui concursus nequii esse ordinis naturalis, sed ordinis supernaturalis esse debet ; cum enim effectus sit ordinis supernaturalis, etiam concursus ejusdem sit ordinis oportet.... Si enim divina illa cooperatio deesset, homo nullum opus elicere posset, sicut constat ex dictis; vel si quod posset elicere, illud independenter a causa prima produceret, foret

que principium essendi, quod repugnat. » (n° 66. et 67.) Atque ▪χ alia parte in medium depromit ista : « Notum est principium : *nullum agens in potentia transire posse ad actum nisi moveatur ab alio agente.* Jam vero, nec intellectus nec voluntas sunt semper in actu relate ad operationem supernaturalem, sed saepius tantum in potentia; quare indigent physice a Deo moveri quoad exercitium, et ut tollatur eorum indifferentia passiva seu suspensiva ad agendum vel non agendum; ita ut ipsa voluntas, hac divina motione actuata, possit sese de potentia reducere ad actum eligendi hoc vel illud. Porro, tam intellectus quam voluntas reducuntur physice de potentia ad actum per ipsam gratiae collationem. I t enim vidimus, per gratiam Deus facultates elevat, vel sdtem eis addit virtutem ; salutares in intellectu excitat rogitationes indeliberatas, ac supernaturalem in voluntate operatur inclinationem indeliberatam in bonum ; porro, in his consistit divina molio, qua tam intellectus quam voluntas physice educuntur de potentia ad exercitium, ita ut voluntas possit se deinde libere determinare. *Operationis intellectus est duplex· principium in intelligente,* ait S. Thomas, *unum sc. quod est ipsa virtus intellectualis, quod quidem principium est etiam in intelligente in potentia; aliud nutem est principium intelligendi in actu, sc. similitudo rei intellectae in intelligente. Dicitur ergo aliquid, morere intellectum, sive det intelligenti. virtutem ad intelligendum, sive imprimat ei similitudinem rei intellectae. Utroque modo Deus movet intellectum creatum... Sic Deus movet intellectum creatum, in quantum dat ei virtutem ad intelligcndum, vel naturalem vel superadditam, et in quantum imprimit ei species intelligibiles, et utrumque tenet et conservat in esse* (I. q. 105. a. 3.) Et a. 4. ejusdem q. et q. 111. a. 9. docet Deum movere voluntatem et eam ad actum reducere interius eam inclinando. » Hactenus I'. Herrmann n° 512.

Tertio : Bene quidem habet. Etiam Congruistae Sorbonici desiderant esse philosophi, el confugiunt ad philosophiam

primam, til quaerant el inveniant aliqua principia, quae assumere valeant tamquam petram angularem sui systematis. Veritates namque revelatae, quae in SS. Scripturis el divinis traditionibus continentur, non sunt ipsa theologia, sed articuli fidei ; theologiae, quae ad sacram doctrinam perlinet, prima principia ; non discutiuntur nec demonstrantur, sed creduntur ; atque ex illis, mediante lumine rationis et veritatibus, quae a philosophicis disciplinis accipit theologus, hic procedit ad conclusiones, quibus formaliter theologia constituitur, deducendas, ostendendas et illustrandas. Praeter veritates revelatas, omnino firmas et indubias, quasque non solum Congruistae Sôrbonici, sed etiam Molinistae et Themistae per habitum fidei infusae tenent ac credunt, adhuc requiruntur quaedam alia ad theologiam scientifice excolendam atque in praedicamento virtutis intellectualis collocandam. Utique, veritates revelatae principia sunt, fundamenta sunt, petra sunt, supra quam oportet aedificare theologiam el theologica systemata; sed sunt petra, fundamenta et principia etiam pro Molinistis et Thomistis. Restat quaestio gravissima de modo aedificandi; et videndum est, quomodo unusquisque aedificat, sit CongruistaSorbonicus vel non sil. Ad rem Leo XIII. in sua Encyclica *Aeterni Patris :* « Solidissimis ita positis fundamentis, perpetuus el multiplex adhuc requiritur Philosophiae usus, ut sacra Theologia naturam, habitum, ingeniumque verae scientiae suscipiat atque induat. In hac enim nobilissima disciplinarum magnopere necesse est, ut multae ac diversae coelestium doctrinarum partes in unum veluti corpus colligantur, ut suis quaeque locis convenienter dispositae et ex propriis principiis derivatae, apto inter se nexu cohaereant; demum, ut omnes et singulae suis iisque invictis argumentis confirmentur.»

§ 4

Qiiaenam ergo sunt principia philosophica, quibus innititur Congruisinus Sorbonicus ?

Ex supra positis, P. Herrmann videtur venire ad nos in vestimentis Thomistarum, sed intrinsecus remanet purus

Molinista. Positis solidissimis fundamentis veritatum quae, iilpote divinitus revelatae, sunt indubiae et omnino firmae, Γ Herrmann incipit aedificare ad instar Thomistarum, quorum duo prima fundamentalia principia haec sunt : 1° *A Deo, qui est. actus purus el ens per essentiam, omne ens et omnis actio venire debent tamquam a prima causa efficiente. 2° Omne ens creatum constat actu et potentia, tam in ordine essendi quam in ordine agendi.* Ex his duobus principiis, quae in philosophia prima demonstrativo probantur, procedunt Thomistae rigore logico ad deducendam physicam praemotionem etiam quoad actus liberos, tam in ordine naturali quam in ordine, supernaturali ; et per hanc viam rectam ascendunt ad concordiam usque stabiliendam inter divinam motionem et consensum liberi arbitrii creati. KJiiomodo? Qua ratione? Modus quidem ineffabilis est; el ratio, secretissima. Sed unde adversarii physicae praemolinnis assumunt argumenta ad illam negandam, veluti libertatem e medio tollentem, inde D. Thomas assumit argumentorum solutionem ad ostendendum quod physica praemolio minplet et perficit libertatem, eo ipso quod Deo, cum sit infinitae virtutis, resisti non potest ; unde dicitur Rom. 9. 19 : *Voluntati ejus quis resistit?* » Dicendum, ail D. Thomas, quod voluntas divina non solum se extendit ut aliquid liat per rem quam movet, sed etiam ut eo modo fiat quo con pruit naturae ipsius. Et ideo magis repugnaret divinae inolioni, si voluntas ex necessitate moveretur, quod suae naturae non competit, quam si moveretur libere, prout competit suae naturae. » (1-11. q. 10. a. 4. ad 1.) « Deus operatur in voluntate et in libero arbitrio secundum ejus exigentiam ; unde etiamsi voluntatem hominis in aliud mutet, nihilominus lumen hoc sua omnipotentia facit, ut illud, in quod mutatur, voluntarie velit. » *(II. Sent.* dist. 25. q. 1. a. 2. ad. 1.j « Deus movet hominem ad agendum, non solum sicut proponens i rasui appetibile vel sicut immutans corpus, sed etiam sicut movens ipsam voluntatem ; quia omnis motus, tam voluntatis quam naturae, ab eo procedit sicut a primo movente. Et n ut non est contra rationem naturae quod motus naturae sit

η Deo sicut a primo movente, in quantum natura est quoddam instrumentum Dei moventis: ita non est contra rationem actus voluntarii quod sit a Deo, in quantum voluntas a Deo movetur. » (I-Π. q. 6. a. 1. ad 3.) « Et sicut naturalibus causis, movendo eas, non aufert quin actus earum sint naturales,, ita movendo causas voluntarias, non aufert quin actiones· earum sint voluntariae, sed potius hoc in eis facit; operatur enim in unoquoque secundum ejus proprietatem. » (Ï. q. 83'. a. 1. ad 3.) Atque per hanc viam regalem, quae est via philosophiae Christianae, Thomistae simul cum D. Thoma ingrediuntur in ordinem supernaturalis motionis, et statuunt gratiam efficacem ex ipsa intentione Dei moventis sive ex decreto divinae voluntatis omnia praedeterminantis, etiam consensum liberi arbitrii ad bonum salutare; et fugiunt simul errorem Pelagii et errorem .lansenii el Calvini; et servantes in Deo veram rationem causae primae efficientis, et in libero, arbitrio veram rationem causae secundae et libere agentis, reddunt Deo quae sunt Dei, et libero arbitrio quae sunt liberi arbitrii ; etenim, ea ipsa, quae sunt liberi arbitrii, sunt Deo quoque reddenda, a quo liberum arbitrium accepit omnia : *esse, posse* et *agere;* et agere libere, bene et ut ad salutem oportet. Haec est via D. Thomae et omnium philoso-j phorum ac theologorum, qui per vias D. Thomae peramludant.

Jamvero, P. Herrmann ex duobus supradietis principiis concludit ad inferendum duplicem concursum divinum in ordine naturali, *praevium* videlicet et *simultaneum;* verumtamen silet circa conditionem et quidditatem hujus duplicis motionis, utrum nempe *concursus praevius* sit motio physica, vel *concursus simultaneus* sit molio, sicul a Molinas traditur, qui concursum praevium in ordine naturali nullum admittit. Exinde procedens ad ordinem supernaturalem, duplicem etiam concursum constituit, praevium similiter et simultaneum ; at hic utrumque appellat *motionem mora-v leni:* alteram enim, cujus virtute voluntas reducitur de potentia in actum indeliberatum ; alteram vero, cujus virtute Dens concurrit cum libero arbitrio, jam consentienti, ad actus

1K'liberatos perficere. Ideo in ordine supernatural! Con-
i' mistae Sorbonici constituunt, sicul Molina, duplicem seriem iicluum voluntatis, nempe : *actus indeliberatos,* necessarios, •.pontaneos, non habentes rationem virtutis; et ad hos reducuntur physice de potentia in actum per divinam motionem; ut *actus secundos deliberatos,* liberos, habentes rationem x irtutis; el ad hos voluntas reducit seipsam, et Deus non concurrit nisi voluntate jam per suam propriam determinationem consentiente. Unde P. Herrmann addil : « Aliud est, enim vires ad operandum tribuere el facultatem ex indifferentia passiva educere et actuare, el aliud voluntatem ad ipsam operationem deliberatam movere; nec ex eo, quod gratia vires physice tribuat aut voluntatem physice educat de potentia in exercitium, sequitur eam etiam physice movere voluntatem ad deliberate operandum; sed cum influxu physico virium, aut physica motione ad tollendam indifferentiam passivam, optime stare potest motio tantum moralis gratiae in voluntatem in ordine ad actum deliberatum. » (n° 513.) I I alibi ; « Certe, nulla potentia transit in actum nisi movetur ab aliquo agente, ut docet D. Thomas 1-11. q. 9. a. 4. : nulla etiam tollitur voluntatis indifferentia, sive *passiva* sive *urtica,* nisi motione alicujus agentis; sed dicimus illam motionem deberi proportionari naturae voluntatis. Quapropter dicimus cum S. Thoma I-II. q. 9. a. 6. ad 3. quod in ordine naturali voluntas debet physice praemoveri a Deo mi *bonum* iw *genere: eV* voluntas sic actuata seipsam determinat per judicium actualis rationis ad *hoc vel illud bonum, l'iii'ticulare.* Similiter, in ordine supernaturali, ut voluntas possit exire de potentia ad actum, seu possit tolli ejus i*ndifferentia passiva* vel suspensiva, indiget physice moveri u Deo : quae motio fit a Deo, dum physice, active el proprie imprimit intrinsece in animam supernas illuminationes atque ■anctas suasiones et affectiones, in quibus consistit gratia › xcilans, saltem per modum termini. Harum affectionum physica impressione intrinsece immutatur voluntas, ejus ^*differentia passiva* tollitur, ipsaque jam constituitur in . liquo actu relate ad actionem supernaturalem. Voluntas

ita actuata est adhuc indifferens, *indifferentia activa,* ad· bonum supernaturale, a gratia propositum, amplectendum vel respuendum. Sed ad hanc indifferentiam tollendam requiritur sola motio moralis gratiae, sub qua voluntas ipsa, sese determinat. Si enim ad hanc [activam indifferentiam requireretur motio physica, sub qua ipsa voluntas sese nondeterminaret, sed determinaretur ad unam partem prae alia, non amplius apparet quomodo voluntas remaneret libera. Libertas enim est facultas, qua, positis omnibus ad agendum praerequisitis, voluntas potest agere vel non agere., Posita autem praemotione physica, facultas non agendi non remanet in voluntate. » (n° 605.)

Haec P. Herrmann, qui cum incepisset philosophari ex principiis Thomistarum. pervenit, et certe non per vias logicae, ad conclusiones Molinistarum. Idcirco :

1° Cum Molina stabilit in ordine supernatural) actus volun-fl talis indeliberatos et deliberatos; et sic quotiescumque debemus elicere actus supernaturales credendi, sperandi et diligendi, oportet primo elicere *actus indeliberatos,* et ad hos eliciendos reducimur a Deo de potentia in exercitium ; deinde, elicere *actus deliberatos, et* ad hos eliciendos determinamus nos ipsos cum sola motione morali ; et cum jam dicimus *consensum,* tunc Deus concurrit cum sua gratia adjuvante. Duplex haec actuum supernatural)um series non caret *mica salis;* nam per seriem primam, hujusmodi theologi videntur velle fugere Pelagium ; et per alteram seriem, fugere Jansenium et Calvinum. Et nec unum nec alterum periculum sufficienter evadunt; etenim, dum ponunt actus indeliberatos supernaturales, cum Jansenio et Calvino videntur convenire; el dum explicant modum, quo elicimus actus deliberatos supernaturales, non satis longe a Pelagio recedunt. Via recta et plana et logica est incipere processum ex duobus praecitatis principiis philosophiae primae, et concludere ‹ um D. Thoma et Thomislis : ad veros actus liberos, actus humanos, actus virtuosos : etiam ad illum *actum liberi arbitrii quo, dum justifleamur. Dei justitiae consentimus, et in quo consensu voluntas nostra est mota et non*

movens, solus autem Deus movens, ut satis superque manet declaratum I-П. q. 111. a. 2. El tune quoque recte capietur doctrina D. Thomae I. q. 105. a. 3. et 4. et l-II. q. 9. a. 4. et n. 6. ad 3., quam P. Herrmann non videtur satis penetrasse.

2° Fit etiam injuria quaedam, ut ita loquamur, Deo et ipsius divinae motioni : *a)* Quoniam in talibus actibus indeliberatis ponunt Deum movere voluntatem nostram *necessario* ad bonum, respectu cujus voluntas non est nata necessario moveri, sed libere; *b)* quoniam supponunt Deum non posse movere voluntatem nostram nisi auferendo ejus libertatem.

3° Nec P. Herrmann servat amplitudinem principiorum, quibus voluit aedificare. Etenim, nec salvatur in Deo vera ratio causae primae efficientis, nec in nostro libero arbitrio sera ratio causae secundae. Et res notatu digna; dum P. Herrmann rejicit physicam praemotionem tamquam ineompatibilem cum humana libertate, tollit per solam *nam motionem moralem* indifferentiam activam, quae est de essentia libertatis ; indifferentia enim activa numquam tollitur absque eo quod tollatur indifferentia judicii, unde mitur prima libertatis radix.

§ 5

In ('ongrmHino Sorbonico reperiuntur quidam loquendi modi, qui cx una parle videntur Thoiuistaruin sensum exprimere, et ex alia MoUnismum sonare.

Primo : « In ea entitate, quae est actus indeliberati *principium,* excitantem gratiam consistere dicimus. » (nn 63.) Necessario etiam includere debet eos *actus indeliberatos,* quibus Deus mentem de bono exsequendo illuminat, et voluntatem ad illud faciendum inclinat. » (n° 64.) Primum, nempe osse *principium* actus, ad Thomistas accedit ; alterum, nempe esse *ipsum actum,* ad Molinismum declinat.

Secundo: Similiter, dicere quod : « Ad consensum eliciendum I opus ponendum, gratia adjuvans est prorsus necessaria ». (n° 67.) Et iterum : « Hanc igitur sententiam ut probatis-

simam in medium adducimus ac luemur, addimusque, ex Sorbonae doctrina, gratiam cooperantem esse concursum illum supernaturalem, quem Deus voluntati praebet ad eliciendum consensum gratiae operanti, vocanti, excitanti seu praevenienti. » (n® 72.) « Gratiam igitur adjuvantem dicimus non novam motionem praeviam voluntatis ad actum.... sed novum quoddam auxilium concomitans et cooperans, concursum se. supernaturalem, quo Deus voluntati, consentienti gratiae excitanti, physice cooperatur tum ad consensum praestandum tum ad opus exsequendum. » (n° 73.) Rursus : « Haec gratia, ut patet, est cum homine *cumprincipiwn* consensus et actus ; ipsa, una cum voluntate, influit in effectum, ita ut effectus sit simul et a Deo et ab homine. » (n° 65.) Dum ergo asseritur gratiam adjuvantem esse necesṣariam ad hoc, ut voluntas consensum eliciat : ad Thomismum accedit. Dum vero affirmatur gratiam adjuvantem dari voluntati jam consentienti, et esse *cumprincipium* actus et consensus, et influere non in potentiam voluntatis, sed in effectum : hoc purum Molinismum proclamat.

Tertio : Simili modo, dum traditur, quod « Deus non lanium movet sicut homo aut angelus, proponendo sc. tantummodo objectum, et exterius suadendo et alliciendo, sed intime filabitur in ipsam animam, el intrinsecus agit in voluntate... » Et invocatur auctoritas Cajetani, dicentis quod *causa secunda nullum effectum producit nisi virtute primae concurrente et conjungente virtutem secundae suo effectui, quoniam prima omnia attingit immedâatione virtutis :* Tunc, certe doctrina D. Thomae in medium depromitur, et perfecte exprimitur physica praemotlo quae, tota quanta est, consistit in hoc praecise, quod virtus causae primae *conjungat* virtutem secundae suo effectui. At cum dicitur, quod Deus « intrinsece agit in voluntate, *producendo* sc. immediate in ea supernaturalem delectationem aliasve affectiones sancias, quibus voluntas intrinsece immutatur, intrinsece inclinatur ad bonum prosequendum et ex nolente fit volens... Quapropter necesse non est, ut voluntas aliunde determinari

indigeat, sed ipsa voluntas, jam actuata per ipsam collationem gratiae praevenientis, sufficienter movetur motione morali gratiae, ut ipsa sese sub influxu ejusdem gratiae ad bonum prosequendum determinare possit... Ergo debet consensus a Deo physice produci, non motione physica praevia in voluntatem, sed concursu simultanée per gratiam cooperantem, qua Deus una cum voluntate physice influit ad productionem consensus » : Tunc *Congruismus Sorbonicus* verum et purum Molinismum resonat; et *initium* humani consensus Deo vocanti et excitanti et praebenti gratiam adjuvantem seu cooperantem homini jam suum proprium consensum elicienti, relinquit extra causalitatem efficientem causae primae ; relinquit, inquam, *initium* consensus el electionis extra efficientem et physicam motionem Dei, quasi involutum et occultatum inter nebulas illas Jansenislicas *supernaturalis delectationis,* qua supponitur, quod voluntas humana *ex nolente fit volens.* En totum secretum ('.ongruismi Sorbonici ; nec cum Molina, nec cum D. Thoma, pure, dare ac sincere ; sed Molinismus et Thomismus simul Mib pallio *victricis delectationis ;* ac proinde Congruismus Sorbonicus oportet vel ut cum .Tansenio vadat usque ad extremum viae, in qua vincit delectatio coelestis, vel ut cum Molina redeat ad tentorium scientiae mediae. Quod patet etiam ex duplici capite, quorum primum :

§ 6

Cougrufamue Sorbonicus nequit solvere ilinicultateH quae contra Molinismum objiciuntur.

Prima difficultas, quam Congruismus Sorbonicus debet >olvere, illa est profecto, quae Molinistis objicitur, sc. quod juxta doctrinam quam tradunt de gratia sufficienti, homo, reddens illam efficacem ex solo sui liberi arbitrii consensu, discernit seipsum ab illo qui non praebuit consensum. Ad quam Congruismus Sorbonicus respondet: *a)* « Haec eadem difficultas Thomistas premit el Augustinianos. Docent enim heum gratiam efficacem iis elargiri, qui sufficienti bene

utantur, vel saltem ei non resistant aut impedimentum non-apponant. Ergo, qui sufficienti bene utitur vel ei non resistit, sese discernit ab eo qui resistit, atqui prae alio gloriari potest; » (n° 725.) *b)* « porro, cum dicimus hominem, gratia sufficiente praeventum, posse actu orare, non dicimus, sicut Thomistae nobis falso affingunt, nos ex puris nostris naturalibus gratiae vocanti consentire ; sed dicimus nos consentire gratiae vocanti ope virium, quas ipsa gratia nobis prius tribuit; et hoc Pelagianismum nullatenus sapit. » (n° 726.)·

Responsio : Talis difficultas minime premit Thomistas, qui cum D. Thoma docent : *a)* usum gratiae esse ab ipsa gratia; *b)* hoc ipsum, quod homo non resistit gratiae, esse jam effectum divinae gratiae. Difficultas, quae contra Congruismum et Molinismum simul militat, non resolvitur ex hoc, quod homo ope gratiae sufficientis orat; nam alter, qui non orat, etiam supponitur tale auxilium gratiae habere; ac perinde unus secernit se ab allero ex sua voluntate, ex hoc quod *vult* orare, ex hoc quod *orat,* ex hoc quod, nullo alio auxilio praeveniente, transit de potentia in actum, et alter non transit, nec vult, nec orat. Gratia non dat plus uni quam alteri ; et tamen unus plus quam alter operatur. I

Secunda difficultas. Altera difficultas, exorta ex verbis-Apostoli dicentis Rom. 9, 16 : *Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei;* et juxta Congruismum Sorbonicum, Deo miserente aequaliter duorum hominum per gratiam sufficientem, unus vult et currit, et alter non. Unde non tantummodo est miserentis Dei, sed potius hominis volentis et currentis. Ad quam P. Herrmann respondet :.j « Apostolus verbis citatis non excludit ullum conatum nostrum, sed conatum qui gratiam praecedat, et ob quem Deus daret gratiam, sicut docuerunt Pelagiani et Semipelagiani; non excludit autem conatum qui sequitur gratiam et ab ea procedit... Deus enim, cum nobis sufficientem elargitur gratiam, per eam vires subministrat ut velle possimus, et nos invitat ut velimus; unde, quod homo orat, hoc attribuendum est principaliter Deo, qui misericorditer illi tribuit *posse* et

misericorditer ejus voluntatem invitat ut oret; et ipsi homini, qui volens vocem Domini secutus esi et auxiliis a Deo concessis bene est usus. » (n° 728.)

Responsio : 1° Etiam Deus tribuit alteri *posse* et misericorditer ejus voluntatem invitat ut oret; et tamen non orat, nec vult vocem Domini sequi; ergo cum supponatur gratia Dei aequalis, hoc, quod homo orat, attribuendum est principaliter homini qui *vult* orare, et per voluntatem suam discernit se ab eo qui orare non vult; 2° conatus in eo qui orat, juxta Congruismum, non sequitur gratiam, nec ab ea procedit in ratione causae efficientis, sed dumtaxat moralis; 3° conatus voluntatis praecedit gratiam adjuvantem, quae iipponitur non dari nisi voluntati jam consentienti : 4° dum unus homo orat et alter non, supponitur et affirmatur « ut ab ipso homine dependeat gratia uti vel non uti » (nn 592.), et " auxiliis a Deo concessis bene uti », quasi liberum hominis irbitrium eodem modo se haberet ad utendum et ad non ulendum gratia; et veluli ipsum usum gratiae non reciperet homo ab ipsa gratia ! Semper ergo resultat, juxta Congruismum Sorbonicum, quod Deus dat *posse* orare, si velit; sed non dat *ipsum velle* nec ipsum orandi actum. Unde gratia ex sufficienti fit efficax ex solo liberi arbitrii consensu. I ude Congruismus iste est purus Molinismus.

Tertia difficultas in hoc stat quod, si actualis oratio dependet a libera determinatione voluntatis, atque Deus gratias efficaces non concedat nisi orantibus, sequitur : *ei* Deum ad nostram conversionem peragendam, voluntatem nostram exspectare; *b)* Deum in gratiis concedendis efficacibus dependere a voluntate humana. Ad quod Congruistae respondent : « Deum exspectare nostram voluntatem non hcse determinantem ex viribus solius naturae, sed sese determinantem ex viribus gratiae praevenientis, qua voluntas prius est praeparata... Porro, dum dicimus Deum non dare gratiam efficacem nisi postulantibus, non docemus Deum lion posse, sed Deum non velle eas dare nisi iis qui petant; « i in hoc commendatur summa Dei independentia, qui etiam

in suorum donorum distributione hominem, qui eorum velit esse particeps, certis quibusdam subjicit obligationibus. » (n» 729. et 730.)

Responsio : 1u Semper tamen erit verum dicere : « voluntatem nostram Deum exspectare »; el Gone. Araus. II. hoc dicere damnavit. 2° Juxta Congruismum Sorbonicum, nostram voluntatem sese determinare ex viribus solius naturae, in ratione causae efficientis. 3° Deum non praeparare voluntutem *efficienter,* sed dumtaxat alliciendo vel terrendo. 4° Deum dare gratiam efficacem, quae est adjuvans et cooperans, voluntati jam consentienti, et quia voluntas consentit. El praetera, 5° « Juxta Sorbonicos, gratia adjuvans seu cooperans non est influxus praevius in voluntatem, ut eam ad consensum et ad actum moveat; sed est concursus simultaneus, quo Deus voluntati consentienti gratiae excitanti adest, ul cum ea ad actum concurrat. » (nn 731.) Unde ex omni parte Congruismus Sorbonicus remanet purus Molinismus.

§ 7

<ongruisiiius Sorbonicus habet etiam ex alio capite intimam cognationem cum Molinismo, nempe quia objicit TbomlstiH eandem difficultates quas Molinistae objiciunt.

Difficultates praecipue hae sunt : *Prima :* Quod gratia sufficiens non est vere sufficiens. « Igitur (ajunt) non solum a grammaticis, sed a majori parte theologorum et ab omnibus catholicis, exceptis Thomistis, gratia sufficiens Thomistica habetur ut omnino insufficiens. » (n° 409.)

Secunda : Quod peccatum homini non possit imputari. « Etenim sine gratia efficaci, sicut dicunt ipsimet Thomistae. homo nullum opus actu ponere potest. » (n° 415.)

Tertia : « Celebris illa difficultas ex verbis Apostoli I Cor. 4, 7 : *Quis te discernit?...* quam Thomistae Molinistis et nobis objiciunt, ipsos etiam, si sibi contradicere nolint, premit. Docent : Deum gratiam efficacem iis concedere, qui sufficiente bene utuntur, aut ei non resistunt, aut ei impedimentum non apponunt ; ceteris vero negare... Ergo, qui

sufficienti gratin bene utitur, vel ei non resistit, aut impedimentum non apponit, ille se discernit ab eo qui resistit. » (n° '120.)

Quarta: Objiciunt etiam Gongruislae Sorbonici Thomistis, quod destruunt seriam Dei voluntatem salvandi omnes, et orationis possibilitatem, et spem Christianam. « Omnium maxima difficultas, in quam Thomistarum systema incurrit, haec est, quod, hoc systemate admisso, intelligi non posse videtur, quomodo per praedeterminationem physicam gratiae efficacia cum voluntatis humanae libertate perfecte possit conciliari. Quod enim voluntatis determinationem omnino antecedit, quod est independens a voluntatis determinatione, atque dependet a voluntate alterius, quodque cum nostra volitione connexionem metaphysice certam habet, illud nostram libertatem destruere videtur. Atqui hujusmodi est gratia efficax physice praedcterminans. Etenim : *a)* Ipsa voluntatis nostrae determinationem antecedit; gratia efficax, juxta Thomistae, est *principium* nostrae, volitionis, quam causal et efficit, applicando voluntatem ad actum ; *b)* est independens a nostrae voluntatis determinatione, et pendet a sola voluntate divina ; nihil enim efficere potest homo, quo gratiam consequatur, cum ipsa ad omne opus jam praerequiratur ; praelerea, si quo modo dependeret a nostra determinatione, laederetur supremum Dei dominium, ut ajunt Thomistae ; ‹·) habet cum nostra volitione connexionem metaphysice certam, cum. posita gratia efficaci, impossibile, sit hominem non moveri aut gratiae resistere. Ergo sub influxu gratiae physice praemoventis libertas humana non videtur salva. « tn° 416,)

Ad *primam* dicendum, quod tam grammatici quam Molinidac et Congruistae Sorbonici, dum sic arguunt contra *gratiam sufficientem* Thomistarum, nihil aliud faciunt nisi repetere ipsissimum argumentum Jansenistarum, quod Pascal celeberrimum reddidit; ac proinde videant, an etiam ipsimet conveniant cum Jansenistis quoad illam propositionem : « Gratia officiens statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est,

sic ut proinde merito possimus petere : A *gratia sufficienti. libera nos. Domine » ’.*

Ad *secundam* dicendum, quod est mira confusio inter ordinem naturae et ordinem gratiae, el inter motionem quam Deus confert suis creaturis juxta regulas generalis providentiae et juxta specialem providentiam electorum, quae vo-

' Proposit. ◊. inter propositiones damnatas ab Alexandro V1ll. 7. Decemb. 1690. Suprapositum argumentum, quod Molinistae et Congruistae Sorbonici objiciunt Thomistis, sic exponitur a Pascal : ‹ Qui dit *suffisant,* dit tout ce qui est nécessaire, c'en est le sens propre et naturel... Et néanmoins elle n’a nul effet sans la *grâce efficace...* C’est-à-dire... que tous ont assez de grâce, et que tous n’en ont pas assez. C’est-à-dire que cette grâce suffit, quoiqu’elle ne suffise pas ; c’est-à-dire qu’elle est suffisante de nom et insuffisante en effet. En bonne foi, mon Père, cette doctrine est bien subtile. Avez-vous oublié en quittant le monde ce que le mot de *suffisant* y signifie ? Ne vous souvient-il pas qu’il renferme tout ce qui est nécessaire pour agir ?... Tout ce qu’il y a de personnes au monde entendent le mot de *suffisant* en un même sens, les seuls nouveaux Thomistes l'entendent en un autre. Toutes les femmes, qui font la moitié du monde, tous les gens de la cour, tous les gens de guerre, tous les magistrats, tous les gens de palais, les marchands, les artisans, tout le peuple enfin, toutes sortes d’hommes, excepté les Dominicains, entendent par le mot de *suffisant* ce qui enferme tout le. nécessaire. › (Pascal *Les Provinciales, Seconde Lettre écrite à un Provincial par un de ses amis.)* Unde apparet, quomodo Molinistae et Congruistae Sorbonici acceperunt a Pascal argumentum contra gratiam sufficientem Thomistarum, repetendo illud quasi indissolubile : *Celle suffisance qui ne suffit pas.* Quod quidem non nisi ex confusione idearum atque ex *ignoratione elenchi* originem trahere potest. Nam : 1» Imprimis multa opera moraliter bona potest facere homo sine *gratia,* quamvis non sine Dei motione, ut explicatum est I-II. q. 109. a. 1., 2. et 3. 2° Deinde *gratia sufficiens,* quae dat *posse agere opera salutaria,* jam dat *agere aliquid,* quod est via et disponit ad sic agendum ut ad salutem oportet. Unde in ratione gratiae sufficientis clauduntur omnia illa auxilia divina, quibus homo, aliquid agendo, disponitur ad eliciendos actus credendi, sperandi, diligendi, et poenitendi ut oportet, ut justificationis gratia ei conferatur. Et postea ipsi habitus infusi habent rationem gratiae sufficientis respectu actuum, ad quos eliciendos conferunt *posse :* ut jam declaratum manet supra *Part. Secund,* cap. 1. et alibi.

‹ alur praedestinatio. Thomistae dicunt quidem, quod sine gratia efficaci homo nullum opus salutare actu ponere potest; sed non dicunt quod homo nullum opus bonum possit sine gratia efficaci ponere. Nam multa bona potest homo facere sine gratia, quamvis semper indigeat Dei motione ad operandum et bene agendum, ut jam supra I-Il. q. 109. ostensum •■st. Quamobrem dividere gratiam *sufficientem* et *efficacem* secundum quod opera sunt homini faciliora vel difficiliora : I ı videtur non esse ad rem, quia multa possunt fleri bona moralia opera absque gratia : 2° videtur confundere quaestionem de necessitate gratiae eum quaestione de ejusdem divisione ; 3° videtur supponere quod Deus non est *primum efficiens* in facilioribus sicut in difficilioribus. Apposite ad rem Billuart *De gratia* diss. 5. a. 6. : « Ex dictis habes pariter explosum systema, quod pene exstinctum cum Alphonse Le Moyne, de novo... instauravit Honoratus Tournely, in quo systemate admittit ad faciliora pietatis opera, praesertim ad orationem, gratiam *sensu pure Molinistico* sufficientem, quam voluntas suo consensu reddat efficacem ; momenta enim, quae in assertionem gratiae per se efficacis protulimus, probant universaliter eam requiri pro omni pietatis opere, ive facili sive difficili. UndeS. Augustinus *I. Retract,* cap. 9. : *Quia omnia bona, et magna et media et minima, ex Deo sunt, sequitur, ut ex Deo sit etiam bonus usus liberae voluntatis.* Insuper, alucinatur Tournely, ut jam notavi, dum orationem cum omnibus conditionibus requisitis, ut sil impetratoria, inter faciliora salutis opera reponit. » '.

' Optime ad rem P. Schiffini, be *effic. grat.* disp. 4. sect. 6. : ‹ Quare nihil facit ad rem praesentem distinctio, quam nonnulli theologi fecerunt eum Honorato Tournely, inter opera faciliora et opera difficiliora... Nodus itaque solvendus, facta illa distinctione, non solvitur. Difficile procul dubio explicatu videtur, qualis tandem •iit *gratia illa,* quam doctissimus Sorbonicus Honoratus Tournely i-eservat in opera difficiliora. Ceterum, quicquid sit de ejus mente, nulla consecutionis lege statueretur *opinio quaedam media,* qua pro facilioribus concederetur motio illa divinae gratiae, quae efficax sit solum *ab extrinseco,* ut ajunt, secundum explicationem nempe traditam a Molina, pro difficilioribus e converso confugeretur ad

Ad *tertiam* jam respondit D. Thomas, constanter docendo : I" quod usus gratiae est ab ipsa gratia, seu a Deo qui nos movet gratuita sua motione; 2° quod hoc ipsum, quod homo non resistit gratiae, jam est effectus gratiae; 3° quod datur gratia, quae, sicut S. Augustinus tradit, datur ex misericordia ad auferendam ipsammet duritiam cordis. Unde durum est Molinistis et Congruistis Sorbonicis contra stimulum calcitrare.

Ad *quartam* dicendum, quod omnes illae difficultates, quae objiciuntur a Molinistis et Congruistis Sorbonicis contra Thomistas, fuerunt jam objectae a Pelagianis contra prae-, destinationem et gratiam quam docebat S. Augustinus, el a Molina in libro *Concordiae* contra praedestinationem et gratiae auxilia quae docet 1). Thomas. Res valde notanda ! Molinistae et Congruistae Sorbonici non valent impugnare Thomistas nisi assumant argumenta, quibus ex una parte jam utebantur Pelagiani contra S. Augustinum, et quibus, ex alia parte usi fuerunt Jansonistae contra D. Thomam '.

motionem gratiae seipsa sive *ab intrinseco* efficacis. Vel enim motiogratiae seipsa efficacis amico foedere cohaeret eum libero exercitio voluntatis, vel secus. Si primum, non est cur restringatur ad actus tantum difficiliores ; si secundum, ergo neque in difficilioribus ponenda est. Agitur enim de actibus salutaribus liberis et meritoriis, sive sint faciles sive sint difficiles. Nec dicatur libertatem cum gratia ex se efficaci vel ex eo servari, quod ea fuerit per liberam orationem impetrata. Nam imprimis ipsa oratio saepenumero merito computatur inter opera difficilia, adeoque etiam pro ea necessaria foret, juxta hunc distinguendi modum, gratia ex se efllcax.

Praeterea : ... Si valeret haec solutio, jam nulla esset *formalis libertas* in exercitio actuum difficiliorum, qui propterea nullam propriam laudem et meritum haberent praeter laudem et meritum praecedentis illius orationis liberae, qua dicitur impetrata gratia ex se efficax necessaria ad hos actus difficiliores exercendos..t Quod quidem nulla ratione admitti potest, siquidem ad absurdissima consectaria deduceret. » Haec Schiffini S. J.

1 Unde Contenson *De Deo uno,* lib. 11. diss. 4. cap. *I.* : « Quam grandis consolatio opinionis Thomistarum, nullis se argumentis pulsari, quibus impetita non fuerit Augustini sententia ! Quam deploranda desolatio, et quam parum tuta eorum sors, qui non alia

Ad *quintain* dicendum, quod hic tangitur quiddi las physicae praemotionis, de qua satis manet dictum, ut habentes aures audiant, et habentes oculos videant. Tamen, quia physica praemotio non solum traditur a quibusdam velut quoddam inventum a Dominico Baiiez, verum etiam aliqui, ut P. Herrmann ad litteram scribit, ajunt : « Thomistarum systema commune non a Doclore Angelico, sicut *ultro fatentur* Thomistae, sed a Dominico Banez saeculo XVI. juxta principia, ut ait, D. Thomae concinnatum luit. Tamquam fundamento nititur in principio metaphysico, sc. : Deum esse primani causam et motorem universalem, a quo omne ens el omnis actio venire debent » (n° 389.) : Idcirco oportebit aliqua adhuc, adjungere, per quae illustretur haec famosa *Comoedia Barie-:iana* adinventa a Molinistis et repraesentata per quatuor jam saecula tam a Molinistis quam a Molinistarum affinibus et consanguineis. Quod enim Thomistarum systema esset a Banez primo traditum, erat jam nobis notum ex ore Molinistarum: quod autem hoc *ultro fatentur Thomistae,* omnino prorsus ignorabamus. Quinam erunt hujusmodi Thomistae. qui Thomistarum systema, non a Doclore Angelico, sed a Dominico Banez saeculo XVI. concinnatum fuisse ultro lateantur ? Legilne hoc P. Herrmann in aliquo Thomisla, qui de physica praemolione scripserit vel tractaverit, incipiendo a PP. Lemos et Alvarez et perveniendo usque ad P. Dummermulh [1] ? Videamus tamen nunc, utrum, non obstantibus Thomistis tale portentum ultro fatenlibus, fateantur contrarium ipse Scotus, et Capreolus, et Ferrariensis. et Molinistae ipsi, qui *Comoediam Bahezianismi* in campum theologicum induxerunt.

in Thomisticam sententiam tela vibrant, quam quae in Augustinum adversarii olim sui jaculati sunt. Nae eadem est Augustini et Thoinistarum thesis, si eadem contra utramque militant argumenta ? » Vide etiam Billuart *De Deo uno,* diss. 8. a. -l. et Gonet *Dr voluntate Dei* disp. 5. ubi argumenta haec solvuntur.

1 Lemos *Panoplia gratiae* et *Hist.Congreg. de Auxiliis.* — Alvarez *Disput. de auxiliis gratiae.* —Dummermuth *Doctrina praemotionis physicae :* et *Defensio doctrinae S. Thomae.*

Hoe tamen unum adhuc notare volumus, quod P. Herrmann etiam sine causa dixit quod : « D. Thomas de *medio in quo* scientiae Dei nullibi locutus est, sed unice affirmat Deum omnia videre, quia aeternus ejus intuitus fertur in omnia sicut in subjecta sibi praesentialiter, quin *modum* indicet, quo aeternus Dei intuitus subjecta sibi praesentialiter attingat. » (n° 746.) Quasi D. Thomas expresse ac conceptis verbis non affirmaverit Deum cognoscere omnes motus liberi arbitrii creati in *suo velle,* et non declaraverit quaenam sit pro divino intellectu *ratio attingendi* futurum in ejus praesentialitate positum, videlicet : suae divinae praedefinitiones sive sua decreta praedeterminantia ! ’.

'Vide *Pari. Secund.* cap. 9. Sicut P. Herrmann, sic cuncti Molinistae ac Congruistae communiter solent loqui ; v. g. P. Frins *Dictionnaire theol. Vacant, Concours divin* col. 790, ubi attribuit *scientiam mediam* SS. DD. Augustino et Thomae : « ... Il avait donc une science..... *scientia media* ..... C’est ainsi que saint Augustin, saint Thomas et beaucoup d’autres expliquent, sans recourir à la prédétermination physique, la prescience des futurs libres. Pour saint Thomas, voir les passages indiqués précédemment. › Atque inter alia loca, P. Frins affert quidem *I. C. Gent.* cap. 67. n« 1. et 2. et cap. 66. η® 6., ubi Angelicus Doctor ostendit : « Quod Deus cognoscit ea quae non sunt › ; et : ‹ Quod Deus cognoscit singularia contingentia futura », utique in praesentia aeternitatis. At P. Frins non citat n. 5. cap. 66. ubi sic legitur : « Cognitio Dei est de rebus omnibus per causam ; se enim cognoscendo, qui est omnium causa, alia quasi suos effectus cognoscit, ut.'supra cap. 49. ostensum est. Nihil igitur prohibet quin ea etiam quae non sunt, cognoscat. » Similiter P. Frins omisit celeberrimum caput 68. : *Quod Deus cognoscit motus voluntatis.* Quomodo *l* In quonam medio ? D. Thomas respondet : « *In virtute causae,* cum Ipse sit universale essendi principium... *Cognoscendo* suum *intelligere* et *velle,* cognoscit *omnem cogitationem et voluntatem.* › Ecco *scientiam inediam* S. Augustini et D. Thomae ! ‹ Ainsi, (addit P. Frins) Dieu connaît les actes libres de toute éternité, *in aeternitate.* » Utique : In suo velle.

CAPUT UNDECIMUM

Utrum Bannezianismus sit vera comoedia a Moliuistis adinventa

I

PRAENOTANDA

Primo : **In quo consistat formalis ratio Bannezianisnii. —** \udiamus P. Gerardum Schneeinann S. J. *Controvers. divin. grat.* (edit. 1881) quidditatem Bafiezianismi definientem : *a)* « S. Thomae schola, inclinato jam ad Unem saeculo sexto decimo, in duas divisa est parles. Bafiez non modo omni illius explicandi ratione, verum etiam sententiis singularibus a *communi via.* ut ipsius verbis utar, illius aetatis theologorum deflexit, atque vix orta ejus doctrina pro *nova* «‹l *inaudita* et apud suos et apud externos impugnata est. Societatis autem Jesu theologi communem ac. traditam quasi per manus veterem doctrinam, quam in ipsis Praedicato rum scholis didicerant, retinentes constanterque explicantes, illud efficere studuerunt, ul certissima gratiae efficacia cum libertatis ratione, si fleri posset, scientiae interpretatione conciliaretur. Sed necesse fuit, inter tam diversas ejusdem scholae paries litterarum certamen oriri. Exarsit autem contentio primum anno 1581 Salmanticae, in illius scholae tamquam arce ac propugnaculo, multo quidem ante Molinae *Concordiam* editam. » (p. 217.)

b) « *D. Thomas negat id quod Baneziani docent...* I" Docet ille motionem primae causae causis creatis *modificari;* id Raüeziani negant; 2° ille voluntatem a Deo ad

ipsuni actum liberum *determinari* non censet: hi censent: 3° ille voluntatem a primo actu indeliberato nulla addita nova praeveniente Dei motione ad libere agendum sese movere dicit : non item Baneziani, qui physicam praedeterminalionem ad illud efficiendum requiri affirmant : 4° si S. Thomam audias, voluntas motum a Deo impressum ad actum liberum vel applicare potest vel non applicare: inclinationem ad actum ita esse in liberi arbitrii potestate, ut non possit esse a Deo determinata; quod hi negant ; 5° ille negat, hi ajunl, infallibilitatcm praescientiae divinae ab ipsius virtute atque efficacia derivari ; 6° actus liberi apud illum *nullo modo* cognosci ex causis suis possunt; hi contra existimant; 7° Banezianorum sententia, *sola* sufficiens, non vero efficax gratia indeliberata mentis illustratio motusque voluntatis est; efficax autem gratia ab his actibus diversa est, ad eosque accedit. » (p. 92.) Haec igitur sunt septem praecipua capita, ex quibus *Comoedia.* Bafiezianismi constituitur quae quidem capita ad unum postremo veniunl reducenda, videlicet, ad *Praemotionem Physicam* '.

' Circa hanc materiam lege opus : « S. *Thomas cl doctrina praemotionis physicae, seu Responsio ad R. P. Schneemann* S. *J. alios que scholae Thomisticae impugnatores,* auctore I*. F. A. M. Dummermuth. Ordinis Praedicatorum, sac. Theol. Mag. ct in Collegiq Lovaniensi ejusdem Ordinis Stud. Reg. Parisiis 1880. ›

Et rursus, opus « *Defensio doctrinae S. Thomae Aq. de pra lione physica, seu Responsio ad R. P.* V. *Fries S. ./. auctore* P. F. A. M. Dummkrmuth, ord. Praed., S. Theol. .Magistro et in Colleg, Lovaniensi ejusdem Ordinis Stud. Reg. Lovanii 1895. »

In primo namque, ex praecitatis libris P. Dummermuth clare ostendit quae sit D. Thomae mens circa physicam praemotionem seu praedeterminationem ; et sine causa Suarezium retractationes I). Thomae imposuisse concludit ; argumentaque P. Schneemann dissolvit; atque ab illo asserta de divisione scholae D. Thomae in veterem ac novam esse absque fundamento luculenter ex testimoniis tam doctrinae quam historiae demonstravit. In altero autem libro, effugia, cavillationes ac inanes argutiae P. Frins, qui in adjutorium P. Schneemann intendebat, ad nihilum deducta sunt.

Ceterum, ad capita supra exposita habeas breve responsum :

Ad 1“". — Г). Thomas docet actionem causae primae *modificare*

Secundo : **Molina et physica praeniotio.** — Molina quidem *Concord.* q. 14. a. 13. disp. 26. scribit sic : « D. Thomas I. q. 105. a. 5. docet Deum duplici ratione dici operari cum « ausis secundis. In primis, quia virtutes illis tribuit ad operandum easque actu conservat, ut Durandus dicebat. Deinde, quia ita eas ad agendum movet, ut quodammodo formas el virtutes earum applicet ad operationem : non secus atque

active et *effective* omnes causas creatas ; *modificari* vero *passive* et quasi *materialiter* ex conditione subjecti divinam motionem recipientis. Et hoc idem docent Baneziani. (Vide *Part. Secund,* cap. 10.)

Ad 2«m. — D. Thomas docet et censet voluntatem a Deo determinari ad actum liberum ; et idem docent ac censent Baneziani. *(Pari. Secund,* cap. 4., 9. et 10.)

Ad 3ΠΙ». — D. Thomas docet expresse voluntatem non tantum esse motam ad libere agendum, sed etiam ita elicere liberum consensum sub motione gratiae operantis, ut in illo actu voluntas sit mota et non movens, solus autem Deus movens. (1-11. q. 111. a. 2. et q. 113. a. 8. ut in *Part. Prim.* q. 3. a. 2. et q. 5. a. 8. ex professo declaratur.)

Ad 4uni. — D. Thomas et cum D. Thoma omnes Baneziani docent voluntatem, a Deo applicatam et motam ad libere et bene agendum, *posse* resistere motioni gratiae ex vertibilitate liberi arbitrii, *non* tamen posse ex parte virtutis motivae atque ex Dei moventis intentione. (I-II. q. 112. a. 3. ct alibi, ut in *Part. Prim.* pag. 314 et sq. et *Part. Secund,* pag. 281 declaratur.)

Ad 5nm. — D. Thomas et cum illo Baneziani rejiciunt *scientiam mediam* utpote absurdis plenam, ut ex dictis supra in cap. 5. hujus *Pari. Teri,* patet ; et docent Deum videre futura contingentia in decreto voluntatis, ut in *Part. Secund,* cap. 9. manet ostensum.

Ad 6“‘‘. — D. Thomas et cum illo Baneziani tenent Deum cognoscere actus liberos omnium voluntatum in suo divino velle, in sua scientia prout habet adjunctam voluntatem, in sua virtute ut est causa efficiens omnium, ut ostensum est in *Part. Secund,* cap. 9.

Ad 7“". — Quid sit gratia sufficiens et quid gratia efficax, et quid gratia actualis, et quomodo se habeat ad actus voluntatis, jam satis ostensum manet ex dictis in *Part. Prim.* pag. 146 *Part. Secund.* cap. 1., 2. et 3.: et quantum etiam in omnibus his a doctrina D. Thomae aberrent Molina et Molinistae.

Quoad illud sc. : Bafiez deflexit *a communi via :* verum est, si agatur de theologis Molinismum ante Molinam jam propugnantibus : sed non est verum, si agatur de doctrina D. Thomae. Jam enim in *Part. Prim.* pag. 311 audivimus Bafiez loquentem sic : « Non jam

artifex securim applicat ad scindendum. Hujus vero rei rationem reddit, quoniam semper, quando sunt multa agentia inter se ordinata, secundum ita agit virtute primi, ut ab eo ad agendum moveatur.

Duo autem sunt quae mihi difficultatem pariunt circa doctrinam hanc D. Thomae. Primum est, quod non videam, quidnam sit motus ille et applicatio in causis secundis, qua

meam sententiam dicet, quod quidem ego moleste accipio, ut in re tam gravi singularem sententiam habere existimer, praesertim cum etiam in levioribus quaestionibus *nec latum quidem unguem a Sancti Docloris doctrina discesserim.* » (Bannez in II-II. q. 24. a. 6.)

Quoad illud vero : « Vix orta ejus doctrina, pro *nova et inaudita* apud suos et apud externos impugnata est » : Apud Jesuitas, certe ; sed *apud suos!...* Loquantur *Congregationes de Auxiliis* solemniter habitae coram Clemente VIII. et Paulo V. ! Loquantur etiam *Constitutiones* Ordinis Praedicatorum (dist. II. cap. 14. declar. 6.): « Theologiae professores... a concordi et communiori nostrorum Thomistarum sententia, quae communi omnium judicio crediturasserta a Sanctissimo Praeceptore vel ex ejus principiis deducta, nullo pacto audeant recedere, praesertim circa materiam de gratia et libero arbitrio, seu *physica praemolione.* » Vide quoque in *Appendice* censuram, quam ex commissione Provincialis Superioris in Hispania de libro Molinae scripserunt octo theologi Dominicani, quos inter invenitur Banez; et videbis tuis propiis oculis, o prudens lector ! quomodo doctrina physicae praemotionis *pro nova* et *inaudita* impugnabatur *apud suos !*

Quoad illud porro : « Societatis Jesu theologi... doctrinam, quam in ipsis Praedicatorum scholis didicerant » ... retinuerunt: responsum jam dedit P. Mandonnet his verbis : « Les Molinistes pourront même, comme ils l'ont déjà souvent tenté, aller plus loin et affirmer que leur doctrine est le véritable Thomisme. Ils échapperont ainsi, non seulement aux prohibitions existantes, mais ils bénéficieront encore, pour leur usage exclusif, des éloges et des encouragements que l'Eglise romaine n'a cessé d'adresser à saint Thomas et à son école. Il restera seulement à savoir si beaucoup de gens renseignés se laisseront surprendre par de semblables manœuvres. Il ne paraît pas encore que la tentative ait eu beaucoup de succès. Divers théologiens cependant se sont efforcés de dissimuler respectivement le *Molinisme* et le *Probabilisme* dans le bonnet doctoral de saint Thomas et de saint Liguori. Mais cela n'a servi de rien : où qu'il soit couvé, l'œuf du coucou ne devient un aigle ni un oiseau de paradis. » *(Le Décret d'Innocent XI contre le Probabilisme,* pag. 71.}

Deus illas ad agendum moveat et applicet.....Quare ingenue lateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem ıI applicationem hanc, quam D. Thomas in causis secundis exigit.

Ferrariensis *III. C. Gent.* cap. 70. ait ejusmodi applicationem esse vim quandam in causis secundis, quae est velut esse intentionale virtutis divinae, eo modo quo species colorum in medio dicuntur esse intentionale colorum ; quae quidem vis, ut inquit, est quidpiam superadditum virtutibus causarum secundarum, et tamdiu in illis est, quamdiu ipsae suas efficiunt operationes; quibus cessantibus, continuo vim illam desinere arbitratur. Hoc tamen commentitium plane, est. nullaque ratione fulcitur, et res frustra multiplicat. » Haec Molina.

Tertio : Suarez et physica praemotio. — Suarez *Disput. Metaph.* disp. 22. sect. 2. sic : « Verum est D. Thomam *De Pot.* q. 3. a. 7. addere tertium, nimirum, *virtutem instrumentalem fluentem,* <]uam recipit causa secunda a prima, ut agat tamquam instrumentum ejus ; disserte enim hanc numeral tamquam distinctam ab applicatione et ab efficientia seu conservatione ipsius causae secundae et virtutis ejus. Kxistimo tamen D. Thomam tacite retractasse illam doctrinam in *Prima Parte (Summae Theol.* q. 105. a. 5. el 6.) ubi exquisite tractans omnem modum quo causa prima operatur cum secunda, illam virtutem omisit, quod facere non potuisset in proprio ac praecipuo loco, si exislimasset esse per se necessariam ad concursum primae causae ; et similiter *III. C. Gent.* cap. 70. illius non meminit. Nec discursus, quem facit in dicto articulo 7. *De Pot.* est efficax. l 'undatur enim in eo, quod causa secunda non potest efficere c.we existentiae nisi per modum instrumenti : quod, proprie d in rigore loquendo de instrumento, verum non est, ut in solutione ad quintum attingam et latius infra, disputando *tie essentia creaturae.* » Haec Suarez, qui etiam *tacite* indicavit ubinam sit radix totius controversiae, videlicet mira, ubi Suarez disputat de essentia et existentia creaturae:

infra, inquam, disput. 31. in qua auctor *Disput. Metaph.* agit : *De essentia entis finiti ut tale est. et de illius esse, eorumque distinctione.*

Rursus, Suarez *III. De auxiliis gratiae* cap. 38. adjungit : ‹i Praetermittere hic. non possumus locum celebrem in q. 3. *De Pol.* a. 7.. quo nos maxime premunt defensores prioris sententiae; quia in eo, praesertim in solutione ad 7. aperte videtur D. Thomas ponere in causis secundis duplicem virtutem necessariam ad agendum, unam *firmam* et *permanentem.* est virtutis connaturalis unicuique causae; aliam */luentem,* quae a Deo iit in re naturali, ut per eam actualiter agat; et de hac dicit esse per modum intentionis, et habere esse incompletum ad instar motus instrumenti, vel ut species coloris in aere : propter quae verba dixi in lib. *I. De auxiliis* D. Thomam in eo loco sensisse dari in causa secunda aliquid praevium actu, inditum a causa prima ad agendum; illam vero sententiam postea tacite retractasse. Quae responsio rejicitur a *novioribus Thomistis.* et video *antiquiores* etiam non ita de eo loco sensisse; nam Capreolus et Cajetanus, ut supra dixi, doctrinam illius articuli allegant et sequuntur tamquam consentaneam et conformem doctrinae ejusdem Sancti Doctoris ; et ideo *paulo diligentius* articulum illum considerare *libuit,* ut simul occasione illius omnia, quae de reliquis locis diximus, amplius declaremus et confirmemus. Haec Suarez, qui postea *paulo diligentius considerando* et *accuratius explicando* pervenit ad desideratum tantae curae ac diligentiae finem, concludens sic : **Rejicitur motio praevia !... Verisimile mihi non est I). Thomam loqui in hoc modo applicationis !**

Quarto : Bellarminus et physica praemotio. — Bellarminus vero *I. De grat. et lib. arb.* cap. 13. quaerens in qua re sita sit gratiae efficacia, scribit : « Est igitur alia sententia in alio extremo aliorum, qui docent gratiam efficacem esse *actionem Dei physicam,* quae determinat voluntatem ad volendum et eligendum bonum, quod illi fuerat per gratiam excitantem inspiratum; et quia non potest fieri, ut Deus physice deter-

minet voluntatem, quin ipsa voluntas determinetur et velit id ad quod determinatur, ideo fieri non potest, ut gratia ista non habeat effectum infallibilem. Haec opinio videtur mihi aut esse omnino eadem cum errore Calvini et Lutheranorum, aut parum ab illo distare. Et quemadmodum opinio superior destruebat gratiam efficacem et simul praedestinationem, ita haec opinio destruit gratiam sufficientem et simul tollit e medio liberum arbitrium. »

Et IV. cap. 16. idem Bellarminus ait : « Altera ratio conciliandi libertatem humanam cum cooperatione divina, et fortasse etiam probabilior, est juxta sententiam S. Thomae, qui docet cooperationem divinam ita concurrere cum secundis causis, etiam liberis, ut non solum eis dederit el conservet virtutes operatrices, sed etiam *eas moveat et applicet ad opus,* ut cognosci potest ex I. q. 105. a. 5. et *HI. ('. Gent.* cap. 70. et *De Pot.* q. 3. a. 7. Quae sententia '.idetur valde consentanea tum Scripturae, quae dicit nos m Deo esse, vivere et moveri (Act. 17.); tum etiam rationi d ordini quem habet prima causa cum secundis; neque laborandum est in hac sententia, ut ostendamus nihil omnino fieri sine Deo. »

Et antea in cap. 11. scripserat : « Est observandum quatuor modis *voluntatem a Deo inclinari* ad aliquid appetendum vel fugiendum. Primo : *efficienter et physice,* immediate illam movendo el determinando ad unum. Nani potest ipsa se determinare; cur non possit etiam Deus eam determinare? Secundo : *efficienter* quidem, sed mediante aliqua forma, quam imprimat in voluntate. Nam infundendo gratias et virtutes, per eas inclinat voluntates ad bonas actiones. Et hos duos modos notavit S. Thomas *De Terit.* q. 22. a. 8. »

Ac denique in lib. *Recognitio librorum* Bellarminus addil :

Lib. 4. cap. 11. § *Secundo efficienter :* Ubi diximus a S. Thoma notari *De Verit.* q. 22. a. 8. duos modos, quibus potest Deus inclinare voluntatem ad operandum : unum, *efficienter et physice* immediate illam movendo el determinando ad unum; alterum, *efficienter* quidem, sed mediante aliqua forma, quam imprimit in voluntate. Non voluimus

significare Deuni cx mente S. Thomae reipsa *uti illo primo modo,* cum movet homines per gratiam efficacem. Existimamus enim Deum posse quidem uti illo primo modo, si velit: sed *tunc tolli, omnino libertatem arbitrii!* Ac per hoc non putamus Deum uti de facto illo primo modo, neque absolute neque ex mente S. Thomae, ut probamus in hoc eodem libro cap. 14... *Verisimile est S. Thomam per priorem modum non intellexisse solam physicam determinationem !* »

Quinto : **Chorus Molinistarum et physica praemotio. —** In Congreg. 28. *De auxiliis* et 1. coram Paulo V. habita 20. Septembris anno 1605, P. Vastida e Societate Jesu dicebat, sic : « Banez enim, qui fuit *primus inventor illius physicae praedeterminationis,* expresse dicebat, quod Deus ita sua omnipotentia liberum hominis movebat arbitrium, ut liberum arbitrium resistere non possit. » Atque in subsequent! Congreg. 39. sive 2. coram Paulo V. habita 12. Octobris 1605. idem P. Vastida repetebat : « Si enim tale auxilium datur, commode vocatur *physica praedeterminatio,* quamvis ista, vox primo a Magistro Banez fuerit introducta. » Atque cx hoc tunc usque ad P. Schneemann et P. Frins, per tria saecula et amplius, vox omnium Molinistarum et Congmistarum non cessat, clamare *physicam praemotionem :* 1° a Banez esse adinventam ; 2° e medio tollere libertatem ; 3° non cohaerere cum definitione Concilii Tridentini sess. 6. can. 4., et alia hujusmodi, quae in libris discipulorum Molinae ac Suarezii passim leguntur. Et ut nihil deesset huic adeo praeclarae. Banez adinventioni, P. Th. de Regnou S. .1. *fortunam Priami cantavit et nobile bellum;* id est, narrat nobis, veluti novus Homerus hujus Iliadae, quomodo et quare in saeculo XVI. nec Banez, eximius ille Salmantinae Universitatis Magister, aliam docere valebat, nec Hispanorum ingenia, aliam sibi ita gratam accipere poterant doctrinam, quam doctrinam excellentissimam *de gratia ex sese efficaci,* et *de praedestinatione ante praevisa merita* [1].

[1] Audiamus P. de Regnon fere sic loqui incipientem : *Dic mihi,*

Sexto : **Molina, Suarez et Bellarminus condemnant Molitiistas et Congruistas omnes (licentes physicam praemotionem** a Baunez esse adinventam. — Etenim, conceptis verbis affirmant D. Thomam : 1° tradere illam motionem, qua Deus applicat virtutes operatives creaturarum ad operandum, non secus atque artifex securim applicat ad scindendum ; 2° illam virtutem instrumentalem fluentem, quam recipit causa secunda a prima, ut agat tamquam instrumentum ejus; 3° voluntatem a Deo inclinari efficienter et physice ad bene operandum ; 4° hanc rationem conciliandi libertatem humanam cum cooperatione divina per physicam praemotionem esse valde consentaneam S. Scripturae, et rectae rationi, •d ordini quem habet prima causa cum causis secundis; 5° et lalem esse doctrinam D. Thomae, sentire et tenere omnes Thomistes, tam *noviores* quam *antiquiores*. Verum :

Septimo : **Molina, Suarez et Bellarminus habendi sunt tamquam primi compositores Comoediae Bannezianae.** – Molina quidem ; quoniam ausus est praeviam motionem a D. Thoma

Musa, virum, captaepost tempora Trojae!‹ Nous sommes en Espagne, » la dernière moitié du XVI® siècle. Deux races sont en présence, dont le sang bout de haine. D'un côté, c'est l'Espagnol descendant de Pélage, sobre, fier, ami de l'épée par laquelle il a reconquis sa patrie dans une lutte huit, fois séculaire ; de l'autre, c'est le Maure, riche en trésors, épanouissant son luxe oriental sur le sol que lui a livré lı· yatagan d'Abdérame. Sa puissance, il est vrai, est déchue; mais il .i encore pour alliés les Musulmans d'Afrique et les Turcs de Constantinople, et ces forbans sont la terreur des côtes andalouses qu'ils rouvrent à chaque instant de sang et de ruines.

("est plus qu'une lutte pour le sol; c'est plus qu'une haine de races tour à tour écrasantes et écrasées ; c'est plus qu'un choc de civilisations contraires : c'est la guerre entre le fanatisme et la foi ardente ; «'est le Croissant et la Croix qui se heurtent. On sort d'une insurrection gigantesque dans laquelle les Maures ont confondu dans leurs épouvantables cruautés le nom chrétien et le nom espagnol. Les représailles des vainqueurs n'ont été guère moins atroces; mais les infidèles sont enchaînés pour jamais, leur règne est fini, et la Croix brille sur toute la catholique Espagne.

En ce temps-là. Bafiez enseigne. Devant sa chaire se tiennent

traditum appellare *commentitiam, ;* et asserere quod physica praemotio *milia ratione fulcitur,* et quod *res frustra multiplicat.* Ac quasi D. Thomas non traderet « hujusmodi applicationem esse *vim quondam* in causis secundis », Molina istam doctrinam Ferrariensi attribuit, non D. Thomae, « quem viduli scholasticae theologiae solem ac principem sequi decernimus », ut dixerat ad lectorem in prologo *Concordiae* Molina ipse.

Suarez autem : quoniam simul affirmai : *a)* D. Thomam talem doctrinam tacite retractasse ; *b)* discursum, quem D. Thomas facit ad hanc doctrinam stabiliendam, non esse efficacem ; *c)* D. Thomam nec tacite nec expresse talem doctrinam retractasse; *d)* sed verisimile esse D. Thomam talem doctrinam numquam docuisse.

Bellarminus vero; quoniam asserit : *a)* physicam praemolionem esse valde consentaneam et fidei et rationi ; *b)* optime conciliare libertatem hominis cum Dei cooperatione; *c)* et tamen esse omnino idem eum errore Calvini aut parum ab illo distare: *d)* el idcirco Deum non uti hoc modo movendi

debout des Espagnols, pour qui les noms *Catholique et Espagnol* sont presque synonymes, et. qui sont dès longtemps habitués à appeler ‹ croisade » toute guerre contre les ennemis de leur patrie; des Espagnols qui ont conquis les Indes en même temps pour Dieu et pour l'Espagne, et qui racontent sans sourciller qu'en prenant aux sauvages leur or, leurs terres, leur liberté, et leur donnant le baptême en retour, ils se sont montrés trafiquants généreux; des Espagnols, enfin, pour qui Dieu lui-même est un allié fidèle el presque un compatriote. On leur dit que Dieu a fait deux parts dans l'humanité : l'une pour manifester sa miséricorde, l'autre pour manifester sa justice vindicative; que les élus sont des amis protégés, comblés de grâces efficaces, et conduits infailliblement au ciel ; que les réprouvés forment une masse que Dieu méprise, à qui il refuse les secours nécessaires à la conversion, qu'il laisse à dessein dans l'obstination et l'aveuglement, pour les châtier éternellement· de leurs crimes et de leurs cruautés atroces. Un tel enseignement plaît à l'auditeur, car, pour lui, le prédestiné, c'est l'Espagnol; les réprouvé, c'est le chien de Maure ! » Ita P. de Regnon, *Banez et Molina* lib. 2. § *4.* pag. 93-95 (édit. Paris 1883.) Vide *Part. Primi* pag. 313 in nota.

homines per gratiam efficacem: *e)* Deum posse quidem uti hoc modo, si velit; sed tunc tolli omnino libertatem arbitrii. Kn *Comoedia* Bafieziana *in fieri!*

Octavo : Bannezianismus est vera Comoedia a Molinistis adinventa.— Quod ex hactenus dictis satis perspici potest: atque manifestum iiet ex dicendis, videlicet :

1° a Scoto ;

'2° a Capreolo :

3° a Ferrariensi :

4® a Cajetano :

5° a quodam egregio Doctore romano Gregorianae Universitatis.

II

Rationes, quibus Molinistae et Congruistae Sorbonici impugnant physicam praemotionem, afferuntur a Scoto *TI. Sent.* «list. 37. q. '2.

Ratio prima : « Quia aliter voluntas non esset libera. — Xulla potentia habet perlecte in potestate sua effectum, qui non potest causari ab ea immediate, nec ab aliqua causa cujus causatio non est in potestate illius potentiae. Causatio autem Dei non est in potestate voluntatis creatae, sicut, nec virtus agentis superioris est in potestate inferioris agentis. Igitur, si Deus necessario *immediate* concurrat ut *causa, immediata* respectu volitionis creatae, voluntas creata non plene habet in sua potestate illam volitionem. Propositio major assumpta patet : quia quod liabet in potestate sua perfecte, effectum, vel potest ex se solo in illud, vel causatio cujuscumque concurrentis est in potestati* ejus, sc. quod illud causât vel non. »

Ratio secunda : «. Quia etiam aliter (voluntas) nihil contingenter causare posset. — Quod ab alio determinatur ad aliquid, non habet perfecte illud in sua potestate. Voluntas

creata *determinatur* ex hypothesi a voluntate divina *ad hoc.* Ergo. *Minor* probatur : Quia aut una voluntas determinat aliam, et non nostra divinam, patet, quia temporale non est causa aeterni ; ergo e converso, et habetur propositum. Aul neutra aliam ; et tunc neutra erit movens mota, nec erit inter istas ordo essentialis; inimo, si voluntas divina *non determinat* nostram (sic arguit secunda ratio), posset illa aliquid velle, quod non fieret, propter voluntatem nostram non concordantem. »

« Praeterea, ex secunda via arguitur sic : Illud non est contingens propter habitudinem sui ad aliquam causam, ad cujus eventum causa superior est determinata, cujus causae determinationem necessario sequitur determinatio omnium causarum inferiorum. Exemplum : si voluntas mea esset modo determinata ad unam partem, de scribendo cras, et non esset impedibilis nec mutabilis, non esset *meum .scribere cras* contingens ad utrumlibet ex habitudine sui ad manum : quia sicut voluntas est determinata modo ad alteram partem, ita in ipsa virtualiler sunt omnes causae inferiores ad idem. Et similiter, ex quo illud determinatum est, ad cujus determinationem effectus determinatus erit, eventus istius ell'ectus non est simpliciter indeterminatus ad utrumque, saltem non esset ejus *esse* contingens propter potestatem causae inferioris. Sed si voluntas divina sil causa immediata meae volitionis, jam est aliqua causa determinata ad alterum contradictoriorum, el determinationem hujus causai' necessario concomitatur determinatio voluntatis meae respectu ejusdem; alioquin simul starent *Deum velle hoc,* et *hoc non fore.* Igitur illud *velle* non est contingens ad utrumlibet propter potestatem voluntatis meae. »

Ratio tertia : « Quia aliter (voluntas) non possetpeccû/reï — Si Deus sit causa immediata meae volitionis, constat quod erit causa prior voluntate ; ergo prius natura influit ad effectum quam voluntas creata. Accipio ergo illud signum naturae, in quo Deus causât *velle* in quantum est prius illo signo, in quo voluntas creata agit ad illud *velle;* aut in illo signo Deus causal immediate rectitudinem perfectam in *velle,*

ct per consequens, voluntas in secundo signo non peccat, quia non causal in effectu oppositum istius quod prima causa causât; aut in isto primo signo Deus non causal rectitudinem perfectam immediate in *velle;* et sequitur, quod voluntas in secundo signo non peccat, quia non potest tunc in *velle* rectum; in nihil enim potest ipsa in secundo signo nisi in illud, quod causa prior in primo signo producit; sed non habendo *velle* rectum, si *non potest* habere rectum, non peccat. Ergo. »

Ratio quarta : « *Quia aliter (voluntas) omnino nullam actionem habere posset.* — Si Deus sit causa istius volitionis, erit totalis causa ejus, quia volendo causabit eam; volendo autem est totalis causa perfectioris creaturae, puta angeli vel cujuscumque creaturae de nihilo. Ergo, si volendo esset causa ejus, esset totaliter causa ejus. Sed cum totali causa alicujus nihil aliud potest causare cum illa in eodem genere causae. Igitur voluntas nullam causalitatem haberet respectu volitionis suae. »

Ratio quinta : « *Quia voluntas creata est totalis causa et immediata sui velle, ita quod Deus respectu illius non habeat aliquam efficientiam immediatam, sed tantum mediatam.* — Si aliqua est totalis causa creata respectu sui effectus, hoc maxime concedendum est de voluntate; quia ipsa est suprema inter omnes causas activas. Sed aliqua potest esse totalis causa respectu sui effectus. Ergo. *Minor* probatur dupliciter : Primo, quia hoc non repugnat creaturae; licet enim aliquid sit totalis causa caloris effectiva, hoc tamen non ponit in eo aliquam infinitatem nec perfectionem repugnantem creaturae. Si enim sit causa univoca, non oportet quod excellat effectum suum in perfectione. Si autem est aequivoca, non oportet in infinitum excellere effectum, sed in aliquo gradu determinato. Secundo, quia illud est totalis causa alicujus, quod si esset, omni alio, per impossibile, circumscripto, perfecte causaret illud ; sed 'abjectum, si esset, omni alio circumscripto, per impossibile, adhuc causaret suam propriam passionem; ergo subjectum est totalis causa suae passionis. Ex hac *minori*

dupliciter probata infertur conclusio, quod voluntas potest esse totalis causa respectu suae volitionis ; et ultra, cum praeter totalem causam nihil aliud causet in eodem genere causae, alioquin idem bis causaretur, vel causaretur ab aliquo sine quo nihil minus esset; et sic sequitur, quod Deus· immediate non causabit istam volilionem. »

« Per auctoritatem probatur propositum : Primo, per illud *liccli.* 15. : *Deus ab initio constituit hominem et* reliquit *cum in manu consilii sui.* »

« Augustinus etiam *VII. De Civit,* cap. 20. : *Sic Deus res. quas condidit, administrat, ut eas agere proprios motus:* sinat. »

« Anselmus etiam *De conc. praed. et grat. : Deus facit omnes actiones et omnes motus, quia ipse facit res, a. quibus et in quibus et ex quibus fiunt, et nulla res habet ullam potestatem volendi et faciendi nisi ipso dante.* Ibidem in secunda parte. : Aon *ea Deus, quae praedestinat. facit, voluntatem cogendo aut voluntate resistendo, sed in* suo esse dimittendo. »

His argumentis, quae, contra physicam praemotionem affert Scotus, addi possunt alia duo, allata ab Henrico Gandavensi *Quodl.* 9. q. 5. quorum*:

1",n. — « Quia Deus omnia movet secundum generalem administrationem, et levia el gravia, et voluntatem, 'l'amen propter hoc non debet ei attribui iste motus (primus motus voluntatis), nisi ut causae universali, praeter quam sunt causae aliae particulares : *Sic enim Deus res administrat, ut eas proprios motus agere sinat,* secundum Augustinum *VII. De civit. Dei* cap. 30. »

2nni. — « Quia, cum voluntas sit libera et domina suorum: actuum, impossibile est, quod ab alio procedat ad actum volendi, et hoc repugnat libertati, et non minus ageretur voluntas quam appetitus sensitivus. Unde, si Deo agente voluntas fieret de *non volente volens,* et hoc non esset contra naturam ejus, sed praeter, tamen non diceretur *actus Uber* nec *laudabilis* nec *virfuosus :* quia talis actio debet

«■sse in ipso agente, ita quod ab alio non moveatur, licet aliquo assistente et coopérante. »

En argumenta omnia, quae Molina saepe saepius objicit in libro *Concordiae* contra illam *applicationem* quam D. Thomas in causis secundis exigit, quaeque perpetua cantinela repetuntur a Molinistis et a Congruistis, tam Sorbonicis quam non Sorbonicis. contra *applicationem* quam Dominicus Banez exigit etiam in causis secundis. Atque hujusmodi argumenta contra physicam praemotionem militantia, sicul fuerunt allata ;i Scoto et ab aliis, antequam Bafiez nasceretur, sic quoque, antequam Banez veniret in hunc mundum, fuerunt ex professo soluta a Capreolo el a Eerrariensi.

III

Responsiones, quas Joannes Capreolus *U. Sent.* dist. 25. q. 1. a. 3. et 2. ponit ad argumenta Scoti et ad argumenta Henrici Gandavensis contra physicam praemotionem.

Ad argumenta Scoti. — *Ad primum.* I Ad hoc, quod aliquod agens habeat aliquem effectum perfecte in sua potestate, non requiritur quod se solo possit illum producere, nec quod causatio eujuslibet concurrentis sit in sua potestate, si ly *solo* excludat causas primas, et ly *concurrentis* stet ıı| supponat pro eisdem causis primis; sed sufficit, quod possit illum producere se solo, id est, nop concurrente alia causa proxima et ejusdem ordinis cum illo, vel quod habeat in potestate sua causationem eujuslibet causae proximae concurrentis eum illo. Sic autem esi in proposito de voluntate respectu actus sui... De hoc (actu volendi) Sanctus I'hornas I. q. 83. a. 1. ad 3. sic dicit : *Liberum arbitrium est causa sui motus, quia homo per liberum arbitrium seipsum moret ad agendum. Non tamen hoc est de neces-*

sitate libertatis, quod sit prima, causa sui id quod Uberum est, sicut nec ad hoc, quod aliquid sit causa alterius, requiritur quod sit prima causa ejus. Deus igitur est prima causa movens et naturales causas et voluntarias. Et sicut naturalibus causis, movendo eas, non aufert quin actus rarum sint naturales : ita movendo causas voluntarias, non aufert quin earum actiones sint voluntariae, sed potius hoc in eis facit; operatur enim in unoquoque secundum ejus proprietatem. Haec ille. Potest etiam dici, quod *major* argumenti solum veriflcatur de causa quae universaliter et primarie habet effectum in sua potestate, et independenter, et sine suppositione prioris motoris. Modo. *minor* in tali sensu falsa est; quia nulla creatura illo modo habet aliquem effectum in sua potestate, sed solus Deus; licet possit habere effectum in sua potestate, sicut causa secunda proxima dependens a priori et ejus supponens motionem. »

« *Ad secundum* patet per idem. Nam *major* solum est vera loquendo de habere effectum in sua potestate primarie, simpliciter et. independenter; in quo sensu *minor* neganda est. De hoc S. Thomas *De Verit.* q. 24. a. 1. ad 3. : *Deus operatur in unoquoque agente et secundum modum illius agentis, sicut causa prima operatur in operatione causae secundae, cum secunda causa non possit exire in actum nisi per virtutem causae primae. Unde per hoc, quod Deus est causa operans in cordibus hominum, non excluditur quin ipsae mentes hominum, sint causae suorum motuum. Unde non tollitur ratio libertatis.* »

« *Ad tertium* dicitur, quod *major* est falsa in casu quo causa superior mere libere, sine quacumque necessitate absoluta, est determinata ad eventum talis effectus ; nec sic est determinata ad eventum talis effectus, quin possit non esse determinata ad illum, sed ad oppositum effectum. Sic autem est de voluntate et scientia Dei. Et ideo, sicut effectus contingenter eveniunt per comparationem ad Deum, ita et per comparationem ad voluntatem nostram. Et sic ad probationem *minoris* per exemplum de voluntate et

manu respectu scripturae dicitur, quod quantumcunaque voluntas mea esset determinata ad A, et esset immutabilis <'t non impedibilis, si tamen illa determinatio esset libera modo praedicto, tunc A aeque contingenter proveniret a manu sicut a voluntate, nec esset ibi quaecumque necessitas nisi conditionala et non absoluta. Conceditur tamen, quod nullus effectus est contingens ex habitudine ad aliquam causam secundam *principaliter* el *sicut ex prima radice* contingentiae, sed solum ex habitudine ad divinam voluntatem. De praedictis S. Thomas *De Verit.* q. 24. a. 1. ad 13. dicit sic : *Ex praescientia Dei non potest concludi, quod actus nostri sint necessarii necessitate absoluta, quae dicitur necessitas consequentis, sed necessitate conditionata, quae dicitur necessitas consequentiae, ut patet per Hoiitium in fine libri* De consolatione philosophiae. »

« *Ad quartum* dicitur primo, quod talia signa multum probabiliter negantur a mullis. Secundo dicitur quod, concessis signis prioritalis quantum ad nostrum modum intelligendi solum, el nullatenus extra intellectum. Deus in actu voluntatis humanae, in primo signo rationis causal perfectam rectitudinem in comparatione ad se, non autem in comparatione ad voluntatem creatam, si loquamur de actu peccati. Et cum infertur, quod tunc voluntas nostra in secundo signo non peccat, negatur consequentia. Nec valet probatio; quia voluntas in secundo signo potest in rectum velle et in rectitudinem actus possibilitate absoluta, licet hoc sil sibi impossibile impossibilitate conditionala. sc. supposito quod Deus in primo signo non cause! talem rectitudinem. Cum autem dicitur, quod voluntas nihil potest in secundo signo, nisi quod causa prior produxit in primo signo, etc. : dicitur, quod illa propositio vera est in sensu composito, sed falsa est in sensu diviso. Unde tota probatio est sophistica. »

« *Ad quintum* negatur antecedens illud conditionale, accipiendo causam totalem pro causa quae non solum causât lotum effectum, immo sola, nulla alia causante, causât effectum. Nec valet probatio. Quia volitio Dei tunc solum est

causa totalis illo modo alicujus effectus, quando vult illum effectum a seipsa osse, et a nullo alio esse. Non semper autem causal illo modo, sed solum quando creat. Quando enim produxit Petrum, voluit illum a seipsa esse et ab aliis causis secundis esse, sc. a sole, a patre, a matre. Et ideo, licet volitio Dei sit totalis causa angeli, non tamen actus volendi : quia illum vult esse a causa prima et a causa secunda. »

« *Ad neœtuih* negatur *minor.* Nulla enim creatura potest esse causa totalis alicujus effectus in genere causae efficientis, vel formalis, vel finalis; sed solum in genere causae materialis. Et ad primam probationem dicitur, quod esse causam totalem caloris in genere causae efficientis repugnat creaturae; quia omne ens per participationem provenit ab ente per essentiam, quod necessario est infinitae perfectionis. Et cum dicitur, quod causam aequivocam non oportet in infinitum excedere suum effectum, verum est, si sit causa proxima dependentor agens, actionem prioris praesupponens ; sed falsum est, si intelligatur de causa non supponente priorem actionem : illa enim necessario est infinita et. per consequens, increata. Ad secundam dicitur, quod creaturam aliquam esse, omni alio circumscripto, implicat contradictionem; ideo, nihil mirum, si, hoc posito, sequitur quodlibel. Ulterius dicitur quod, posito casu illo, talis creatura non ageret nisi esset independens quoad esse et agere; et sic esset Deus. Ulterius dicitur, quod *major* argumenti non majorem habet evidentiam quam ista : Illud agit independenter et tamquam prima causa, quod, si esset omni alio per impossibile circumscripto, causare! et ageret aliquem effectum. Et constat, quod haec esi falsa ; ergo et alia. Cujus causa est falsa implicatio. »

« **Ad argumenta Henriei.** — *Ad primum* Hernici contra eandem conclusionem '... S. Thomas I-II. q. 9. a. 6. ad 3.

1 Conclusio ista, contra quam militant argumenta Scoti et Henriei, sic se habet : ‹ *Tertia conclusio : Quod solus Deus potest movere·*

ubi sic dicit : Deus movet voluntatem hominis sicut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum ; et sine hac universali motione homo non potest aliquid velle. Sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est vere bonum vel apparens bonum. Sed tamen interdum specialiter Deus movet aliquos ad aliquid determinate volendum quod est bonum : sicut in his quos movet per gratiam. Haec ille. Ex quibus apparet mihi, quod prima motio voluntatis est a Deo ad volendum bonum in universali. Sed, si quaeratur, an ad illum primum actum voluntas habeat se aliquo modo active, vel solum puri' pas sive: dicendum mihi videtur, quod omnis actus voluntatis, qui proprie est actus secundus, est ab ipsa voluntate effective; aliter non video, quod posset vere dici actio immanens, sed magis transiens, si nullo modo procederet a suo subjecto, sed totaliter ab extrinseco activo. Sed illa prima motio voluntatis a Deo ad universale objectum voluntatis magis habet rationem actus primi quam actus secundi; el ideo, quan lum ad illam, voluntas potest se habere pure passive. Verumtamen, numquam ille actus primus est sine aliquo actu secundo, qui est effective a voluntate; quia semper illam generalem affectionem ad bonum concomitatur affectio ad aliquod particulare bonum ; sicut videtur dicere S. Thomas *IV. Sent.* dist. 49. q. 1. a. 3. q. 3. ubi sic dicit : Bonum, quod est objectum voluntatis, est in rebus, ut dicit Philosophus *VI. Metaph.* Et ideo oportet, quod motus voluntatis terminetur ad rem extra existentem. Quamvis autem res, prout est in anima, possit considerari secundum rationem communem, praetermissa ratione particulari, res lamen extra animam non potest esse secundum rationem communem nisi cum additione propriae rationis. El ideo oportet quod quandocumque voluntas fertur in bonum, quod feratur in aliquod bonum determinatum. Et similiter.

voluntatem ad exercitium sui actus, sicut principium exterius. Hanc ponit S. Thomas ubi supra I-II. q. 9. a. 6. etc. » (Capreolus *II. Sent.* (list. 25. q. 1. a. 1.)

quandocumque fertur in summum bonum, oportet quod feratur in summum bonum hujus vel illius rationis. Quamvis autem ex naturali inclinatione voluntas habeat ut in beatitudinem feratur secundum communem rationem, tamen, quod feratur in talem beatitudinem, hoc non est ex inclinatione naturae, sed per discretionem rationis, quae adinvenil in hoc vel in illo summum bonum hominis constare. Et ideo, quandocumque aliquis appetit beatitudinem actualiter, conjungitur ibi naturalis appetitus et appetitus rationalis, etc. Haec ille. Ex quibus satis patet ad argumentum, quod aliter- primus motus voluntatis est a Deo quam alii.

Ad secundum respondet S. Thomas 1. q. 105. a. 4. ad 3.. ubi sic dicit : Si voluntas ita moveretur ab alio, quod ex se nullatenus moveretur, opera voluntatis non imputarentur ad meritum nec ad demeritum. Sed quia per hoc, quod movetur ab alio, non excluditur quin moveatur ex se, ideo· per consequens non tollitur ratio meriti nec demeriti. Haec ille. Item, ad illud, quod dicit quod voluntas non agitur sicut appetitus sensitivus, respondet S. Thomas 1. q. 60. a. 1. ad 2. ubi sic dicit : Omnia quae sunt in toto mundo, aguntur ab aliquo, praeter primum agens, quod ita agit quod nullo modo agitur ab alio, in quo idem est natura et voluntas. Et ideo non est inconveniens, si angelus agitur, in quantum inclinatio naturalis est sibi indita ab auctore naturae suae. Non tamen sic agitur, quod non agat, cum habeat liberam voluntatem. Haec ille. Ex quibus patet ad argumenta. Unde breviter :

Henricus el Scotus decepti sunt in hoc, quod putaverunt liberum arbitrium et voluntatem dici univoce de Deo el creaturis, et quod tanta libertas inesset voluntati creatae sicut increatae; ita quod, sicut divina voluntas a nulla priori voluntate *determinatur* aut *necessitatur* aut *movetur* ad actum suum, ita nec voluntas creata : quod falsum est, ut patet inspiciendo praedicta ; omnis enim effectus creaturae *aliquam necessitatem* habet, saltem ex suppositione prioris causae. »

IV

Responsiones, quas Francisons de Sylvestris, Ferrariensis, in suis Commentariis in *III. C. Gent.* cap. 7!). ponit ad argumenta, quibus Scotus impugnat physicam praemotionem.

Argumenta Scoti. — « Utrum et qua ratione Deus sil actuum voluntatis causa movens et determinans. Dubia Scoti solvuntur.

Circa ipsam conclusionem, quae ponil Deum esse causam actuum voluntatis, dubitatur ex Scoto *II. Sent.* dist. 37. in 2. quaesito.

Primum : Nulla potentia habet perfecte in sua potestate effectum, qui non potest causari ab ea immediate, nec ab aliqua causa cujus causatio non est in potestate illius potentiae ; quia quod habet perfecte effectum in sua potestate, potest se solo in illum, vel causatio cujuslibet concurrentis est in ejus potestate. Sed causatio Dei non est in potestate voluntatis creatae. Ergo, si Deus necessario concurrat immediate ut causa, sc. immediata respectu volilionis creatae, voluntas creata non habet plene in sua potestate illam volitionem; hoc est falsum; ergo etc. *Confirmatur :* Quia quod ab alio *determinatur* ad aliquid, non habet perfecte illud in sua potestate.

Secundum : Illud non est contingens propter habitudinem sui ad aliquam causam, ad cujus eventum causa superior est determinata, cujus causae determinationem necessario sequitur determinatio omnium causarum inferiorum. Sed, si voluntas divina est causa immediata meae volilionis, jam est aliqua causa determinata respectu ejus, se. voluntas Dei; et determinationem ejus necessario concomitatur determinatio voluntatis meae respectu ejusdem. Igitur illud *velle* non est contingens; hoc est falsum; ergo etc.

Tertium : Cum Deum sit causa prior voluntate, quaeritur, an in illo priori signo Deus causet immediate rectitudinem perfectam in *velle,* an non; si primum, sequitur quod voluntas in secundo signo non peccat, quia non causal in effectu oppositum ejus, quod prima causa causât; si secundum, idem sequitur, quia non potest in *velle rectum.* Non habendo autem *velle rectum,* si habere non potest, non peccal. Sequitur ergo, quod voluntas peccare non potest.

Quartum : Tunc Deus esset totalis causa volitionis; ergo voluntas nullam haberet causalitatem supra volitionem ; quia cum totali causa alicujus nihil aliud potest causare in eodem genere causae.

Quintum : Aliqua est totalis causa sui effectus; ergo etiam voluntas; ergo Deus non causât immediate volitionem. »

Solutiones. « Ad omnia ista argumenta patet faciliter responsio ex his, quae superius in 1. libro cap. 67. et 85. de scientia el voluntate sunt determinata. Verumtamen, ul etiam magis eorum inefficacia constet, supposito bono intellectu conclusionis, sc. quod Deus immediate causât actum voluntatis *immediatione virtutis,* non autem *immediatione suppositi;* sicut de actibus aliarum virtutum superius ostensum est cap. 70. ; voluntas autem causât ipsam volitionem *immediate immediatione suppositi,* non autem *immediatione virtutis;* dicitur :

Ad primum : Quod habere perfecte in sua potestate effectum dupliciter potest intelligi : Uno modo, quia illum potest producere et non producere, et a nulla alia causa dependentiam habet in illius effectus productione; et sic neque voluntas neque quaecumque alia causa creata habet effectum perfecte in sua potestate; quia omnis causa creata necessario dependet a prima causa, sicut in essendo, ita cl in causando. Alio modo, quia potest producere effectum, supposita prima causa a qua dependet, et a nulla causa ad producendum aut ad non producendum necessitatur ; el sic conceditur, quod voluntas habet perfecte in sua potestate

volitionem suam; el ad hum; sensum *negatur major ;* slant enim simul, quod aliqua causa secunda secundum se el absolute possit producere et non producere effectum, et lamen causatio alterius superioris causae non sit in ejus potestate; quia, ut in superioribus est ostensum (lib. 1. cap. 67. et 85.), stat libertas secundae causae cum necessitate immutabilitatis, sive cum necessitate suppositionis primae causae.

Ad probationem, *negatur assumptum.* Non enim oportet, ut quod habet in potestate suum effectum, illum se solo omnino possit efficere; sed sufficit, ut se solo, tamquam proximo agente, possit illum efficere. Nec etiam exigitur ut causatio cujuslibet concurrentis sit in ejus potestate, sed sufficit, ut in ejus potestate sit causatio causae concurrentis sui ordinis, quae sc. sit causa proxima.

Ad confirmationem patet per idem ; Quia potest aliquid determinari ab alio ad effectum, et tamen habere illud in sua potestate, secundo modo superius dicto; eo quod causa prima movet unamquamque causam secundam ad suum effectum secundum conditionem ipsius causai; secundae ; causam enim non potentem deficere sic ad suum effectum determinat, ut ipsum necessario absolute producat : causam autem, quae deficere potest, *ita determinat,* ul tamen absolute deficere possit in producendo.

Ad secundum dicitur primo, quod utique non dicitur aliquis effectus contingens in ordine ad voluntatem nostram tamquam ,ad *primam radicem* contingentiae el libertatis, sed in ordine ad sapientiam et voluntatem divinam, ul superius est ostensum (lib. 1. cap. 67. et 85.), in quantum sc. Deus determinavit aliqua quidem evenire necessario, el istis dedit causas necessarias : alia vero evenire contingenter, et istis dedit causas contingentes.

Dicitur secundo, quod *major* est *falsa* de causa superiori, quae est determinata non necessario absolute, sed voluntarie; et est causa effectus aliarum causarum tam secundum *esse* quam secundum *modum* necessitatis aut contingentiae. Isto enim modo Deus est causa determinata ad productionem

creaturarum; quia, videlicet, libere se determinavit ad ipsa rum productionem, cum posset absolute oppositum determinare, modo in superioribus ostenso ; licet ista determinatio sil necessaria necessitate immutabilitatis.

Item, determinavit, ut talis effectus necessario, talis vero contingenter eveniat, et *ejus determinationem sequitur determinatio omnium causarum;* quia, videlicet, effectus, quos determinavit per istas causas evenire necessario, ipsae causae necessario producunt ; illos vero, quos determinavit per illas causas contingenter et libere evenire, ipsae causae efficiunt contingenter. Cum ista tamen contingentia absoluta effectus in ordine ad suam causam proximam, superius est ostensum (lib. 1. cap. 67. et 85.) stare necessitatem *suppositionis,* qua dicitur effectus contingens evenire necessario et infallibiliter, supposito quod Deus velit illum evenire voluntate consequente et voluntate completa.

Ad tertium dicitur, quod non datur ex parte rei aliquod signum prius, in quo Deus ante ipsam voluntatem producat volitionem nostram. Si autem sit sermo de prioritate secundum nostrum modum intelligendi, dicitur quod in illo priori, in quo intelligiinus volitionem, quae est peccatum, terminare actionem divinam antequam a voluntate producatur, Deus dat volitioni perfectam bonitatem, quae nata est sibi convenire secundum suam entitatem absolutam et in ordine ad Deum ; non autem illam, quae nata est sibi convenire in quantum ab humana voluntate procedit. Cum infertur ex utroque membro, quod tunc voluntas in secundo signo non peccat, *negatur consequentia.*

Ad primae consequentiae probationem dicitur, quod illa *deformitas,* quae convenit actui volitionis ut a voluntate humana dependet, non opponitur *bonitati* et *rectitudini* quam Deus in illo actu causât, sed *rectitudini* quam causal, humana voluntas. *Bonitas* enim *naturae* et *in ordine ad Deum, et malitia moralis* quae sumitur *ex ordine* ad voluntatem creatam, non opponuntur, immo unum fundatur in alio; sed bene opponuntur *bonitas* ex voluntate humana el *malitia* ex eadem proveniens circa eundem actum.

Ad secundae consequentiae probationem negatur, quod secundum istam intellectus considerationem non possit voluntas in aliquid, quod causa prior in primo signo non produxit: immo, potest in rectitudinem quae nata est convenire ut a voluntate humana producitur ; talis enim bonitas est *habitudo* ad regulas rationis, secundum quas debet humana voluntas regulari ; non inconvenit autem actum *aliquam habitudinem* habere secundum quod procedit ab humana voluntate, quam non habet secundum quod a Deo procedit ; quia non producit ipsum actum volitionis nostrae tamquam per ipsum *formaliter volens,* sicut voluntas humana.

Ad quartum dicitur, quod causa totalis potest dupliciter accipi. Uno modo, pro causa quae se sola operatur omnenique aliam causam excludit, et tunc *negatur antecedens :* quamvis enim Deus actum voluntatis producat immediate, non tamen est isto modo causa totalis, immo secum assumit ipsam voluntatem ad causationem illius actus; sic. autem est causa totalis eorum quae per creationem producit, quia in creatione nullam creatam causam assumit. Alio modo, pro causa sufficiente in suo ordine; et tunc *negatur consequen tia;* cum causa enim sufficienti in uno ordine, stat rausa sufficiens alterius ordinis, et sic cum causalilate primae causae stat causalitas alterius causae tamquam causae proximae.

Ad quintum .'Per hanc distinctionem patet solutio ad quintum ; nam si accipiatur totalis causa primo modo, sic *antecedens* est *falsum;* nulla enim causa creata potest agere, non concurrente prima causa; et sic nulla est causa totalis isto modo. Si autem accipiatur secundo modo : *negatur ultima consequentia;* licet enim voluntas sit causa sufficiens suae volitionis tamquam causa proxima, non tamen excluditur quin Deus ad illam tamquam proxima causa concurrat. »

V

Physica praemotio tam in ordine naturae quam in ordine gratiae juxta Ferrariensem, Cajetanum et Capreolum.

§ 1

Physica praemotio juxta Ferrariensem.

1" « Scientia enim visionis sequitur determinationem divinae voluntatis. » (Z. *C. Gent.* cap. 67.)

2° « Ejus (divinae voluntatis) determinationem sequitur determinatio omnium causarum. » (ZZZ. *C. Gent.* cap. 89.)

3° « Advertendum est ex doctrina D. Thomae *De Pot.* q. 3. a. 7. ad 7. quod duplex *vis* ad agendum rebus creatis inest dum agunt : Una est forma habens *esse* firmum et ratum in natura, per quam agunt tamquam propria el naturali virtute. Alia est *vis,* quae est intentio sola virtutis divinae, habens *esse* incompletum, per modum quo colores sunt in aëre et virtus artis in instrumento : et *ista vis* non convenit rebus nisi quando actualiter operantur et agunt tamquam divinae virtutis instrumenta, sicut et virtus artis non remanet in instrumento nisi quando ipso utitur ad operationem artis. Deus ergo dat rebus naturalibus utramque virtutem, sed secundam tantum illis communicat dum eas ad operandum applicat; ideo dixit D. Thomas, quod superius agens dat inferiori agenti virtutem per quam agit vel conservat eam, quod pertinet ad *primam virtutem ;* vel applicat ad agendum, quod per *secundam virtutem* efficitur. » *(III. C. Gent.* cap. 10.)

4° « Agit enim (Deus) immediate quandam sui participationem in omnibus causis inferioribus, et cum illa participata similitudine simul immediate ipsarum effectus attingit ; acci-

pitur enim tamquam una virtus, ipsa virtus in Deo existens et ejus *intentio* in causis inferioribus producta, sicut ars quae est in mente artificis, et ejus intentio in instrumento recepta, pro una virtute accipiuntur. » (ibid.)

5° « Circa istam propositionem : *Secunda agentia determinant actionem primi agentis,* advertendum est, quod hoc non est sic intelligendum, quasi secundaria agentia aliquid erga divinam actionem, ut in se est, operentur, cum sua actio sit sua substantia; sed intelligitur, ut ex superioribus constat, secundum quod ipsa mediantibus causis secundis ad effectum aliquem terminatur; sic enim virtus divina et actio, secundum quod in secunda causa recipitur, accipit, *limitationem* et *determinationem* ex conditione causae secundae, tamquam ex susceptivi conditione: quia unumquodque recipitur in alio per modum recipientis. » (ibid. cap. (!(›.›

6° « Deo sunt cognita quaecumque sunt at» eo causata ; sed motus voluntatis est a Deo causatus tam effective quam linaliter. *Effective* quidem ; quia voluntas Deo subesi quantum ad causalitalem ; quod autem est causa effectiva voluntatis, est etiam causa operationis ipsius, sicut et quod est causa naturae, est etiam causa naturalis ipsius operationis. *Finaliter* vero ; quia Deus est principale objectum voluntatis, utpole ultimus linis existens ; voluntas autem ab objecto per modum finis moveri potest. » (7/7. *C. Gent.* cap. 144.)

7° « Sub Deo, qui est primus intelligens et volens, ordinantur omnes intellectus et voluntates sicut instrumenta sub principali agente. Ergo eorum operationes efficaciam non habent respectu ultimae perfectionis, quae est adeptio finalis beatitudinis, nisi per divinam virtutem... Quia nullum instrumentum secundum virtutem propriae formae potest ad ultimam perducere, perfectionem, sed solum secundum virtutem principalis agentis, quamvis ad eam secundum propriam virtutem aliquam dispositionem facere possit. › (ibid. cap. 147.)

8° « Dupliciter Deum sc habere ad nostram conversionem : Uno modo, animam hominis interius movendo et instigando ad hoc, ut ad Deum convertatur : et sic conversio Dei ad

hominem praevenit nostram in ipsum conversionem. Alio modo, roborando ipsam nostram conversionem ad hoc, ut peccati remissionem et gratiam consequatur, qui est ejus effectus; el etiam stabiliendo et firmando ad debitum finem, se. beatitudinem consequendam. Si enim homo in sua conversione perseveraverit, finem beatitudinis consequetur; el sic conversio Dei ad nos non praevenit nostram conversionem, sed ipsam concomitatur, aut etiam aliquo modo sequitur, secundum sc. quod unus effectus gratiae alium subsequitur, ut ostenditur I-Il. q. 111. a. 3. » (ibid. cap. 149.)

9° « De gratiae enim infusione dupliciter loqui possumus... Uno modo, ex parte agentis: et sic gratiae infusio praecedit (motum liberi arbitrii), quia prius est actionem ab agente procedere, quam aliquam dispositionem, simul praesertim existentem, cum forma in mobili suscipi. Alio modo, ex parte mobilis; et sic gratiae infusio sequitur, quia prius natura esi subjectum disponi quam suscipere formam. Quod autem hoc sit ad mentem S. Thomae, patet ex verbis ejus, in quibus ait, quod dispositio subjecti praecedit susceptionem formae ordine naturae; sequitur tamen actionem agentis, per quam etiam ipsum subjectum disponitur; et ideo motus liberi arbitrii praecedit *consecutionem* gratiae, sequitur autem gratiae *infusionem.* Palet enim, quod in his verbis supponit S. Thomas, una actione infundi gratiam et dispositionem ad ipsam, et quod accipit infusionem gratiae pro *actione* tantum, qua Deus gratiam infundit, quae naturaliter et dispositionem subjecti et formae susceptionem praecedit, sicut actio praecedit naturaliter passionem. Et sic considerat ordinem istorum ex parte agentis, cum dicit gratiae infusionem praecedere dispositionem subjecti et motum liberi arbitrii: cum autem dicit dispositionem subjecti et motum liberi arbitrii praecedere susceptionem gratiae, constat, quod loquitur de infusione gratiae ex parte suscipientis, el quod considerat ordinem dispositionis et formae, ex parte mobilis sive susceptivi. in quo naturaliter prius recipitur dispositio ad formam quam ipsa forma. Unde patet, quod intentio S. Thomae in I-Il. non discordat ab iis, quae in quaestionibus *De Vcrit.* dicit,

■et quod superius annotavimus, sc. quod secundum ordinem *causae materialis,* motus liberi arbitrii praecedit gratiae infusionem, quam in 1-П. vocat gratiae susceptionem; secundum vero ordinem *causae formalis.* gratiae infusio, quae sc. nominat actionem, motum liberi arbitrii praecedit. » (ibid, cap. 143.)

Physica praemotio jn.vta Cnjetanmn.

1° « *Movere* causae secundae provenit non ex *moveri* tantum, sed ex *moveri el modo proprio* (ex virtuti· propria) causae secundae... Ipsa secunda (causa) nullum effectum producit nisi virtute primae *concurrente* el *conjungente* virtutem secundae suo effectui; quoniam prima munia attingit immediate immediatione virtutis. » (I. q. 1!). a. 8.)

2° « Voluntas soli Deo subjacet, el quoad exercitium aclus et quoad specificationem actus in particulari ; quia ipse solus potest efficaciter movere voluntatem, tam effective quam objective. » (I. q. 57. a. 4.)

3° « Sicut grave non movet seipsum ad descensum.... ita voluntas, mola a Deo ad hujusmodi *novum velle,* non movet seipsam ad hoc, sed est tantum mota a Deo. Est tamen tale *velle* ipsius elicitive, sicut descendere est motus gravis. Et est *liberum,* quia potest dissentire a tali velle ; Deus enim movet suaviter liberum arbitrium secundum conditionem ejus. » (I-IL q. 111. a. 2.)

4° « Gratia operatur utroque modo, sc. el per modum liberi arbitrii et per modum naturae; ideo infusio gratiae gratum facientis... gratuite movet liberum arbitrium ad actus duos antedictos [in Deum per fidem, spem et dilectionem, et in peccatum per detestationem et poenitentiam ; et sic praevenit et eosdem ut informatos gratia, et seipsam gratiam ut gratum facientem ; ita quod non solum simul, sed unica actione Deus, infundendo gratiam, gratuite movet et gratum facit. Et in quantum gratuite movet liberum arbitrium, disponit simul et dispositum reddit per liberum

arbitrium liominem ad gratiam; quoniam ipso actu liberi arbitrii homo redditur subjectum praeparatum et coaptatum graliae. cujus opposito actu posuerat obicem gratiae. Et haec praeparatio est quae superius in q. 112. a. 2. ad 1. dicta est meritoria. Nec obstat his, quod quandoque gratuita Dei motio sil non per gratiam gratum facientem; potest namque et per ipsam et sine ipsa Deus gratuite movero. »· (MI. q. 113. a. 3.)

§ 3

Physica praemotio juxta Capreolum.

1" « (.ausa secunda non habet in sua potestate *causalitatem* causae primae, sed est *illud,* sine, quo effectus non subjicitur causae primae quandoque; quia Deus disponit non producturum talem effectum sine causa secunda libere causante. » *(I. Sent.* dist. 45. q. 1. a. 2.)

2° « Causa prima prius attingit effectum quam causa secunda, considerando *virtutem* causae. Sed considerando *supposita* agentia, dico quod causa proxima est immediatior effectui quam prima. Causa prima prius natura attingeret effectum quam secunda... et vehementius influit quam causa secunda, tamen effectus non completur nisi adveniente operatione causae secundae. » (ibid. dist. 38. q. 1. a. I.)

3° « Creatura nullam actionem habere potest, quae non essentialius dependeat a Deo quam a creatura; nec sufficit conservatio virtutis suae a Deo, nisi illa virtus *moveatur* ad suum actum et *conjungatur* illi mediante divina virtute, ut saepe dictum est supra, nec oportet ulterius replicare. »- *(II. Sent.* dist. 1. q. 2.)

4° « Quantum ad omne positivum, quod est in actu voluntatis, actio voluntatis creatae est posterior actione Dei in producendo quodlibet tale, nulla creatura agit nisi mota a Deo ... Motio Dei non *determinat* voluntatem creatam ad aliquid quod sit secundum se malum, sed ad *illud* quod est secundum se *bonum* ex natura sua, licet sit *malum* quoad deformitatem quam habet relatum ad causam secundam... Voluntas creata non ideo peccat, quia illum actum

agit, sed quia illuni *taliter* agit. Primum habet a Deo, non autem secundum. » (ibid.)

5° *Duplex Dei modus operandi circa bonum celle nostrum.* « Unus est sibi proprius, in quo voluntas nostra non cooperatur, utpote facere nos velle. Ideo ait (S. Augustinus) : *Ut ergo velimus, sine nobis operatur;* sine nobis, inquam, operantibus, ul sc. velimus; quia licet voluntas velit et causet volitionem, non tamen facit se velle aut causare volitionem. Nec tamen, quia Deus facit, ideo ipsa non causal, sed potius ideo causât. Et proplerea, ad illud excludendum, Augustinus in *De correpi, et grat.* cap. 2. de filiis Dei, de quibus ait Apostolus Itoni. 8, Iȯ quod *spiritu Dei aguntur,* inquit : *Aguntur enim ut agant.* Alius est modus sibi et voluntati communis, sc. causare volitionem. Ideo ait : *Cum volumus, nobiscum operatur.* Et quia utrumque nobis necessarium est, nec alterum lanium sufYle.it ad bene velle, ideo addit : *Tamen sine illo operante ut relimus, etc.* Item *Contra, duas epist. Pelag.* lib. 2. cap. !). : *Quoties.* inquit, *bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum operatur ut operemur.* Item in eodem : *Multa Deus facit in homine bona quae non facit homo; nulla vero facit homo quae Deus non facit ut faciat homo.* Haec Gregorius. Et concordat S. Thomas I-U. q. 109. articulis quasi singulis, potissime 9. et 10. » *(II. Sent.* dist. 28. q. 1. a, 3. 5 i

Sententia lata contra Molinistas et Congruistas cujuscumque generis, dicentes physicam praemotionem et Thomistarum systema esse adinventum a Dominico Bannez saeculo XVI.

§ 1

Quisnani sit Judex.

Judex enim, cujus sententia in subsequentibus erit apponenda, est Dr Joannes Ude. qui per plures annos habuit·

« magistros in alma Universitate Gregoriana in Urbe, viros doctissimos, qui operam impendebant omnem instruendi nos (inquit ille) in sana S. Thomae doctrina ». De seipso fatetur doctor, cujus verba sunt ad litteram transcribenda : « Ad nos quod attinet, sincere profitemur nos nomen dedisse Molinismo, dedisse, inquam, cum inspectis argumentis Capreoli nunc nobis persuasum sit Tbomismum prae Molinismo in hac re veritatem habere, nec separati esse velimus a Capreolo, nec non a S. Thoma. In prima nimirum parte nostri opusculi, uti lector facile videre potest, nos adhuc pugnamus ex parte Molinistarum, adhuc praeformati, ut ita dicamus, doctrina scholae. Voluimus autem et sperabamus nos inventuros esse in Capreolo nostram sententiam, sc. Molinisticam, sed contrarium accidit : Capreolus enim Molinistam convincit, eumque, qui Molinista praeformatus erat, sed sine praejudicio quaestionem solvendam aggressus est, in castra Thomistarum pertraxit. Convicii nos vis argumentorum. El veritati et propriae persuasioni de bono meliori cedere, sane nemo est qui hoc absonum et viro indignum esse affirmet. » (p. 297.) Talis est judex, ex cujus ore audiemus sententiam prolatam circa hoc de *Comoedia Baheziana* negotium : instructus a Molinistis in Universitate Gregoriana, et ipse Molinista fervidus ac suis magistris addictissimus. Dum autem Molinismum sincera ac bona fide decrevit conferre cum doctrina Joannis Capreoli, scribere incepit opusculum [1] de *doctrina Capreoli, De influxu Dei in actus voluntatis humanae,* ut exinde Molinam esse verum D. Thomae discipulum comprobaret ; Molinismum esse D. Thomae Thomismum pateret; el recentiores Thomistas ab antiquis discessisse, et Dominicum Banez, non I). Thomam, habere duceni ac magistrum in perspicuo poneretur : at cum librum Capreoli legendum tali inten-

[1] Titulus hujus laudandi libri sic se habet: *A.M.D.G. — Doctrina Capreoli de influxu Dei in actus voluntatis humanae secundum, principia Thomismi et Molinismi, collata a* Dr Joanne Ude, *Praefecto in Seminario puerorum Seccoviensi. Graeci MCUV. Sumptus fecit « Styria. ›*

lione arripuerit, el legendo « iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco; et subito circumfulsit eum lux de coelo ». (Act. Ap. 9, 3) Et audivit Angelicum Doctorem per os Capreoli sibi dicentem : *Durum est tibi contra stimulum calcitrare;* et sicut ipsemet ait in prooemio sui libri : « Quaenam autem sit nostra sententia, lector ex epilogo ad totum opusculum videre potesl : Videbit nempe ibi. quomodo ex Molinista, qualis incepit auctor opusculum, in decursu inquisitionis factus sit Thomiste. »

Audiamus ergo, quomodo loquitur de famosa Bafiezianismi *Comoedia,* et quid sentiendum arbitretur de Molinistis. ex quibus unus erat ille, cum serio asserere videntur Thomistarum systema a Bafiez in saeculo XVI. esse excogitatum ac in scholas introductum.

§ -

Qualis sit sententia.

1" « Scotus in suis objectionibus quasi Molinista impugnat S. Thomam. » (p. 137.)

2° « Capreolus stat pro praemotione physica. » (p. 155.)

3° « Quaestio igitur a nobis movenda est. an Capreolus doceat Deum immediate voluntatem el efficienter movere ad singulos actus, praedeterminando eos; et dicendum, quod sic. Nam dicit Capreolus, partim propriis verbis, partim verbis sui magistri Doctoris Angelici, quae verba praecipue a Thomistis ad confutandos Molinistas adhibentur ; *Quidquid, inquit, facit de voluntate non actu colente actu volentem, movet eam ad exercitium. Sed aliquid exterius est hujus ■modi, sc. Deus. Igitur etc...* Et inveniuntur adhuc plures his propositionibus similes. Ergo falso imputatur Capreolo Molinismus... Et idem tradit Capreolus *//. Sent.* «list. 29. <[. 1. a. 1. ubi sic ait : *Quod est in potentia ad opposita, indiget speciali motione exterioris principii ad hoc. quod tendat determinate in alterum illorum. Sed liberum arbitrium est hujusmodi. Igitur...* Num Molinista hoc modo loquitur? Sincere fatemur eum, qui voluntatem indigere docet

speciali motione, exterioris principii ad hoc, quod tendat *determi'nate in alterum illorum,* Thomistam esse et non Molinisf.a in ; docet enim voluntatem praedeterm i nari ad actum determinatum. » (p. 161 et 163.)

4° « Capreolus igitur docet praedeterminationem physicam. */lenricus et Scotus* (et idem forsitan diceret Capreolus de Molinistis) *decepti sunt in hoc, quod putaverunt liberum arbitrium ei voluntatem, univoce dici de Deo et creaturis, ei quod tanta libertas inesset voluntati, creatae sicut increatae, ita. quod, sicut divina voluntas a nulla priori voluntate determinatur aut necessitatur aut movetur ad actum suum, ita nec voluntas creata quod falsum esi. ut putet inspiciendo praedicta.* Ergo eum. qui vult stare cum Capreolo nec non cum S. Thoma, Thomismum amplecti oportebit. » (p. 170.)

5" « Hoc igitur modo solvit Capreolus objectiones Scoti, semper urgendo efficaciam divinae voluntatis, qua sola Themistae solent solvere argumenta similia illis, quae Scotus movet. Sed non est necesse repetere ea omnia, quae ex Capreolo jam didicimus circa libertatem voluntatis et motionem Dei. » (p. 176. i

6° « *Unde tota probatio Scoti* (el idem dic de, Molinistieis impugnationibus, quae coincidunt cum argumentis Scoti/ *est sophistica,* secundum mentem Capreoli. Capreolus igitur, celebris et perspicax S. Thomae interpres, jam clare tradit, sensum compositum et divisum in sensu modernorum Thomistarum. Ergo falluntur omnes Molinistae, qui sensum istum compositum et divisum, nec non ipsam doctrinam praedeterminationis physicae, quasi a *BaUezio* prima vico ac de novo fictam et introductam clamare non desinunt. Verba enim Capreoli citra omne dubium constituunt *historicum argumentum,* quod doctrina praedeterminationis physicae a S. Thoma, exinde ad Banezii usque tempora tradita ac continuo fluxu in schola Thomistica ut patrimonium S. Tbomae conservata fuerit... Nostram interpretationem autem consonare verbis Principis Thomistarum, invicto demonstrant etiam ea, quae ipse paulo infra dicit in

solutione argumenti Henrici, quod coincidit cum argumento quarto Scoti. Henricus. siquidem, eandem Thomistarum positionem aggreditur ac Scotus. Porro notandum, quod argumentum Henrici omnino accedit ad argumentum quo Molinistae praedeterminationem physicam Thomistarum impugnant. » (p. 179.)

7° « In *II. Sent.* dist. 37. q. I. Princeps Thomistarum expresse inquirit : *Utrum actus peccati sil a Deo.* Verbis inspectis, quae Capreolus in hac distinctione profert et in corpore articuli et praesertim in responsione ad varias difficultates similes omnino iliis, quas Molinistae contra Thomistes movent, dicendum est Capreolum docere praedelerminationem physicam : unde iterum *Bahezii doctrina* tamquam *genuina interpretatio* S. Thomae apparet, cum Capreolus non nisi S. Thomam explicet. » (p. 204.)

8° « Ex praedictis igitur, quae clare reddunt mentem principis Thomistarum, unusquisque, in systemate Thomismi aliquo modo versatus, debet ultro concludere Thomistes modernos nihil aliud docere nisi quod jam Capreolus docuit saeculo decimo quinto; docuit, impiam, jam prius quam *Molina* aliique Patres Societatis Jesu castra movebant contra *Banez* aliosque Patres Ordinis Praedicatorum. Illud idem, inquam, docuit Capreolus, hdelis S. Tbomae interpres, quod deinde a Molinistis tamquam doctrinae S. Thomae contrarium impugnatum est. Sed contra facta historica non valel illatio. » (p. 211.)

9° « Quibus omnibus perpensis, quae in decursu hujus tertii articuli praemissarum instar evoluta sunt, inquirenti, quid de influxu Dei in actus humanae voluntatis doceat Capreolus, non nisi haec dari potest legitima responsio : Capreolus docet praedeterminationem physicam. Et. si inspiciuntur ea, quae in prima parte nostri opusculi de sententia modernorum Thomistarum tradidimus, jure potest Capreolo vindicari titulus *Princeps Thomistarum,* cum ipse, jam prius, quam adhuc nota erant nomina *Thomista* et *Molinista,* illud idem docuerit, quod nunc a modernis Thomistis docetur. » (p. 216)

10° « Ex hoc testimonio (I. *Sent.* dist. 45. q. 1. a. 2.) statim

licet concludere : *En! Capreolus cum S. Thoma defendit decreta praedeterminantia!* Loquitur enim Capreolus cum S. Thoma semper, quod Deus omnia vult fleri, et necessaria ‹›l contingentia. Et. divina voluntas est efficacissima, ut non solum fiant simpliciter quae fleri vult, sed ut flant eo modo quo vult. Efficacia divina attingit itaque et *modum* eorum quae fiunt, quod nihil aliud est nisi dicere : Deus physice per decreta praedeterminat omnia, etiam contingentia, utique, *per modum liberi.* » (p. 184.)

11° « Ergo infallibilitas divinae cognitionis quoad eventus 1'uturibiles, secundum Capreoli doctrinam, a decretis divinae voluntatis derivatur. » (p. 232.)

12° « Concedit ergo Capreolus, quod Deus per illud speciale auxilium, per gratiam sc. actualem, immediate actum efficiat, et hoc modo etiam in ordine supernatural! *evidenter excluditur concursus simultaneus,* cujus specialis patronus, sc. Suarezius, propterea non potest amplius admitti ut fidelis S. Thomae interpres. » (p. 251.)

13° « Conclusio autem ex praedictis in hoc articulo non potest esse alia nisi haec : *Capreoli doctrina etiam quoad gratiam efficacem non differt a doctrina modernorum· Thomistarum.* » (p. 259.)

14° « Ergo : *Notio praedestinationis a Capreolo propugnata Thomisticum sensum exhibet,* nec alius sensus exspectari potest ab eo, qui praedeterminalionem physicam docet. » (p. 271.)

15° « Haec omnia, quae modo ex testimoniis Capreoli quoad notionem reprobationis eruimus, *Thomistae* docent, ni fallimur, non vero *Molinistae.* Unde etiam ex notione reprobationis a Principe Thomistarum tradita, sequitur illud idem, quod jam toties concludere debuimur, sc. : *Capreoli doctrina genuina est cum doctrina modernorum Thomistarum,* qui igitur injuria contra aperta argumenta historica *Baneziani* nuncupantur, quasi eorum doctrina a Banezio prima vice ficta et introducta fuisset. » (p. 280.)

16° « Ergo non potest amplius dubitari, quin Capreolus infallibilitatem divinae scientiae quoad effectus praedestina-

tionis refundat in divina decreta. Infallibiliter eveniunt effectus praedestinationis, quia ita Deus disponit, ita ordinat, ita vult. » (p. 283.)

17° « Inspecta enim et perpensa doctrina, quam Princeps Thomistarum in suis praeclaris libris Sententiarum tradit, sequitur : *Doctrinam Capreoli de influxu Dei in actus roluntatis humanae, a nobis collatum et discussam secundum principia Thomismi et Molinismi, esse. eandem.quam Themistae moderni tenent.* Ergo Capreolus est Thomista, non autem Molinista... Neque quisquam nostram conclusionem praejudiciis obnoxiam esse, affirmabit, si considerat nos. uti ex prima parte hujus opusculi apparet, in schola Molinistica formatos, quaestionem solvendam agresses esse. *Unice coacti vi testimoniorum Capreoli* non potuimus aliam conclusionem eruere nisi hanc, videlicet. Capreolum esse Themistam. Et ideo, eum constet Capreolum esse fidelem interpretem doctrinae S. Thomae, neque S. Thomam a patronis Molinismi allegari posse concedendum erit. Ac proin, si quis sequi vult S. Thomam, nec non l-T. Capreolum, *Thomismum* amplecti oportebit. Item, si quis ea, quae in loto nostro opusculo praemissarum instar contenta sunt, veritati correspondes concedit, statim concédai oportet Molinam de novo introduxisse doctrinam illam, cui a Molina Molinismi nomen impositum est; Bafiezii doctrinam vero eandem doctrinam esse quam jam prius Capreolus ner non S. Thomas suam fecerunt. » (p. 294 et 295.)

Corollaria. — Patet ergo ex supra dictis : l *Hahezianismum* esse veram Comoediam a Molinistis adinventam, et ab aliis, quorum infinitus est numerus, candido creditam. 2° Jure merito *Cardinalem Gonzalez* scripsisse., quod, qui non verentur asserere D. Thomam solum concursum simultaneum, non vero physicam praemotionem, amplecti, *lucem in tenebras vertere* conantur. (Vide supra cap. 5. pag. 162 in nota.) 3° *Dr Joannem Ude,* cui ex corde gratulamur, vere dignum esse laude ; quia veritatem, quam sincere quaerebat, eum invenisset, eadem quoque sinceritate manifestavit. Unde,

cum veritatem in injustitia detinere noluisset, idcirco non soli sibi laboravit, sed omnibus exquirentibus veritatem.

Illud, praeterea, est valde notandum, quod Dr Ude, clarissimum Gregorianae Universitatis ornamentum, inter opera Capreoli legenda atque examinanda, etiam feliciter introspi eere assecutus est, quomodo inter se ad invicem necessario connectantur doctrina de physica praemotione ac doctrina de reali distinctione essentiae et existentiae in creaturis. Observa! namque haec, dum verba Capreoli alfert, scribens p. 11R supra citati libri : « Propterea dicit Capreolus *II. Sent.* dist. 25. q. 1. a. 3. : *Henricus et Scotus decepti sunt in hoc, quod putaverunt liberum arbitrium et voluntatem univoce dici de Deo et creaturis, et quod tanta libertas inesset voluntati creatae sicut increatae; ita quod sicut divina voluntas a nulla priori voluntate determinatur aut necessitatur aut movetur ad actum suum, ita nec voluntas creata, quod falsum est. Omnis enim effectus creaturae aliquam necessitatem habet saltem ex suppositione prioris causae.* Defendit Scotus realcni identitatem essentiae et existentiae, et consequenter negat illam virtutem instrumentaient qua sola secundum S. Thomam creaturae attingunt *esse,* el dicit causas secundas ex propriis attingere lotum effectum. » Ha sane est; ex negatione enim realis compositionis inter essentiam et esse in creatis, procedit consequenter negatio physicae praemotionis ; atque controversia de influxu causae primae in causas secundas resolvitur denique in veritatem fundamentalem philosophiae Christianae, nempe : *Solus Deus est suum esse; in omnibus autem aliis differt essentia rei et esse ejus* [1].

[1] Vide *Part. Secund,* cap. 10. Cum jam *Baneziana Comoedia* suum videatur cognovisse occasum, aliam novam moliri conantur Molinistae, quae quidem denominari potest *Comoedia Aegidiana.* Juxta Bafiezianam Comoediam, Sancti Thomae schola divisa est in duas partes, quarum altera remansit fidelis Angelici Doctoris doctrinis; altera vero, duce Bafiez, per alienas aberravit vias et a D. Thomae vestigiis discessit. Juxta novissimam autem *Comoediam* a Molinistis inchoatam. D. Thomae schola jam non dividitur in duas

partes, sed tota simul et in cumulo pergit ac currit post *Aegidium Romanum.,* seu *Colonnam,* qui fuit primus inventor *realis distinctionis* inter essentiam et existentiam in rebus creatis, sicut Dominicus Bafiez fuerat primus inventor *physicae praemotionis.* In *Baneziana* Comoedia adhuc relinquebantur, tamquam veri discipuli D. Thomae, Capreolus, Ferrariensis, et Ca.jetanus, et alii cum eis plures ; in Comoedia vero *Aegidiana.* etiam veteres Dominicani a solida D. Thomae doctrina recedunt, et universa schola fecit naufragium. Unde *Comoedia Aegidiana* est *vera Tragoedia,* in qua *ruit alto a culmine Troja ;* nec contemplari animo relinquitur nisi *campos ubi Troja fuit. !...* Auctor porro hujus tantae ruinae atque ingentis casus habetur P. Josephus M. Picoikelij S. J., qui in opere cui titulus : « *Disquisitio metaphysica, theologica, critica de distinctione actuala inter essentiam cuistentiamque creati entis intercedente, ac praecipue de mente* A*ngelici Doctoris circa eandem quaestionem. Neapoli 1906»,* insuniit-121 paginas, intendens probare metaphysice, theologice et critice, quod :

lo Quotiescumque D. Thomas altlrmat conceptis verbis 1 in substantiis creatis, etiam spiritualibus :«)dan *compositionem realem* essentiae et esse ; *b)* actum esseudi differre *re* et secundum *rem* ab eo quod est; c) substantiam et actum substanliuc esse *duo;* oportet semper intelligere et legere compositionem dumtaxat logicam, distinctionem tantummodo rationis; el ideo substantia et *esse,* actus substantiae, rcaliter identifleantur in creatis. *Piccirelli diatit!*

2» Interpretari septem illa argumenta ex cap. 52. *//. C. Oeni,* in sensu realis identitatis esse et essentiae in Deo, et realis distinctionis in omnibus praeter Deum : ‹ Hac ratione (inquit I' 1'iccirelli) D. Thomas non illustratur, sed pervertitur; veritas autem non constabilitur, sed sophismatibus veris adversariorum telis obnoxia fit et, ut minus apte sarcinata, mole ruere sua cogitur quodammodo. » Nolit P. Piccirelli dolere et flere super D. Thomam et super ejus *Summam Theologicam :* sed doleat potius et fleat, super P. Franciscum Suarez et super ejus *Disputationes melaphysicas !*

’ Vide opus nostrum *De Veritate fundamentali Philosophiae Christianae* lib. II. cap. 2. : « Aperta D. Thomae mens atque sententia circii realem *esse* et *essentiae* in omnibus rebus creatis distinctionem. » Et Cabiunai.ih Gonzalez in opere cui titulus : *Estudios sobre la filosdfia de Santo Tomâs* lib. 2. cap. 6. ita loquitur : « Me permitirè observar para nquelloe lectores que tengan de la doctrina Slosôfica de Santo Tomâs un concepto digno de su profundidad y solidez, quae éste es *uno de los puntos capitales* de su elevada filosôfia. En todas partes, en cien lugares do huh obras, establece *explicitamente, con toda la claridad,* que desearso puede *la distincion real* entre la esèneia y la existencia de las criaturas, mirando siempre la identificacion entre estas dos cosas, como un atributo particular de la Divinidad, y parece que se complace en dilucidar esta cuestion interesante. » Ex his judica *Disquisitionem* P. Piccirelli.

3® Omnes proinde, qui ita interpretantur argumenta illa, et laudant ac magnifaciunt doctrinam D. Thomae circa hanc materiam, atque existimant illam *fundamentalem* esse in Christiana philosophia, ut Pallavicini, Maurus, Alamannus, Liberatore, Cornoldi, Remer, de Maria, et P. Billot, omnes e Societate Jesu : omnes, inquam, hi ‹ *ridicule prorsus de reali identitate* » (in Deo) et *de reali distinctione* (in creatis) *argumenta intellexerunt,* et *D. Thomam hac in re non illustrarunt, sed perverterunt :* si fldes danda est P. Piccirelli.

4» Ad capiendam radicitus mentem D. Thomae circa hanc altissimam quaestionem philosophiae primae « *utiliter* (ait P. Piccirelli) legi possunt P. Urraburu, P. Limbourg, P. Felchlin, P. Noldin, P. Frick »'. ! Huic namque Molinistarum gregi inest *gratia gratis data* ad talem quaestionem dilucidandam ! Et tamen verum est, quod P. Urraburu utiliter legi potest; nam ex ore P. Urraburu audiet et addiscet lector istam sinceram confessionem : 1« « Realis distinctio inter essentiam et existentiam est cardo et fundamentum saltem maximae partis doctrinae S. Thomae. » 2» Quod « verum sit S. Thomam saepe hac uti doctrina ad multas alias fulciendas sententias ›. Haec P. Urraburu *Ontolog.* disp. 4. cap. 1. a. 3. Objic. 9. Unde P. Urraburu non audet negare quod P. Piccirelli negat, in vanum laborando et sudando per totam suam criticam dissertationem.

5° Universa schola Thomistica, a Capreolo qui Princeps Thomistarum salutatur, et aFerrariensi qui commentaria scripsit in *Summam C. Gent.,* et a Cajetano qui commentaria scripsit in *Summam Theologicam* et in opusculum *De Ente* et *Essentia,* usque ad Dominicum Bafiez et Joannem a St. Thoma, qui hanc profundam quaestionem illustrarunt, usque ad Cardinalem Zigliara, et usque ad Cardinalem Gonzalez, qui hanc thesim *veritatem fundamentalem* philosophiae Christianae appellavit et veluti talem ab Angelico Doctore constanter esse propugnatam atque magnifice dilucidatam alta voce proclamat : omnes isti simul *arbitrarie D. Thomam interpretati sunt et D Thomam perverterunt.* Et auribus percipe, lector ! « Fr. dei Prado praedecessorum hac in re confusiones aequivocationesque continuat et quadantenus auget! ! » Valde nobis grata perfectaque laus ex ore P. Piccirelli; etenim, confusiones et aequivocationes Cajetani et Ferrariensis, aliorumque meorum hac in re praedecessorum, continuare et, quod plus est, augere, idem sonat ac « propagare auream Sancti Thomae sapientiam » atque ‹ doctrinam Thomae Aquinatis in discipulorum animos insinuare, ejusque prae ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponere» : ut Leo XIII. in Encycl. *Aeterni Patris* omnes enixe hortatur, et statuit ut hoc ab omnibus flat, P. Piccirelli non excepto.

6» De Cajetano et de Ferrariensi scripsit Leo XIII. in *Litteris ad*

Em. Cardinalem de Luca (15. Oct. 1879) in quibus agit de nova operum S. Thomae editione : ‹ (.'onjunctim vero (inquit) edenda curabimus clarissimorum ejus interpretum, ut Thomae de Vio Cardinalis Cajetani et Ferrariensis lucubrationes, per quos tamquam per uberes rivulos tanti viri doctrina decurrit. » Nunc vero P. Piccirelli, ut obediat Leoni XIII. et ut sinceram tradat D. Thomae doctrinam, scribit ex professo longissimam disquisitionem ad lucubrationes Cajetani et Ferrariensis circa quaestionem *De Ente et Essentia* refutandas ! ‹ Quem laborem (nit P. Piccirelli in prologo suae *Disquisit.)* eo libentiori inimus animo, ut Pastori Summo geramus morem hortato : *Ne autem supposita pro vera, neu corrupta pro sincera bibatur, providete, ut sapientia Thomae e.r ipsis 'jus fontibus hauriatur* (Enc. *Aeterni Patris).* » Haec P. Piccirelli. Sed Leo XIII. adjungit : « Aut saltem ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere certa et concors doctorum hominum sententia est ; sed ab iis, qui exinde fluxisse dicuntur, re autem alienis et non salubribus aquis creverunt, adolescentium animos arcendos curate. » Qui sunt ergo, P. Piccirelli, *ii rivi,* ab ipso fonte deducti, adhuc integri et illimes decurrentes, nisi Cajetanus et Ferrariensis, *mei hac in re praedecessores,* « per quos (ait Pastor Summus, cui P. Piccirelli gerere morem desiderat) tamipiam per uberes rivulos tanti viri (D. Thomae) doctrina decurrit »? Si quod adhuc remaneat dubium, attentius legat P. Piccirelli Apostolicas Litteras Leonis XIII. quae incipiunt : *Gravissime Nos.*

1° Uno verbo : P. Piccirelli sudavit et alsit, insumendo et scribendo 124 longas latasque paginas, ad negandum vel in dubium revocandum Angelicum Doctorem docuisse realem distinctionem inter essentiam et existentiam in creaturis. Attamen, me et Cajetano et omnibus meis hac in re praedecessoribus tacentibus, nobilis e Societate Jesu scriptor clamat et sic clamando P. Piccirelli respondet : « Quod existentiam in creaturis re distinguat (!> Thomas) ab essentia, id vel negare vel in dubium revocaro, est hominis impudentis vel in ejus doctrina peregrini. » (Tiphanus *De hypost.* cap. 6. — Vide de Maria *Philosoph. Prima seu Ontolog.* part. 2. q. I. a. 3. Scholion.)

Oh curas hominum, quantum est in rebus inane

CAPUT DUODECIMUM

Utrum detur via media inter Molinam et D. Thomam seu inter scientiam inediam et physicam praemotionem.

I

Philosophi et Theologi mediam viam quaerentes inter scientiam mediam et physicam praemotionem, et nondum illam adinvenientes.

Leibnitius. — Leibnitius enim in *Praefatione ad tentamina theodiceae* ita scribit : « Necesse non est cum recentioribus quibusdam Thomistis ad novam aliquam praedeterminationem immediatam Dei recurrere, quae creaturam liberam ab indifferentia sua extrahat, et ad aliquod Dei decretum praedeterminandi eam confugere, quod Deo modum subministret cognoscendi, quid illa factura sit : sufficit enim creaturam praedeterminari per statum suum praecedentem, qui illam ad hanc potius partem quam aliam inclinet; omnesque hi nexus actionum creaturae omniumque creaturarum repraesentabantur in intellectu divino et cognoscebantur a Deo per *scientiam simplicis intelligentiae,* antequam illis existentiam dare decrevisset. Ex quo patet, ad reddendam praescientiae Dei rationem, careri posse tam *scientia media* Molinistarum, quam *ea praedeterniinatione* quam Banezius et Alvarez (auctores alias profundissimi) docuerunt. »

Campanella. — *De praedest. et elect, et reprob.* cap. 5. a. 3. : « Ergo nec decretum nec scientia media sunt ad rem

(ad cognoscenda futura contingentia). At si ex sola coexistentia, et non ex decreto nec ex serie, damus Deo certitudinem scientiae futurorum, sicut l'acil S. Thomas et Capreolus, Princeps Thomistarum, in I. dist. 38. q. 1. a. 2., omnia recte procedunt... Sed quaeritur, quomodo Deus novit *eocistentias* ante decretum et in productione Verbi, cum Cajetanus et alii dicant sola scientia simplicis intelligentiae? Responsio : Quod *scientia simplicis intelligentiae* noscuntur *actualia e.t possibilia,* et quod *Éœistenliae* sint *aliquae quidditates,* quas Deus praenoscit; alias proficeret in scientia ex productione Verbi et rerum. »

Satolli. — *Praelect. theol. De gratia Christi. prooemio,* sic alloquitur : « Forsitan brevi post tempore tam diuturnae dissensiones conticescent : si ex una parte theologi admittant Deum a se et in se omnia scire, etiam singulos motus voluntatis, quatenus eorundem singulorum est causa prima ut sint et liberi exerantur a voluntate humana, propter influxum intrinsecum Dei coopérantes; si ex altera parte theologi dimittant praemotionem eo sensu, quod afficiat qualitate praevia nostram voluntatem. Silentibus et in praeteritum consepultis *scientia media* et *praemotione* (non lam dico verba, quam significata prout hucusque, mentes diviserant), Ecclesia novum triumphum aget pro S. Thomae doctrina undique restituta, totoque scholarum orbe in pace composito. Gfr. Opusculum praeclarissimum Emmi. Pecci : *Sentenza di S. Tommaso circa Vinfiusso di Dio suile azioni delle creature ragionevoli e sulla scienza media.* « Haec Cardinalis Satolli.

Paquet.— Paquet *Disp. theol. De Deo uno.* disp. 6. q. 1. a. 5. sic ait : « Hanc genuini Thomismi catenam, extremarum sententiarum vi longius interruptam (omitto systemata Bellarmini, Thomassini, aliorumque praesertim Augustiniensium plus minusve ad veritatem accedentia) resumpserunt aetate nostra clarissimi viri Pecci, Leonis XIII. frater, Satolli et Lorenzelli. de rebus Thomisticis lam bene meriti. Historia

constat, per Irium jam saeculorum spatium adversas scholas. Mol i nisi icam et Barïezianam, neglectis Cajetani Commentariis qui earum ortum antecesserat, sub eodem D. Thomae et SS. Litterarum invocato suffragio acriter inter se decertasse. Nonne id nobis convincens argumentum praebet, neque in una neque in altera extrema hypolhesi, sed in *media via* veritatem morari? »

Janssens. — *Praelect. de Deo uno,* tom. II. *Prolog,* sic scribit : « Opinamur et nos *scientiam, mediam* demonstrari non posse; immo inanitatem ejus a Thomistis victoriosissime demonstrari. Sed simul *systema Banezianum,* praesertim ubi agitur de malo, Molinistarum telis efficaciter impugnari ; immo, in hac ipsa vulnerabili parte a genuinaS. Thomae sen-Ientia per excessum declinare persuasum habemus L Ex dictis tiro lectorve jam conjiciat, qua ratione incedere intendamus. Ipsum Aquinatem prae oculis habentes, magnumque ejus antesignanum Hipponensem, liberrimo animo doctrinam utriusque perscrutabimur, ea quidem mente, ut, saeculari liti extranei, de rigore triti dilemmatis non nihil remittamus. *Mediam quandam viam* egregii Thomistae hujus aetatis fructuose ingressi sunt, inter quos eminent sane Cardinales *Pecci* et *Satolli,* nec non Cl. *Paquet.* Cum ipsis ostendere lentabimus doctrinam S. Thomae distare quidem longe a Molinismo, at insimul, Thomistas quosdam ultra Magistri

1 Cum P. Janssens attentius legat diversa loca, in quibus D. Thomas agit de *malo morali,* persuasum habebit D. Thomam. ac perinde Thomistas, Molinistarum telis efficaciter minime impugnari ; et per viam concursus simultanei hanc difficultatem nullo modo solvi, sed augeri; atque in ipsummet Calvini errorem, quem fugere Molinistae desiderant, ipsos incidere : ut ex dictis cap. 8. jam patet. Verum ipsemet P. Janssens alio in loco scribit : *Ultro concedimus Thomisticum systema aliquid praeseferre sublimioris. Fatemur quoque id tam ingeniosa terminologia scholastica esse instructum, ut quasi impossibile sit hominem Thomistico clypeo tectum efficaci telo vulnerare.* Haec recte dicta sunt. At sola terminologia, quantumvis ingeniosa, non sufficeret ad reddendum Thomistam invulnerabilem, nisi etiam simul scuto veritatis esset coopertus.

veritatisque limites in isto depellendo esse progressos. Quomodo autem hujusmodi *viam* invenire nobis videamur, ipsum non hujus modo tractatus, sed el sequentium tractatuum decursum, Deo dante, ostensurum esse confidimus. »

Divisio hujus capitis. — I'I ergo videre valeamus, utrum veritas illuminet hanc *mediani viam,* ita quod neque ad scientiam mediam neque ad physicam praemotionem opus sit recurrere, oportet ut consideremus :

1° Quomodo isti genuini Thomismi sedatores rejiciant scientiam mediam.

2° Quomodo rejiciant physicam praemotionem seu praedeterminationem.

3° Quomodo explicent influxum causae primae in causas secundas, etiam liberas.

4° Quid dicendum de theologis per hanc mediani viam iter facientibus.

5° Philosophi ac theologi mediam viam ingredienles inter scientiam mediam et physicam praemotionem, non valent gradi nisi declinando vel ad sinistram scientiae mediae vel ad dexteram physicae praemotionis.

II

Quomodo Satolli, Paquet, Pecci, Lorenzelli et Janssens rejiciant scientiam mediam.

§ 1

Satolli.

Argumenta. — *Praelect. de operat, dic.* disp. 2. lect. 3. scribit : « Ponuntur quinque argumenta, quae videntur procedere simul contra duo systemata scientiae mediae et praedeterminationis a Deo in voluntate pro singulis actibus ad ■agendum... Modo, saltem non sine dialectica veritatis ratione

nil modeste dicam) sunt contra utrumque argumenta, secundum plerasque rationes communis inconvenientiae, si referantur ml causalitatem divinae voluntatis, quam hucusque perspeximus. »

« *Ratio 1.* — Illa non est in ordine efficientium causa per se prima *contingentiae* in rebus, quae indiget aliqua Ibrmalitate praevia ac determinante ex parte secundorum agentium et ex parte effectus. Atqui systema scientiae mediae postulat *formalitatem* ex parte voluntatis ultimam, ad hoc ut Deus velit motum et effectum creaturae. Ergo secundum systema scientiae mediae detrahitur divinae voluntati ratio propria causae primae in motibus et actionibus contingentium. »

« *Ratio 2.* — Illa non est causa contingentiae *immediata* in rebus, quae nequit agere nisi praehabita dispositione subjecti, sub qua amplius non sit *contingens,* sed necessarium ex conditione. Atqui systema scientiae mediae consentit Deum non posse agere nisi pro illo momento, cum causa secunda non est possibilis contingenter se habere; quia jam consensus praehabetur. Ergo detrahitur *immediationi* divinae voluntatis in systemate scientiae mediae. »

« *Ratio 3.* — Illa non est causa prima *universalissima:* entis, quae indiget determinata dispositione instrumenti, ut agat sive ut effectum obtineat. Atqui divina voluntas juxta systema scientiae mediae opus habet determinata dispositione instrumenti, ponenda ab ipso instrumento tantum, ut obtineat motum contingentis causae seu effectum. Ergo systemate scientiae mediae imminuitur amplitudo causalitatis in voluntate divina. »

« *Ratio 4.* — Illa causa non movet causas secundas secundum *modum earum,* quae non agit nisi pro illo instanti efficientiae, sub quo simul effectus non sit contingens. Atqui systemati scientiae mediae concordat, quod divina voluntas non agit nisi pro illo instanti, sub quo jam non est modus contingentiae in causis secundis; agit enim, praesupposita sibi determinatione formaliter ultima ab ipsa causa secunda. Ergo divina voluntas non agit secundum modum proprium: uniuscujusque.'»

« *Ratio 5.* — Implicat contradictionem causam secundam se determinare sub influxu indifferenti causae primae. Atqui hoc asseritur a systemate Molinistico. Ergo in systemate Molinistico est implicatio contradictionis. »

Critica. — Haec igitur sunt quinque argumenta, quibus Satolli « non sine dialectica veritatis ratione » (ut ipse *modeste* dicit) contra scientiam mediam insurgit eamque rejicit. Verum est, quod scientia media aufert a divina voluntate in motibus et actionibus creaturae rationalis : I" *rationem propriam* causae primae ; 2" *immediationem* in agendo immediatione virtutis ; 3° rationem propriam causae ■*universalissimae* entis; 4° *amplitudinem* causalilatis in voluntate divina. Quae quidem omnia ad unum reducuntur, videlicet : ad rationem propriam primae causae efficientis. Atque in hoc non videtur esse neganda « dialectica veritatis ratio », quam Satolli modeste dicit in suis argumentis contineri. Attamen « dialectica haec veritatis ratio » non satis apparet in 4. et 5. ratione, nisi praesupponatur verum physicae prae motionis systema, juxta quod : *a)* modus camam secundae in movendo et agendo sua propria virtute, requirit ul prius, prioritate ordinis et causalitatis, *moveatur* et *agatur* a causa prima, a qua causae secundae accipiunt complementum propriae virtutis; *b)* atque ideo juxta idem systema implicat contradictionem causam secundam se determinari' sub indifferenti influxu causae primae. At certe non video, qua dialectica ratione Satolli, physicam praemotionem rejiciens, praesertim in ratione 5., inveniat contradictionem. Nam si influxus causae primae in secundam non est *indifferens,* ul vult Molina, tunc oportet qtiod sit *determinans,* ut vult Bnfiez '.

Sed quidquid sit de « dialectica veritatis ratione » quinque argumentorum, in hoc loco Satolli rejicit *scientiam mediam.* At infra, disp. 6. lect. 2. asserit cum Bellarmino : I" « Inilu-

1 Satolli, disp. 5. lect. 6. loquitur de quadam determinatione indeterminante : ‹ *Determinatio indeterminans* ad bonum universaliter. › Qui potest capere, capiat !

xuiri Dei. sive naturalem sive supernaturalem, quantumvis intrinsecum el efficacem dicant (Bafieziani), non esse physicum praemotionem seu praedeterminationem. » 2° « Deum 1'uliiras actiones liberas non videre nisi in humana voluntate sub influxu suae cooperationis... Deinde, non esset mirabile Deum omnia praenoscere, si omnia praedeterminaret. » 3° « Itaque, cum eodem controversistarum Magistro (Bellarmino) concludimus, quod Deus, quia perfecte cognoscit omnes propensiones et lotum ingenium animi nostri, et rursum non ignorat omnia quae illis possunt occurrere in singulis deliberationibus; et denique perspectum habet quid magis congruum et aptum sit, ut moveat talem animum tali propensione et ingenio praeditum, si ipse ad agendum *confluat:* infallibiliter contuetur in seipso quam ad partem sit animus inclinaturus sub tali ac tali intentione ipsius cooperationis intrinsecae, vel naturalis vel supernaturalis. »

Unde Satolli disp. 2. lect. 3. rejicit *scientiam mediam* tamquam absurdam et inconvenientiis plenam; et disp. 6. lect. 2. miratur *illam scientiam mirabilem,* qua juxta Bellarminum *IV. De grat. et lib. arb.* cap. 15. : « Deus futuras actiones liberas non videt nisi in humana voluntate... Et Deus ab aeterno determinavit omnes effectus, sed non ante praevisionem determinationis causarum secundarum, praesertim contingentium et liberarum. » In quo ergo differt scientia media Molinae a scientia media Beliarmini ?

§ 2

Paquet, Pecci et Lorenzelli.

Paquet. — *De Deo uno* disp. 4. 'q. 1. a. 7. ponit hanc conclusionem : « Conveniens divisio est scientiae divinae in scientiam visionis et simplicis intelligentiae, quin locus detur *tertiae,* quam vocant scientiam mediam... Impugnatur scientia media » : *a)* Quia « divisio scientiae divinae in scientiam visionis et simplicis intelligentiae certe est adaequata... » *b)* Quia « scientia media, qualis ab adversariis ponitur, *objecto* caret : ideoque in impossibile impingit !... Porro.

ante omnem divinae voluntatis dispositionem circa contingentia, nulla in his determinatio, ex qua determinata veritas consurgat, haberi potest, neque ex *causis* nec ex *essentia.* divina, quae antecedenter ad omnem actum divinae voluntatis nihil de liberis et contingentibus determinate repraesentat, nec ipsis *futuribilibus.* quippe quae nondum sunt nec esse possunt sine Dei cooperatione. » Et deinde ex inconvenientiis. *c')* « Namque : 1° *Casu* quodammodo accideret, respectu divinae scientiae, ut in futuris condilionalibus una pars contradictionis prae alia determinate a Deo cognosceretur. 2« Insuper, divina mens, quidquid adversarii ad hanc eludendam consequentiam praetexant, realiter *penderet* ab aliquo vero, non a se, sed ab extranea potestate constituto : quae sane perfectioni supremi et actualissimi intellectus repugnant. 3° Hypothesis scientiae mediae *falso supposito* innititur, nempe, quod Deus seu Dei scientia el voluntas non sil prima efflcacissima ratio contingentiae rerum el liberorum actuum : quae positio, quam aliena sil Ium a I). Thomae doctrina tum ab ipsa Dei veritate, suo infra loco demonstrate nos posse firmiter confidimus. » *d)* « Scientia minime probata fuit illustrioribus Ecclesiae Doctoribus... »

Lorenzelli. — *Metaph. special,* pars. 2. led. I. *De scientia Dei,* p. 483 ait : « Quia inter *esse creatum* el *esse divinum* in se et in sua imitabilitate intellectum, nihil esse potest *medium;* propterea videtur non ponenda quaedam scientia Dei *media* inter duas praedictas, [scientiam simplicis intelligentiae et visionis]; cujus objectum sit illud possibile, quod, facta quadam conditione, reduceretur ad *esse,* quodque dicitur *futuribile,* aut cujus objectum sit aliquid a divina essentia distinctum, saltem in ordine logico, qualis esset connexio logica inter conditionem et conditionatum. Nam et omnis logica relatio comprehenditur in infinita imitabilitate primae summaeque veritatis, quae est ipse Deus. Attamen, scientia media non hoc sensu omittitur, quasi Deus ignoret futuribilia: Deus enim omnia et singula *futuribilia* noscit per scientiam simplicis intelligentiae, qua cognoscit omnia

possibilia; e| ideo *possibilem* actum creaturae liberae, possibilem conditionem in qua actus exerceretur, possibilem collationem omnium auxiliorum divinorum quibus creatura indigeret, possibilem usum salutarem eorum ex parte creaturae : universim omnes possibilitates, quae coord inarentur a<l quandam aliam possibilitatem, Deus certissime noscit. Omittitur ergo scienlia media, eo quod conditio definitiva objecti sui eadem cum conditione propria objecti scientiae simplicis intelligentiae. Ceterum, si per scientiam mediam nihil aliud intelligalur quam divina notitia futuribilium, profecto nullum inconveniens sequitur ex ejusmodi positione. »

Pecci. — Ln suo namque opusculo : S. *Tommaso circa l'influsso divino e la scienza mezza,* pari. 2. etiam : 1° quaerit de *scientia media* inter scientiam visionis et simplicis intelligentiae. Deinde concludit sic : 2" « Deus cognoscit *futura conditionata, scientia simplicis intelligentiae,* sicut cognoscit cetera possibilia; quia futura conditionata pertinent ad ordinem possibilium, non ad ordinem actualium seu existenlium. » 3° « Scientiam autem simplicis intelligentiae, qua Deus cognoscit futura conditionata, fundari supra scientiam visionis, qua Deus necessario cognoscit seipsum, ut actum purum. »

Critica. — 1" Scienlia, quae dicitur *media* et de <]ua con- J l.rovertitur inter Molinam et discipulos D. Thomae, ponenda est *media,* non quidem inter scientiam visionis et scientiam simplicis intelligentiae, sed inter scientiam Dei necessariam et liberam. Ita Molina in libro *Concord.:* ita Lemos in *Congreg. de Auxiliis.* Vide supra cap. 5. p. 121.

2° Nec Pecci nec Lorenzelli resolvunt aliquid in quaestione iiac. Lorenzelli quidem; quia aliud est *ratio* futuribilis et aliud *ratio* possibilis; unde non sufficit cognoscere omnia et singula possibilia ad hoc quod exinde habeatur jam cognitio futuribilium. Pecci autem ; quia non determinat, utrum Deus cognoscat futura conditionata ante vel post actum liberum divinae voluntatis ; et in hoc praecise stat minctum controversiae.

3° Unde Lorenzelli confundere videtur cognitionem possibilium quae necessario antecedit omnem actum liberae Dei voluntatis, cum cognitione futuribilium quae, si antecedit, habebitur scientia media; si vero consequitur, eo ipso scientia media repellitur. Pecci materiale vocabulum scientiae mediae desiderat vitare; sed id quod est formale, el de quo agitur inter scholam D. Thomae el scholam Molinae, magis quam negare, videtur tradere et affirmare, sicut verus Molinista.

4° Solus Paquet, licet non recte procedat ponendo scientiam mediam inter scientiam visionis el simplicis intelligentiae, tamen in impugnatione scientiae mediae tangit radicem -quaestionis, et vere scientiam mediam saltem in hoc loco rejicit.

§ »

P. Janssens.

De scientia media diss. 1. ait in 4. conci. : .. Cognitio futuribilium ope scientiae mediae Molinislarum solido caret fundamento. Haec autem ipsa scientia prorsus llrtilia videtur et genuinis principiis S. Thomae adversa... Cum ergo ex una parte scientia media caret *ratione, sua propria,* quia Deus est omnium rerum causa et molor, etiam libere fulu rorum: ex alia parte desit *medium,* juxta principia Molini stica, ad certam scientiam futurorum conditionale liberorum : haec scientia dicenda est inutilis, imino ad hominem arguo impossibilis. Quo magis ergo Molinistae recedunt a principio Thomistarum, liberasque electiones voluntatis a praemotione Dei eximere contendunt, eo validius in proprio hupico capiuntur. » Et hoc et alia hujusmodi satis indicant P. Janssens scientiam mediam Molinae sine ambagibus rejicere.

Observatio. — Attamen antea el postea loquitur : *a)* de « *certitudine morali* », quam Dominus, sciens internam ■dispositionem Tyri et Sidonis ex una parti*, et ex altera magnam discrepantiam civitatum Gorozain et Bethsaidae. ex hac oppositione, de communi liberi arbitrii lege, haberet antiquos illos populos melius Evangelium fuisse accepturos;

b) <|p i< scientia quadam media, quae aliqua ratione teneri possit ·› et de. quibusdam aliis, quae pandere promittit I*. Janssens tunc, cum « rationem viae mediae inter Molinisimim el Banezianismum directius evolvet in dissert, adjecta a. 13. in q. *de praedestinatione,* ac maxime in tractatibus *de divina motione et gratia* ». Interim, oportet adhuc exspectare, quousque hujusmodi *via media* sit clare aperta, ut per eam possimus tuto pede ambulare.

III

Quomodo Satolli, Paquet, Lorenzelli, Pecci et Janssens rejiciant physicam praemotionem.

§ 1

Satolli.

Argumenta. — « *Ratio 1.* — Illa non est in ordine efficientium *causa per se prima* contingentiae in rebus, quae indiget aliqua formalitate praevia ac determinante ex parte secundorum agentium et ex parte effectus. Atqui systema praedeterminationis necessarium reputat a Deo solo induci formalitatem determinantem causae contingentis et liberae *ad hoc, ut Deus velit motum, et effectum creaturae.* Ergo secundum systema physicae praemotionis detrahitur divinae voluntati *ratio propria* causae primae in motibus et actionibus contingentiae.

« *Ratio 2.* — Illa non est *causa* contingentiae *immediata* in rebus, quae nequit agere nisi praehabita dispositione subjecti, sub qua amplius non sit contingens, sed necessarium ex conditione. Atqui systema physicae praemotionis consentit *Deum non posse* agere nisi pro *illo 'momento,* cum causa secunda non est possibilis *contingenter* se habere ; quia praecedit determinatio ad agendum. Ergo detrahitur *immediationi* divinae voluntatis a systemate physicae praemotionis. »

« *Ratio 3.* — Il Ia non est *causa prima universalissima* entis, quae indiget determinata dispositione instrumenti ut agat sive ut effectum obtineat. Atqui divina voluntas juxta systema physicae praemotionis *opus habet determinata dispositione* instrumenti, a se tantum praeinducta, *ut obtineat motum* contingentis causae sive effectum. Ergo systemate physicae praemotionis imminuitur *amplitudo* causalitatis in voluntate divina. »

« *Ratio 4.* — Illa causa non movet causas secundas *secun dum modum earum,* quae non agit nisi pro illo instanti efficientiae, sub quo simul effectus non sit *contingens.* Atqui systemati physicae praemotionis concordat, quod divina voluntas non agit nisi pro illo instanti, suti quo jam non est *modus contingentiae* in causis secundis; agit enim, praeinducta determinatione formaliler ultima. Ergo divina voluntas non agit *secundum modum proprium* uniuscujusque. »

« *Ratio 5.* — Implicat contradictionem, *determinari* cati sam secundam *ultima formalitate* ad agendum a causa extrinseca, et *seipsam determinare.* Atqui hoc asseritur a systemate Baneziano. Ergo in illo est implicatio contra dictionis. » Hactenus Satolli *De operat, die.* disp. I;. teri. 3.

Critica. — Videamus enim, quomodo « dialectica veritatis ratio » luceat in quinque argumentis praedictis :

Ad 1am rationem. — Ad *majorem :* Transeat. Ad *winoreni :* Negatur tamquam quid falso impositum systemati physicae praemotionis. Etenim : « ...ad hoc. ut Deus velit motum et effectum creaturae », systema physicae praemotionis sive determinationis non reputat necessarium nisi solummodo quod « Deus velit ». Deinde illa « *formalites determinans* causae contingentis et liberae », de qua eum tanta emphasi videtur Satolli loqui, nihil aliud est nisi *motus.* Unde ad hoc, quod Deus velit motum creaturae, sufficit quod Deus velit creaturam movere.

Ad 2am rationem.— Ad *majorem :* Transeat. Ad *minorem:* Negatur tamquam quid falso impositum systemati physicae

praemotionis. Juxta quod : 1° Deus potest agere in momento quod ipse voluerit; 2° dum Deus agit in causis secundis, determinat illas ad agendum ; 3° hujusmodi determinatio ad agendum *non praecedit* tempore actionem creaturae: 4° sed est complementum potentiae et initium ipsius creaturae actionis: 5° non tollit *libertatem·* nec *contingentium.* causarum secundarum, sed efficit ac perficit: 6° tollit dumtaxat *privationem,* actus, *conjungendo* potentiam operativam creaturae cum sua propria operatione, et causas secundas omnes cum suis propriis effectibus. In hoc consentit et consistit systema physicae praemotionis.

Ad 3am rationem. — Ad *majorem,* distinguo : Si agatur de *determinata dispositione* instrumenti, quam ipsamet causa prima universalissima entis non fecerit, tunc est vera. Si e contra, tunc est falsa. Et praeterea, modus loquendi magis proprius est pro sophismate conficiendo quam pro sincere argumentando; nam tunc non est causa prima quae, ut agat, *indiget* determinatione instrumenti : sed est instrumentum quod, ut effectum efficiat, *indiget* disponi ac determinari a causa prima. Ad *minorem :* Negatur tamquam quid falso impositum systemati physicae praemotionis. Ut enim Deus *obtineat* motum contingentis causae sive effectum, nullum opus habet nisi ut *volendo* moveat et efficiat. Deinde, aliud est *motus* causae secundae, et aliud causae secundae *effectus.* Motus namque causae secundae fit a *sola* causa prima ; et effectus secundae causae fit totus et totaliter ab utraque, aliter tamen et aliter, sicut D. Thomas docet passim et ubique.

Ad 4am rationem. — Ad *majorem :* Transeat. Ad *minorem* : Negatur tamquam quid falso impositum systemati physicae praemotionis. Secundum quod voluntas divina agit in instanti quo ipsa voluerit, et agendo et movendo praeinducit *determinationem formaliter ultimam :* quae quidem est ipsemet *motus* causae secundae, quo nihil tollitur de entitate et perfectione causae secundae nisi *sola* actus *privatio* vel sola effectus *carentia.*

Ad 5OW *rationem.* — Ad *majorem :* Si agatur de causa

'oxtrinseca creata, est *vera,* el vere implicat contradictionem. Si vero agatur de Deo, qui est : *a)* « causa efficiens per se prima » contingentiae et libertatis in rebus: *b)* « causa contingentiae immediata in rebus » immediatione virtutis; *c)* « causa prima universalissima entis » : tunc major est aliena a Christiana philosophia, el injuriosa ipsi Deo, enti per essentiam, a quo necesse est dicere omne ens, quod quocumque modo est, esse factum immediate immediatione virtutis. (I. q. 44. a. 1.) Ad *minorem :* « Atqui a systemate Baneziano asseritur : Causas secundas universas, etiam liberas et contingentes, determinari secundum ultimam for malitatem ad agendum a *causa extrinseca : a)* efficienti per se prima contingentiae et libertatis in rebus; *b)* efficienti immediata contingentiae et libertatis; *c)* efficienti universalissima entis. » Hoc quidem asseritur a systemate Bafieziano; in hoc profecto stat *essentia* Banezianismi.

Ad quid inde ? Ex eo praecise, quod per physicam praemotionem completur ac perficitur potentia operative creaturae et servatur ratio causae primae in I >eo, concludere ne licebit, quod secundum systema physicae praemotionis detrahitur divinae voluntati ratio propria causae primae et tollitur libertas causae secundae? En *dialecticam reritatis rationem,* qua Satolli procedit, armatus quinque argumentis, contra systema praedeterminationis !

§ 2

Paquet.

Argumenta. — Paquet *De Deo uno* disp. fi. q, I. a. 5. sic contra physicam praedeterminationem arguit :

Ratio 1. — « Aliunde vero centies repetit (D. Thomas) voluntatem a Deo *non determinari.* » El q. 14. a. 13. ad 3. negat ex Dei scientia liberorum actuum importari objective « aliquam dispositionem subjecto inhaerentem »; quia secus induceretur agendi necessitas. Quid clarius contra praemotionistas?

Ratio 2. — « Cajetanus in 1. q. 19. a. 8. : Dupliciter con-

lingit causam secundam moveri a prima : uno modo, *motionr praevia* propriae actioni, sicut baculus movet lapidem motus u manu ; alio modo, *motione cooperativa intrinsece* propriae actioni; quam distinctionem jam q. 14. a. 13. praeposuerat, d subdit hoc tantum, id est, causam primam intime cooperari electionibus et motibus contingentibus exigit et sufficere quin necessaria sit *praevia motio.* Poteratne acutus ille Thomista directius *praemotionismum* ferire? »

Ratio 3. — « Bossuetius tract. *De lib. arb.* rejecta scientia media, ex ipsis S. Thomae principiis de omnipotentia Dei ejusque influentia in omnes entis modos, summam efficaciam ejus operationis probat ac vindicat, verbotenus praemotionem inducens. »

Ratio 4. — « Nec unquam ad explicandam actionem divinam S. Doctor utitur verbis *praemotionis* aut praedetermiuationis; verum mavult dicere Deum *operari* omni operante, quod est cuique agenti *cooperari.* »

Ratio 5. — « Immo, praedeterminatio physica, judicio nostro, inexplicabilem reddit conceptum humanae libertatis sub movente Deo. Liberae enim voluntatis dos et nobilitas propria est seipsam determinare pro sua *indifferentia activa.* Atqui, docentibus ipsis praemotionistis, in id praecise datur praedeterminatio, ut voluntas, *sublata indifferentia, ad agendum determinetur a Deo.* Ergo non sine contradictione, ponitur, quod simul voluntas seipsam determinet. »

Ratio 6. — « Rursus, illa potentia non est libera quae, antequam agat, jam secundum se dicit *inevitabilem ordinem* ad actum. Atqui voluntas sub influxu praedeterminante impressionem accipit, qua inducitur *necessaria connexio* potentiae cum actu. Ergo voluntas non est libera. »

Critica. — Incipiendo ab ultima, sic respondet ipsemet I). Thomas :

Ad 6a,n rationem. — « Si Deus movet voluntatem ad aliquid. incompossibile est huic positioni quod voluntas ad illud non moveatur; non tamen est impossibile simpliciter. Unde non sequitur, quod voluntas a Deo ex *necessitate* moveatur. »

(l-II. q. 10. a. 4. ad3.) « Secundum quod est a Deo movente... habet *necessitatem* ad id ad quod ordinatur a Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitalis ; quia intentio Dei deficere non potest. » iI-II. q. 112. a. 3.) Inde habetur solutio 6. rationis.

Ad 5am rationem.— Indifferentia, quae tollitur per physicam praedeterminationem, non est *activa,* sed *passiva;* non est indifferentia *domination* actus, sed indifferentia consistens in *actus privatione.* I'mle voluntas : I" determinat seipsam ; 2° determinat seipsam : *a.)* ex propria virtuhi : *b)* ex complemento propriae virtutis quod habet ex hoc ipso quod a Deo primo volente determinatur. Hoc centies repetit D. Thomas. (Vide supra cap. 5. p. lt>7.)

Ad 4am rationem. — D. Thomas *///. ('. (lent.* cap. 149. : « Motio autem moventis praecedit motum mobilis ratione e.t causa. » Ibid. cap. 147. : « Sub Deo, qui esi primus intellectus el volens, ordinantur omnes intellectus el voluntates, sicul instrumenta sub principali agente. » I II. q. 10. a. 4. : « Sic Deus voluntatem movet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus ejus contingens. *De Dot.* q. 3. a. 7. ad 13. : « Voluntas dicitur habere dominium sui actus non per exclusionem causae primae. ed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate, ad unum determinet, sicut determina! naturam. » (inde habentur verba : 1n *Praemotionis,* quae est molio moventis, praecedens motum mobilis ratione el causa : 2" *determina tionis ad unum; sed* « non ex necessitate »; sed « non ita... sicut determinat naturam ».Videtur, quod « egregii Thomislae hujus aetatis » vel D. Thoman non legunt. vel « non Irueluose » legunt.

Ad 3am rationem. — Bossuet ita scribil : Tel est le sentiment de ceux qu'on appelle Thomistes; voilà ce que veulent dire les plus habiles d'entre eux par ces termes de *prémotion* et *predetermination physique,* qui semble si rudes à quelques-uns, mais qui, étant entendus, ont *un si bon sens!* » *(Traité du libre arb.* chap. 8.).

Ad 2am rationem. — Si ergo Paquet bene intellexisset hoc

« *un si bon sens* » taliter qualiter Themistae tradunt el declarant sub his terminis physicae praemotionis seu déterminai ionis; qui quidem termini et a D. Thoma adhibentur. (›l ut adhibeantur necesse est ut distinguatur motio Dei in ratione causae efficientis, a Dei motione in ratione causae finalis : numquam scripsisset : « Poteratne acutus ille Thomista directius praemotionismum ferire? » Gajetanus namque q. 19. a. 8. ait de divina motione :

1° Quod *movere* (sive agere) causae secundae provenit : *a)* ex *moveri* a causa prima ; *b)* et ex *modo proprio* (propria virtute) ipsius causae secundae.

2° Quod « ipsa secunda causa *nullum effectum* producit nisi virtute primae concurrente et conjungente virtutem secundae suo effectui; quoniam prima omnia attingit immediate immediatione virtutis... Et attingit effectum secundae et independentius et intimius quam secunda. » Ergo « *motio coopérons intrinsece* ad propriam actionem » quam Cajetanus I. q. 14. a. 13. contradistinguit ad *motionem praeviam* propriae actioni, est juxta ipsummet Cajetanum : Motio causae primae : *a) complens* modum proprium seu virtutem rausae secundae; *b) conjungens* virtutem causae secundae suo effectui : *c) concurrens* cum virtute causae secundae ad effectum ; *d) attingens* effectum causae secundae et independentius et intimius quam secunda : et « propterea dicitur *respicere prius* ».

Ecce, quomodo Gajetanus « *ferit* praemotionismum » ! Poteratne acutus ille Thomista *directius* et *melius* el *clarius* physicam praemotionem declarare ? Qualis ergo et quaenam erit « *motio illa praevia* propriae actioni », quam Gajetanus rejicit? Gajetanus expresse dicit, videlicet. *motionem, illam :* 1° *praeviam* duratione temporis, id est, « secundum aliquam quasi durationem naturae, ut in *uno instanti* naturae effectus attingatur a prima causa, et in *alio* a secunda, ut arguens (Scotus) imaginatur » ; 2° *praeviam* « propriae actioni, sicut aqua calefacit, calefacta ab igne » ; 3° *praeviam* « propriae actioni, sicut baculus movet lapidem, motus a manu ». Unde *actio* seu motio ignis *calefaciens*

aquam est praevia propriae actioni aquae quae non calefacit nisi calefacta; el nullam habet virtutem propriam calefaciendi per modum permanentis. Similiter, *motio* manus movens baculum est praevia propriae actioni baculi, qui non movet nisi motus; et nullam habet propriam virtutem movendi per modum permanentis. Sed causa secunda non ita: voluntas creata non ita: omnes causae secundae habent virtutem propriam por *modum permanentis :* el ideo, quamvis indigeant moveri a prima, et ab ipsa accipiant per *modum transeuntis* propriae virtutis complementum, tamen ait Gajetanus: « Non enim causa secunda *movet* (agili ob hoc praecise, *quia movetur,* sed *etiam ex virtute propria...* Et sic *movere* causae secundae provenit non ex moveri tantum, sed ex moveri et modo proprio ipsius causae secundae. » (Gajetanus I. q. 14. a. 13. el q. 19. a. 8.)

Ergo Satolli et Paquet et Pecci el reliqui » genuini Thomismi » novi sectatores, imaginantur, sicut Scotus contra quem loquitur Cajetanus, quod *physica praemotio* dicitur *praevia propriae actioni* causae secundae, quem admodum motio ignis respectu aquae, el motio manus respectu baculi ; et quod causa secunda operatur sub *physica praemotione,* sicut aqua calefacit i.ilelacla ab igne, et sicut baculus movet lapidem motus a manu! Ecce, quomodo « egregii Thomistae hujus aetatis per viam me diam fructuose ingressi sunt inter Molinismum et Baric zianismum »! Quomodo legunt Cajetanum, qui » scholam Gajetano-Thomislam », quam distinguunt contra « scholam Baneziano-Thomislam », gloriantur se renovasse '

Ad lam rationem.— Nihil ineptius nec irrationabilius contra praemotionistas : quoniam si « centies repetit I). Thomas voluntatem a Deo non determinari ». centies quoque repetit adjungendo voluntatem a Deo *non* determinari, videlicet : 1° « ex necessitate » ; 2° « sicut determinat naturam ». Quod est fundamentale in systemate physicae praemotionis, qua Deus, ut primus intellectus el primum volens, movet in ratione causae efficientis, per se primae, et immediatae et universalissimae lotius entis, liberam voluntatem hominis

nd libere el bene agendum. Unde omnis voluntas creata *determinatur* a voluntate increata, at non ex necessitate, sed libere; non sicut determinat naturam, sed sicut activum principium, cujus virtus non est determinata ad unum. « Quia omnis motus, ait D. Thomas, tam voluntatis quam naturae, ab eo procedit sicut a primo movente. Et sicut non est *contra rationem, naturae,* quod *motus naturae* sit a Deo sicut a primo movente, in quantum natura est quoddam instrumentum Dei moventis, ita non est *contra rationem actus voluntarii* quod sit a Deo, in quantum voluntas a Deo movetur. Est tamen communiter de ratione naturalis et voluntarii motus, quod sit a principio intrinseco. » (I-Π. q. 6. a. 1. ad 3.) Et *De Malo* q. 3. a. 2. ad 4. : « Cum aliquid movet seipsum, non excluditur quin ab alio moveatur, a quo habet *hoc ipsum* quod seipsum movet ; et sic non repugnat libertati quod Deus est causa actus liberi arbitrii. »

§ 3

Pecci.

Pecci in 1. part, opusc. S. *Tommaso circa Γ influsso divino e la scienza mezza,* objicit quaedam contra physicam praemotionem, praesertim sicut physica praemotio exponitur a Goudin part. 4. *Philosophiae* q. 3. a. 2. Ut autem breviter ad objectiones seu observationes Pecci respondeamus, accipiemus quasdam ipsius *propositiones,* quas majoris momenti esse judicamus.

1a : « Quantumvis saepe saepius legi et relegi opera S. Thomae integra a principio usque in finem, numquam potui in ejusdem scriptis reperire duo influxus, alterum nempe *praevium,* et alterum *concomitantem* sive, *simull taneum.* »

2a : « Molio et applicatio, de qua loquitur Doctor Angelicus, ab omnibus admittitur sub vocabulo *concursus.* »

3» : Falluntur sive errant Baneziani, dum requirunt ad omnem operationem voluntatis creatae physicam praemo-

lioneiii, qua voluntas compleatur ac reducatur de *posse* -agere ad *agere.* »

4a : « Si *motio,* de qua l ». Thomas loquitur, accipienda •esset tamquam *complementurn* potentiae seu virtutis operativae causae secundae, tunc daretur processus in infinitum. »

5a : « D. Thomas non probat *necessitatem* physicae praemotionis ex eo, quod voluntas sil *indifferens* seu ad utrum libet. »

6a : « Si enim voluntas indigeret physice praemoveri a Deo ad hoc vel illud volendum, agens liborum nihil haberet supra alia agentia creata excellentiae seu perfectionis in agendo. »

7a : « Physica praemotio ponit in notiis *actum secundum.* qui non iit a nobis; ex quo eum necessario sequatur *actus secundus,* quem nos operamur, reddit impossibilem *actum liberum.*

8a : « Physica praemotio non potest esse *qualitas,* sicut volunt et ita illam vocant plures praedeterminalionis defen sores; hoc enim manifeste est contra doctrinam D. Thomae, qui I-Π. q. 110. a. 2. loquendo de divino influxu, ait : *Ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animae: actus enim moventis in moto est motus.* Poteritne Doctor Angelicus clarius loqui aut verbis expressioribus suam mentem pandere? » Ita Pecci '.

l 1» « Per quanto abbia io cercato e ricercato Ic opere ‹ll S. Tommaso da cima a fondo, non mi è stato possibile di ritrovare i due concorsi, l'uno di premozione l'altro di concomitanza. ·

2a ‹ Altra non ne arreca l'Angelico fuorehè l'appllcaziono, la quale viene ammessa da tutti sotto il termine generico di coneorso. »

3« « La sbagliano i Baneziani, se ad ogni operare delta volontà creata ricercano il complemento o il prerequisite) della mozione divina, la quale tragga dalla potenza all'alto la volonté. ›

4a « Quando un tal *moveatur* si dovesse interpretare del ricevere il complemento, saria necessario procedere all'infinito. »

5a « Contuttociô (S. Tommaso) non fa menzione ne nell'uno nè nell'altro luogo dell'indiflerenza per provare la necessity dell'applicazione divina. »

fia ‹ E in veritàse l'indifferenza dell'appetito volontario pei beni

Respondeo dicendum. — *Ad 1am.* — Non erat necesse legere- et perlegere integre omnia et singula opera D. Thomae; sufficeret legisse *De Pol.* q. 3. a. 7., ubi agitur ex professo ‹le hac materia, et expressis verbis atque ex professo etiam Angelicus Doctor concludit : « Sic ergo Deus est causa actionis cujuslibet : 1° in quantum dat virtutem agendi ; 2° et in quantum conservat eam ; 3° et in quantum *applicat* actioni ; 4° et in quantum ejus *virtute* omnis alia virtus agit. *Applicatio* virtutis creatae ad agendum dicitur *influxus praevius;* et *virtus,* qua omnis alia virtus jam applicata actioni agit, dicitur *concomitans* sive *simultaneus.* At non in sensu Molinistico. Et hic influxus etiam recte dicitur *unus;* quia influxus concomitans est influxus ipse praevius continuatus, quo cessante cessat ipsius causae secundae operatio.

Ad 2am. — Respondet sic Molina *Concord,* q. 14. a. 13. disp. 26. : « Duo autem sunt, quae mihi difficultatem pariunt

particolari ha bisogno di una estrinseca determinazione oltre ii concorso generale e comune a tutti gli esseri creati, che mai gli potrà più rimanere del suo privilegio *l* »

7» « La premozione ci da ...un atto secondo di nuova invenzione che non è opera nostra, e da cui segue necessariamente la nostra operazione, ...ci présenta un impossibile. »

8a ‹ La premozione non pub essere una qualité, come vogliono molti prédéterminant!, perché S. Tommaso *expressis verbis* lo nega, dicendo apertamente *nonest qualitas* (si pub egli pariarepiù chiaro?) *Ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animae; actus enim moventis in moto est motus. I-II. q. 110. a. 2. Cf. etiam q. 22. de Veril. a. 8.* › Hactenus Card. Pecci, S. *Tommaso circa Vinfiusso divino e la sciensa messa.*

Circa hoc *opusculum* possunt videri : *a) Die Lehredes heil. Thomas Uber den Einfluss Gottes auf die Handlungen der vernünfligen Geschbpfe. Dargelegl von Sr. Eminens Cardinal Josef Pecci-Kritisch beleuchtet durch* Fr. Gundisalvo Feldner, S. Theol. Baccalaureus, Ord. Praed. — Graz 1889.

b) Le libre arbitre et la prémotion physique. Extrait de *VOpusculc du card. Pecci,* par le R. P. Guiilermin, O. P. maître en théologie, professeur de dogme à l'institut catholique de Toulouse.

c) R. P. M. Fr. Rcginaldus Beaudouin, O. P. *De la prémotion phy-*

circa doctrinam hanc D. Thomae. Primum est. quod non videam, quid sit motus ille et applicatio in causis secundis, qua Deus illas ad agendum moveal et applicet... Quare ingenue fateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam I). Thomas in causis secundis exigit. » Unde non est verum, quod ah omnibus admittatur; nec Molina nec Molinistae admittunt hanc appli cationem, de qua Angelicus Doctor agil, sed expresse illam rejiciunt.

AtZ *3am.* — Respondel sic I). Thomas : *aj* » Voluntas quantum ad aliquid sufficienter se movet. ... sc. sicut agens proximum ; sed non potest seipsam movere quantum ad omnia; unde indiget moveri ab alio, sicut a primo movente. » (I-II. q. 9. a. 4. ad 3.) *b)* « El ideo, qiianlumcunxpie natura aliqua, corporalis vel spiritualis, ponatur perlecta, non potest in suum actum procedere nisi moventur a Deo. » tl II. q. 109. a. 1.)cj« Nam complementum agentis villulis secundi esi ex

sique selon saint Thomas ‹ Annules du monde [illegible] · Troisième année 1879 p. 37, 129 sq. Ibid. p. 132 leguntur lutee : « l'uisque nous avons nommé Bâtiez, disons un mot de co grand théologien, et de l'origine du terme physique qu'on lui attribue. Cet illustre Dominicain appartient à l'auguste lignée des Frères l'rëcheurs qui ont honoré la chaire de l'üniversité de Salamanque: Franclscns Victoria, les deux Soto, Medina, Melchior Cano. Il a écrit des Commentaires sur la I. Pars et la 11-11. Je les ai lus. Or, je n'ai trouve nulle part les expressions de *Prémotion* ou de *Prédelermination physique.* Et cependant il avait une belle occasion d'employer ces termes, lorsqu'il réfute l'opinion du Dominicain Javelins. (I. q. 23. a. 5.) Ceux qui veulent remonter aux origines de l'école molinistc peuvent lire cet auteur, ils y trouveront le *germe* du système qui devait plus tard diviser les Thomistes et les Molinistes. Voulant rendre compte de la réprobation d'Esaü et de la prédestination de Jacob, Javelins dit : *Haec ratio ex parte praedestinati est asus bonus liberi arbitrii moralis antecedens gratiam ut dispositio congrua, non tamen condigna ad gratiam...* et pour lui la volonté divine suppose la connaissance, mais la connaissance n'est pas déterminée par la volonté de Dieu; etc. etc. » lia est ; sed genealogia Molinismi ascendit absque interruptione usque ad Origenem, et ultra superius, ut ostensum est supra cap. 8. hujus *Part. Tertiae,* atque in *Introductione* operis etiam indicatum manet.

virtuti· agentis primi. » *(III. C. Gent.* cap. 66.) Unde, si Itnfleziani falluntur et errant, cum D. Thoma errant, et a 1). Thoma falluntur.

Ad. 4am. — Jam D. Thomas sibi ipsi objicerat contra physicam praemotionem, *De Pot.* q. 3. a. 7. dicendo : « 7. Praeterea : Si Deus in natura operante operatur, oportet quod, operando, *aliquid* rei naturali tribuat; nam agens, agendo, *aliquid* actu facit. Aut ergo illud sufficit ad hoc quod natura possit per se operari, aut non. Si sufficit etc... Si autem non sufficit... daretur processus in infinitum : quod est impossibile... » Et quid respondet I). Thomas? Jam manet declaratum *Part. Secunda* cap. 10. At nec ignorare debent illi qui *omnia* et *singula* D. Thomae opera ex *integro* se legisse et perlegisse gloriantur.

Ad 5am. — Sic respondet D. Thomas *I. C. Gent.* cap. 82. : « Ad *utrumlibet esse* alicui virtuti potest convenire dupliciter : Uno modo, ex parte sui; alio modo, ex parte ejus ad quod dicitur. » Et I. q. 19. a. 3. ad 5. : « Causa, quae est ex se contingens, oportet quod *determinetur* ab aliquo exteriori ad effectum. Sed voluntas divina, quae ex se *necessitatem* habet, determinat seipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem *non necessariam.* »

De Verit. q. 24. a. 14. : « Sed voluntas hominis non est determinata ad aliquam unam operationem, sed se habet indifferenter ad multas; et sic quodammodo est *in potentia,* nisi mota per aliquid activum... quod in ea interius operatur, sicut est ipse Deus. » (Vide etiam *De Malo* q. 6.) Non ergo indiget voluntas *moneri* ex eo quod habeat *indifferentiam activam,* sed *passivam;* non ex eo quod habet *dominium* actus, sed actus *privationem* seu carentiam. Unde per physicam praemotionem tollitur indifferentia passiva, privatio actus, contingentia quae est ex defectu; et completur indifferentia activa, et redditur *actuale* ipsum dominium, et perficitur contingentia, quae est ex perfectione.

Ad 6am. — Patet responsio. Et D. Thomas praeterea respondet *III. G. Gent.* cap. 89. ubi loquitur de quibusdam non intelligentibus « qualiter motum voluntatis Deus in

nobis causare possit absque praejudicio libertatis voluntatis, qui conati sunt... ut dicerent, quod Deus causât in nobis velle et perficere in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem *sic,* quod faciat nos velle *hoc* vel *illud...* »

Ad 7am. — Respondet D. Thomas in omnibus et singulis suis operibus, quae ex integro se legisse el perlegisse Pecci asseverat. Physica praemotio. juxta doctrinam expresse a D. Thoma traditam :

1° Ponit in nobis *aliquid actuale,* quod non (Ita nobis, sed in nobis a solo Deo; hoc aliquid habet, rationem *actionis* per ordinem ad Deum moventem, et rationem *passionis* per ordinem ad rem mobilem. Unde est *motus.* « Motus vero est *actus,* sed est actus imperfectus, *medius* inter potentiam el actum; est actus existentis in potentia, et *proprius e/fectus* virtutis moventis, in quantum hujusmodi ei proportionatus. » Et alia hujusmodi valde digna scitu, ut bene cupiatur physica praemotio. quae a D. Thoma traduntur *111. l'hgsic.* Icet. 3. el *XI. Metaph.* lect. 3. et 9. el ubique passim. EI *De l'ot.* q. 3. a. 7. ad 3. sic : « In operatione, qua Deus operatur movendo naturam, non operatur natura; sed ipsa nnliiriie operatio est etiam operatio virtutis divinae. »

2° Ex *hoc aliquo actuali,* quod est complementum virtutis activae creatae, sequitur necessario, non necessitate eoae tionis, sed infallibilitatis, *actus secundus,* quem ims. propria virtute jam completa per virtutem Dei in nobis transeuntem, operamur. *Actus namque liber* non redditur *impossibilis.* sed de *possibili* redditur *actualis.* Nam ex *hoc actu,* qui non fit a nobis, sed a solo Deo, nos « habemus Ime ipsum quod nosmetipsos moveamus, et libere et bene agamus ». *(De Malo* q. 3. a. 2. et *II. Sent.* dist. 37. q. I. a. 2. ad 5. et q. 2. a. 2. ad 2. et ad 3.

3° Unde ipse Cajetanus ait expresse, quod *illa motio,* eoo perativa intrinsece propriae actioni, movet causam secundam ; atque ex hoc *moveri.* el virtute propria secundae causae procedit *movere* secundae causae. El ideo illa Dei molio *conjungit* virtutem secundae suo effectui, et attingit *immediate* immediatione virtutis effectum causae secundae,

et attingit *independentius* et *intimius,* et respicit *prius,* d. q. 19. a. 8.)

\d A'.... - Respondet ipsemet Cajetanus III. q. 62. a. 4., ubi loquens de *virtute instrumentali,* qua sacramenta Novae Legis causant et efficiunt instrumentaliter gratiam, scribit : « *Virtus* ista nihil aliud est quam *motus,* quo instrumentum a principali agente movetur ad proprium principalis agentis effectum inducendum... Tria ergo cum hic considerentur. *motus,* et *vis* seu virtus, et *motus virtuosus, ratione diversitatis,* quae est inter motum et vim seu virtutem, dispares valde conditiones assignantur utriusque, puta : *a)* Quod *vis* seu *virtus* est de *genere qualitatis,* reductive tamen ; *b)* quod, habet *esse intentionale; c)* quod est *spiritualis* : quae non conveniunt *motui.* » *Ratione vero coincidentiae* seu identitatis *motus* et *virtutis* in tertio, hoc est, in motu virtuoso· instrumenti ; quod instrumentum agit per solum motum, quo movetur a principali agente. *Ratione autem solius formalis distinctionis* inventae inter motum et virtutem ; in motu virtuoso instrumenti apponitur motui instrumenti *vis* seu *virtus ;* et non ad denotandum quod sint *duae res ;* sed quod haec duo coeuntia, in instrumento inveniuntur constituentia illius motum virtuosum. » Hactenus Cajetanus.

Itaque physica praemotio : 1° non est nec esse potest *qualitas* per modum habitus vel dispositionis permanentis, sicut est gratia sanctificans et omnes habitus vel virtutes, tam. infusae quam acquisitae; 2° est et dici debet *motus;* 3° est et dici debet etiam *vis* seu virtus primi agentis in agentibus secundis per modum transeuntis ; 4° habet *esse* quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aëre, et virtus artis in instrumento artificis. (I-II. q. 111. a. 2. *et De Pol.* q. 3. a. 7. ad 7.) ; 5° et quia haec tria, *motus, vis* seu virtus, et *motus virtuosus,* non denotant nisi *unam rem,* nempe, *physicam praemotionem,* ideo physica praemotio potest recte appellari : *a) motus,* qui est *quid medium* inter potentiam et actionem ; *b) vis* seu virtus transiens, qua omnes causae creatae agunt ad *esse* ut instrumenta Dei ; *c) qualitas:* quia hujusmodi *vis* seu virtus seu motus virtuosus.

«est de genere qualitatis reductive. Et sic cum de re constat, ■de verbis non oportet litigare.

§ 4

Loren/.elii ct «lλπνηπιιη.

Lorenzelli. — *Psychologiae intellectivae* II. led. i>. p. 421 sic : « Haec itaque tenenda sunt circa divinam motionem in nostra voluntate : 1° Deus movet voluntatem nostram ad *exercitium* volitionis finis in communi, ita ut quantum ad hoc objectum *determinat illam ad unum ex accessi tate;* et similiter, movet eam ad ea bona, ad quae natura liter movetur, sicut sunt cognitio *veri, esse, cicere.* »

2° « Deus movet voluntatem ad *exercitiuni* volitionurn eorum quae sunt ad finem, ita ul *non ex necessitate ad unum determinet,* sed ita ut voluntas *seipsam libere determinet ad unum,* potens seipsam determinare ad aliud: quia voluntas secundum suam essentiam d nutu ralem conditionem est activum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa; potest autem seipsam movere ad ea quae sunt ad Unem per hoc •quod vult finem. »

3° « Deus potest supernatural! modo movere voluntatem humanam ad aliquid *determinate* volendum, ad quoti voluntas non movet seipsam virtute tendentiae suae in beatitudinem in communi, sicut contingit in his, quos movet per gratiam; sed etiam in talibus motionibus voluntas *non determinatur ad unum ex necessitate,* sed *cum libertate.* »

4° « Artem autem illam divinam sic movendi voluntatem nostram ipse solus novit, qui nihil ignorat ; nobis tantum notum est Deum talem noscere artem, d ejus potentiam activam taliter esse efficacem aliquo modo inlelligemus, si paulisper considerabimus Deum esse causam efficientem, non conclusam sub ordine *particularium* vel *necessariarum* vel *contingentium* causarum, sed esse perfectissime *universalem,* infinite transcendentem ordinem necessitatis d contingentiae, et potentem influere motum secundum quam-

cumque ejus differentiam. » (S. Thomas *I. Periher.* led. 14. ot *VI. Metaph.* led. 3.)

5° « Non est philosophice nec theologice utile, immo periculosum est nostri temporis intellectibus in *positivismum, rnaterialismum* et *fatalismum* tendenti Inis, subtilius quaerere ac disceptare de motione divina in creaturis et in voluntate nostra ; sed ex una parte, maxime necessarium est inhaerere iis, quae conspiciuntur convenire *intrinsecae naturae* voluntatis in ordine ad particularium bonorum electionem ; ex alia vero, sapientissimum est subesse sobrietati et veritati verborum ipsorum, quibus de hac motione locutus est Summus Doctor et Patronus scholarum omnium catholicarum : Deus operatur in unoquoque secundum ejus proprietatem. » (I. q. 83. a. 1. ad 3.)

Janssens. — Janssens autem, *De scientia Dei* q. 14. a. 11.. ponit hoc verissimum D. Thomae principium : *In tantum* xe *extendit scientia Dei, in quantum se extendit ejus causalitas.* Et addit : « Restat igitur omnia (Deum) *scire,* quatenus omnia operatur ; *praescire,* quatenus prae, nobis est operaturus... Ceterum, penitior de concursu divino investigatio ad tractatum de Deo creante, conservante et gubernante directe pertinet. Unde ab ea in praesenti tractatu abstinebimus. » Unde etiam oportet adhuc exspectare.

Critica. — 1° Nec Lorenzelli nec Janssens physicam praemotionem rejicere videntur; sed alter non existimat *utile* philosophice nec theologice *subtilius* de divina motione in voluntate nostra quaerere; alter vero promittit se *penitius* de hac divina motione in tractatu de Deo gubernante quaesiturum.

2° Ex indicatis tamen jam videtur sequi Deum *operari, efficere, causare* ipsam liberam determinationem voluntatis creatae ad unum, ad hoc vel illud bonum volendum et eligendum ; aliter Deus ignoraret electiones nostras ac nostras liberas determinationes ; nam in tantum se extendit scientia Dei, in quantum se extendit ejus causalitas.

3° Utique, sapientissimum esse subesse sobrietati et veritati verborum ipsorum, quibus de hac motione locutus est ipse Summus Doctor et Patronus scholarum omnium catholicarum, exempli causa : *a)* « Sicut voluntas *potest* immutare actum suum in aliud, ita el multo amplius Deus. » *(De Verit.* q. 22. a. 8.) *b)* « Sic ergo motus voluntatis directe procedit a voluntate et a Deo, qui esi voluntatis causa, qui solus in voluntate operatur, et voluntatem inclinare potest in quodcumque voluerit. » *(De Malo* q. 3. a. 3.) *r)* « Voluntas, quando de novo incipit eligere, transmutatur a sua priori dispositione quantum ad hoc, quod prius oral eligens in potentia et postea iit eligens in actu; el haec quidem trans mutatio est ab aliquo movente, in quantum ipsa voluntas movet seipsam ad agendum, et in quanlmn etiam movetur ab aliquo exteriori agente, sc. Deo. » *(De Malo* q. (›. a. 1. ad 17.) *d)* « Deus facit nos velle hoc vel illud. » *(III, C. tient.* cap. 89.) « Ipse est causa electionis nostrae el voluntatis nostrae. « (ibid. cap. 90.) « Deus solus directu ad electionem hominis operatur. » (ibid. cap. 92.)« Sidus Ileus nostrarum voluntatum et electionum est causa. » (ibid. cap. Ill. ı ॥ Semper tamen hoc homo eligit, quod Deus operatur in ejus volun tale. » (cap. 92.) « Haec autem verba (Deum non determi nare voluntatem) exponenda sunt, ul intelhgalur ea, quae sunt in nobis, divinae determinationi non esse subjecta quasi ab ea necessitatem accipientia. » (ibid. cap. 90. Vide I. q. 23. a. 1. ad 1.; q. 19. a. 8.; q. 22. a. 4.; q. 88. a. 1. ad 1.) *e)* « Deus operatur in voluntate el in libero arbitrio secundum ejus exigentiam ; unde etiamsi voluntatem hominis in aliud mutet, nihilominus tamen hoc sua omni potentia facit, ut illud, in quod mutatur, voluntarie velit. » *(II. Sent.* dist. 25. q. 1. a. 2. ad \.*)f)* « In illo ergo effectu, in quo mens nostra est mota et non movens, solus autem Deus movens, operatio Deo attribuitur... In illo autem effectu, in quo mens nostra el movet et movetur, operatio non solum attribuitur Deo, sed etiam animae... Est autem in nobis duplex actus : primus quidem interior voluntatis, el quantum ad istum actum voluntas se habet ut mota,

Heus autem ul movens... » (I-II. q. 111. a. 2.) *g)* « Voluntas aliquid confert, cum a Deo movetur, ipsa enim est quae operatur, sed mota a Deo; et ideo motus ejus, quamvis sil ab e.xlrinseco sicut a primo principio, non tamen est violentus. « *(De Malo* q. 6. a. unico ad. 4.) *h)* « Solus Deus potest inclinationem voluntatis, quam et dedit, transferre de uno in aliud secundum quod vult. » *(De Verit.* q. 22. a. 9.) *i)* « Necesse est... etiam quae ex proposito fiunt, reducere in altiorem causam, quae non sit ratio et voluntas humana ; quia haec mutabilia sunt et defectibilia. » (I. q. 2. a. 3. ad 2.)

4° Sic igitur loquendo de divina motione cum sobrietate et veritate verborum, quibus D. Thomas ipse locutus est, habentur duo firmiter retinenda, quorum primum est ; *Voluntas determinatur ad unum, non ex necessitate, sed cum· libertate, cum movetur a Deo supernaturali modo :* et hoc etiam conceptis verbis asserit Lorenzelli. Alterum vero est : *Etiam in his, ad quae voluntas movet seipsam virtute tendentiae suae in beatitndinem, in communi, indiget transmutari de potentia ad actum eligendi, in quantum ipsa voluntas movet seipsam ad agendum, et in quantum, etiam movetur ab aliquo exteriori agente, sc. Deo :* et hoc in terminis affirmat D. Thomas.

IV

Quomodo ambulantes per mediam viam inter scientiam mediam et physicam praemotionem, explicent influxum causae primae in causas secundas liberas.

Satolli. — *a)* « Causae secundae moventur a prima, *non /notione praevia propriae actioni,.....* sed *motione cooperativa intrinsece propriae uniuscujusque actioni;* et hoc tantum sufficit et exigitur, id est, causam primam intrinsece *cooperari* electionibus et motibus contingentibus ; quia cooperatio in unoquoque est secundum naturam uniuscujusque. »

b) « Ideoque *cooperatio* istamet denotat concausam, ita quod, licet causa secunda necessarium sit ut moveatur a prima, hoc *ipsum moveri modificatur* ex *natura* causae secundae... Ista *modificatio* non est *re,* sed *ratione;* vehit si dicas hominem modificare animal ; speciem aut differentiam, genus; et affinius, quamlibet praedieamentalem naturam modiflcare *ens* in unoquoque. »

c) « *Conclusio praesens* et *demonstratio* (sc. conclusio I). Thomae et demonstratio 1. q. 1!·. a. K.) minime infert a *Deo determinari* causas singulas ad agendum ; sed *determinari motus et actiones* ita ut a causis contingentibus et liberis fiant. » (Satolli *De operatione dir.* disp. 2. lect. 3.)

d) « Itaque motio divina,*praevia* omnibus motibus voluntatis, est ipse creationis actus primus ac *determinatio inde terminans* (ut ita dicam) ad bonum universaliter. »

e) « Deus est causa singularium volunlalum el electionum. Ergo oportet omni certitudine rationis el lldei concludere : Deum movere in singulos actus voluntatem humanam..... Deus operatur physice et realiter ipsum velle, inclinans cor hominis quocumque voluerit... Sic ergo intrinseca coopéra tione *movet* ipsam voluntatem absque ulla alia praevia deter minatione ad bonum volendum et eligendum. » (ibid, disp, 5. lect. 6.)

f) « Non agit voluntas nisi moveatur a Deo *causante* deter minationem actus uniuscujusque per seipsum . *nego ; effi ciente,* ut voluntas secundum modum suum *se determinet,* atque ita eam applicet velut prima causa secundam ad agendum : *concedo.* » (ibid. lect. 7.)

g) « Influxum Dei, sive naturalem sive supernaturalem. quantumvis intrinsecum et ellicacem dicant (Bafteziani), non esse physicam praemotionem seu praedelei minationem. »

h) « Gratia actualis et efficax *non distinguitur* ul forma quaedam transiens (quod dicunt praefati theologi) ab *ipsa virtute naturali,* gratia habituali praedita, immanentor vel transeunter ; sed est illa eadem (ut cum S. Thoma dicit Bellarminus) quatenus illa Deus utitur ad actionem perficiendam. » (disp. 6. lect. 2.)

Pnquot. *a)* « Schola Gajetano-Thomistica, quae, dum ex una parte respuit scientiam mediam, neque ex alia consentit pracdeterminationi physicae, verum tota est in astruendo *solo cooperativo influxu* sub ratione intimae et efflcacissiniae motionis, qua Deus in eodem instanti temporis et naturae voluntati *coagere* dicitur; et in hac sententia, nisi nos nostrum fallat judicium, simul optime consulitur tunc *dignitati* primae causae, tunc voluntatis *libertati.* »

b) « Actio divinae providentiae in creaturis intelligenda est per modum *intimae ac de se efficacis cooperationis,* quae *media* sistat inter praedeterminationem physicam et concursum indifferentem scientiae mediae innixum. » (De *Deo uno* disp. 6. q. 1. a. 5.)

c) « Prae aliis egregie exponit cardinalis Satolli, dum ponit eandem entitative gratiam ex duplici munere *operantem* et *coopérante*™ denominari, ita divisionem istam de *gratia actuali* explicat, ut tunc coopérons tunc quoque operans gratia cum libero voluntatis actu consistat; immo. sit *ipsemet actus liber,* diversimode ad Deum moventem relatus. »

d) « Verior Thomismi forma, quae a Gajetano, Satolli. aliisque exponitur, in eo cum Banezii sententia convenit, quod rejicit scientiam mediam, atque efficaciam divinae operationis et gratiae intrinsecam propugnat. Verum ab illa sententia differt, in quantum, licet non abnuat *praemotionem* quandam *moralem* seu suasoriam, negat tamen *praedeterminationem physicam* voluntatis, solamque *cooperationem* Dei seu gratiae efficacis *intimam* admittit. »

e) « Quare, juxta istud systema, quod mentem S. Thomae rectius promere videtur, differentia inter gratiam sufficientem et efficacem est *intrinseca* quidem, sed *effectiva,* qualis viget inter principium activum et ejus connaturalem actum, ad quem essentialiter ordinatur, quemque, nisi quidpiam obstet, assequitur. »

c) « Igitur aliud est Deum gratia sua *determinare* voluntatem nostram ad actum ; aliud, Deum efficaciter *influere actum,* ad quem voluntas *seipsam determinet. Primum* aegre componi potest cum germano conceptu potentiae liberae.

cujus propria esi indifferentia activa, eminens ac dominativa suorum actuum in *singulis* temporis el naturae *instantibus,* cum sola determinatione suppositionis, quia, quando agit, necesse est eam agere. *Secundum* vero salvat dignitatem gratiae, incolumem quoque libertatem nostram *relinquit;* quia, quamvis auxilia externa el interna, conspirantibus sub manu Dei plerisque causis secundis, talem influxum *moralem* et *physicum* exerceant, ut voluntas expeditior facta, *infallibiliter consentiat ;* tamen suavis illa *dispositio* et *inclinatio* cum *motione intime coopcratira* nullam potentiae determinationem inducit; ideoqui» nequaquam libertatem laedit. » iDe *gratia* disp. 8. q. ?. n. "... 3. et 4.)

Janssens. — *a)* « *Praemotio* dicitur non quatenus *realiter* praecedit *actum,* el ille actus necessario sequeretur; sed *logice* praecedit, ipsum concomilntiir tamquam movens et coopérons, sicuti anima praemovet brachium el movet cum illo. (Cave, ne exemplum contra libertatem retorqueas; omnis enim comparatio claudicat.) l'roin, praemotio nuito modo est intelligenda ac si per illam jam in actu primo sequeretur necessario actus secundus. E contra, positis omnibus requisitis ad agendum in actu primo, libera manet voluntas sese determinandi; sed · in Ime est *tota ris* hujus doctrinae — cum sese determinare sit *nonum aliquod esse* per novam perfectionem acquirere, voluntas sibi relicta incapax est illud addere ad suam potentiam ; el proin, ex lege communi, cui omne creatum essentialiter subesi, Deus summus motor debet agere, ut facultas possit se determinaro et se determinet : inde auxilium concursus praevii el simiiltanei. » (De *operat, div.* dissert, synth. *Pe scienlia media.)*

b) « *Concursum simultaneum* aliqualiter admittimus in actibus moralibus malis, at cum logica prioritate determinationis ad *mali formale,* quae liberae voluntatis esi, prae motione ad *mali materiale,* quae Dei est. Unde praecise *malum formale* Deus *nescit,* sicuti nec illud causât; materiale autem scit, quia causât. In omnibus aliis aliquam prioritatem, sive tempore sive natura, divinae motioni juxta

indolem actuum concedendam esse putamus, secundum quod consideratur actus in instanti vel non instanti elicitus. At iti actibus liberis non cum determinatione, nisi quatenus lacullas de potentia in actum excitatur. » (ibid. part. 3. sect. 1. memb. 1. q. 14. *De scientia Dei* a. 12.j

c)« Rejecta interpretatione, quae nimis tribuit*praescientiae* et aciem praedestinationis hebetat, videamus nunc, undenam S. Thomas conciliationem repetat. Etenim, si Sanctus Doctor tenuisset doctrinam rigidioris praedeterminationis physicae, responsum patuisset : Salvatur contingentia, quia Deus unumquemque determinat, ut ab hac determinatione non habet solum quod ponatur, sed quod et contingenter ponatur. Si tenuisset doctrinam congruistarum, locus fuisset dicendi eum illis : Salvatur contingentia, quia Deus ope scientiae inediae praevidet usum bonum gratiae, quam confert juxta eventum per scientiam mediam praevisum. Neutrum ex his S. Doctor, sed mediain solutionem affert, juxta doctrinam quam constanter vindicamus. »

(l) « Causalitatem autem divinae scientiae non solum per praedeterminantia decreta servari putamus. Credimus enim ex *provido* in causas secundas *influxu,* conjuncto eum *praesentialitate* indivisibili aeternitatis, certitudinaliter Deum, sine praedeterminatione illa physica, nec ope scientiae mediae, quaecumque vult, oblinere posse. Ad hoc duo requiruntur : 1° ut ex una parte *actio Dei* in causam liberam, praesertim in *motum* causae liberae ab *actu primo* in *secundum* se extendentis, bene perpendatur ; 2° ex altera parte, ut aeternitatis divinae altior conceptus, mentis oculo praesens teneatur. De priori jam diximus in tractatu *De gratia;* de altero quaedam adhuc sint. » (ibid.) Exspectare adhuc oportet, donec P. Janssens bene perpendat actionem Dei in causas liberas ; quia tractatus *De gratia* adhue desideratur.

V

Quid dicendum et sentiendum de hac nova schola Cajetano-Thomistica.

§ 1

Bicendiun 1° : Genuini isti Cajetani <llh<-l|>ull errant in porta, et discedunt a Cajetano in ipso angulo vine, videlicet : In ipsa motione cooperativa intrinsece propriae actioni causae accuntlae.

Arg. 1um. — Quoniam *motio praecia,* quam Cnjetanus rejicit ac contradistinguit ad *motionem cooperativam in trinsece,* non est physica praemotio Thoinislnruni. Juxta Cajetanum, *praecia illa motio :* 1" est *praecia* propriae actioni prioritate temporis, « secundum aliquam quasi ducationem naturae, ut in *ano* instanti naturae olfectus attingatur a prima causa, et in *alio* a secunda, ut arguens (Rcolusi imaginatur » : 2° nullam supponit in causa secunda mota *virtutem* agendi, cui cooperetur. Unde est » motio praevia propriae actioni, sicut aqua calefacit, calefacta ah igne », (1. q. 14. a. 13.) et « motio praevia propriae actioni, sicut baculus movet lapidem, motus a manu ». (I. q. 19. n.R.i; 3° causa secunda mota « nihil ex se confert, et sic non esi causa », sed tantum habet rationem medii seu instrumenti.

Physica autem praemotio Thomistarum : l» non est praevia prioritate temporis vel aliquo durationis instanti, sed solum causalitate et ratione; 2° supponit in causa secunda veram virtutem agendi, cujus physica praemotio est *complemen lum;* 3° causa secunda mota aliquid ex se confert, et sic est vora causa ac simul instrumentum causae primae.

Arg. 2"". — Quoniam « molio cooperans intrinsece ad propriam actionem », de qua loquitur Cajelaims, non modo non opponitur physicae praemolioni Thomistarum, sed est ipsamet praemotio physica cum omnibus ac singulis suis

propriis nolis, attributis ac characteribus. Audiamus Cajetanum loquentem el eloquentem notas characteristicas physicae praemotionis, quarum :

Prima. « *Movere* causae secundae provenit : *a) non ex moveri tantum; b)* sed *ex moveri* et *modo proprio* ipsius causae secundae. » (I. q. 19. a. 8.)

Secunda. « Non enim *movet* ob hoc *praecise,* quia movetur, sed *etiam* ex virtute propria. » (ibid.) « Non *praecise* movet quia mota, sed *etiam* ex se aliquid confert. » (I. q. 14. a. 13.)

Tertia. « Ipsa secunda causa nullum effectum producit nisi virtute primae *concurrente* et *conjungente* virtutem secundae suo effectui. » (I. q. 19. a. 8.)

Quarta. « Prima causa omnia attingit immediate *immediatione virtutis,* ut in q. 8. declaratum est ». (ibid.) « Est autem *immediatio virtutis,* quando virtus agentis jungitur effectui *non mendicando* talem conjunctionem ab aliqua alia virtute. Et propterea, quanto agens est superior, tanto immediatius agit immediatione virtutis; quoniam inferius agit virtute superioris, et non e converso. Immediatio autem suppositi est, quando inter suppositum agens et cffectum nullum mediat suppositum subordinatum coagens. El propterea, quanto agens est inferius, tanto est immediatius immediatione suppositi. » (I. q. 8. a. 1.)

Quinta. « Illa *prioritas,* universaliter, non est secundum aliquam quasi durationem naturae, ut in uno instanti naturae effectus attingatur a prima causa, et in alio a secunda; sed est secundum independentiam et immediationem virtutis; quia prior independenlius et immediatius, immediatione virtutis, attingit effectum quam secunda. In eodem tamen instanti naturae, effectus ab utraque attingitur. » (I. q. 14. a. 13.) « Sed est inlelligenda quoad independentiam et intimitatem; attingit enim prima causa effectum secundae et independenlius et intimius quam secunda, ut palet in principio lib. *De Causis; et* propterea dicitur respicere prius. » (I. q. 19. a. 8.)

Talis est *motio illa* causae primae *cooperativa intrinsece* propriae actioni causae secundae, de qua loquitur Gajetanus;

■et tales sunt notae characteristicae seu proprietates *divinae motionis,* de qua asserit Cajetanus, quod « cum aliquis vult aliquid, seu cum sol illuminai.... sufficit et exigitur primam causam intrinsece cooperari tali electioni vel illuminationi.» (I. q. 19. a. 8.)

Ergo, juxta doctrinam Cajctani, *moveri-* causae secundae, v. g. *movere* liberae voluntatis, *talis electio* liberi arbitrii creati : *a)* provenit ex duobus : I" ex *moveri* a prima causa, motione cooperativa intrinsece ad propriam actionem voluntatis; 2° etiam ex *virtute propria v* modo proprio voluntatis seu causae secundae; *b)* elicitur ac producitur a libera hominis voluntate *immediate* immediatione suppositi ; et producitur atque efficitur a Deo per suam motionem cooperativam intrinsece ad propriam actionem voluntatis *ini mediate* immediatione virtutis ; *c)* (II ac causatur a Deo independentius ac intimius quam ab ipsa libera hominis voluntate; ac proinde, prius prioritalo causnlilalis, non duratione temporis; *d)* fit et causatur Deo *conjungente* potentiam liberae voluntatis cum suo proprio actu, ila quod potentia liberae voluntatis jungitur elTectui, electioni, eon sensui, mendicando talem conjunctionem a virlule Dei agentis, a, motione cooperativa intrinsece propriae actioni liberae voluntatis ; *e)* et tandem, virtus Dei primae causae attingit *effectum* liberae voluntatis, qui est *electio* seu eligere et consentire et operari, independentius, intimius, vehementius, quam ipsa virtus liberae voluntatis creatae, quae est secunda causa.

Admittuntne, an non, haec omnia supradicla l'ecci. Sa tolli. Paquet, Lorenzelli, Janssens? Si enim admittunt, tunc sunt *Baiieziani;* si vero non admittunt, tunc discedunt a Cajetano in ipso initio *viae mediae,* quam fructuose el feliciler dicunt se ingressos esse.

§ 2

Ou piitliiiii t· : Media ergo via, quam Cardinales Pecci, Satolli. nee non Cl. Paquet et etiam P. Janssens ingressi sunt, non est via media inter Molinam et Bannezinm, nec inter scientiam mediam et physicam praemotionem.

Arg. 1um. — Quia *angulus* hujus viae mediae, quam feliciter et fructuose Satolli et ipsius socii ingressi sunt, est famosa illa motio cooperans intrinsece ad actionem propriam causae secundae, de qua loquitur Cajetanus. Sed ex dictis expresse ab ipsomet Gajelano I. q. 8. a. 1.: q. 14. a. 13. et q. 19. a. 8.. hujusmodi motio cooperans non est *media* inter concursum simultaneum Molinae el physicam praemotionem Thomistarum, sed opposita ad *motionem praeviam,* quam Scotus imaginabatur, et habens quinque notas essentiales et quinque quidditativa attributa, quae non nisi physicae praemotioni conveniunt. Quae quidem notae clauduntur, veluli in sua radice, in prima, nempe : « Movere causae secundae· provenit ex duobus: 1° ex moveri a causa prima; 2° etiam ex virtute propria causae secundae. » Ergo, cum via Gajetani sit via Banezii, et motio intrinsece cooperans unius sit physica praemotio alterius, ut ex supra dictis jam patet, manifestum est, quod via Pecci, Satolli, Paquet et Janssens non est *media* inter scientiam mediam et physicam praemotionem, ac perinde nec inter Molinam et Banezium.

Arg. 2“in. — Quia omnes ac singuli hujus *genuini Thomismi* restauratores admittunt in re et veritate ipsam scientiam mediam, de cujus quidditate est Deum videre ante omnem actum suae liberae voluntatis omnia futura condilionata, etiam contingentia et libera... Etenim :

a) Cardinalis Pecci expresse asserit in fine sui opusculi Deum cognoscere omnia *futura condilionata* eadem scientia qua cognoscit *possibilia,* scientia videlicet simplicis inteiligentiae. Unde, quamvis videatur *scientiam mediam* rejicere, rejicit dumtaxat hujus scientiae vocabulum, sed non cssen-

tialem rationem. Nam quaestio substantialis non est de scientia media inter scientiam simplicis intelligentiae et visionis, sed de scientia modia inter necessariam et liberam ; punctum controversiae est circa scientiam independentem a decreto sive ab actu libero Dei. l inde, eo ipso, quod hujusmodi scientia futurorum dicitur esso scientia ipsa possibilium. dicitur esse necessaria el imlecedens liberum divinae voluntatis actum.

b) Cardinalis etiam Satolli, licet scientiam mediam Molinae impugnare videatur, scientiam mediam Itellarmini amplectitur ac firmiter tenet; el scientia media Itellarmini est ipsissima Molinae media scientia.

c) Etiam Paquet, qui *De Deo uno* disp. i. q. I. a. fi. rejicit sententiam eorum «qui dicunt praescire Deum futura nui lingentia in suis decretis praedeterminantibu rausas con tingentes et liberas : *a)* quia in hac loquendi ratione id minus recte primum deprehenditur, quod, ul acuit! perspexit cardinalis Pecci *(S. Tommaso circa l'in/lusso divino e la scienza mezza)* decreta voluntatis, ulpole mm caeca, jam praesupponunt practicam intellectus scienliam ile re decreto constituenda. Igitur, proprie loquendo, non in decretis suis, sed magis in ideis, supposita voluntate, eogno»cil Deu . futura contingentia ». Quod quidem est dicere Deum cognoscere futura contingentia in *ideis* ante decreta ; el » in practice intellectus scientia de re decreto constituenda » : quam profecto scientiam praesupponunt ipsa decreta voluntatis, « *utpote non caeca* ». Scientia ergo media, quae *illuminat* voluntatem Dei, ut non faciat decreta *caeca!* sic loquuntur Molinistae, ut supra cap. 5. pag. 158 el 175 habitum esi.

d) Et denique P. Janssens : 1" Quia « contendit praesentialitatem contingentium futurorum, sive eorum aeternitati coexistentiam, *unicum* esse *medium,* in quo Deus infallibiliter omnia futura contingentia cognoscat ». El quamvis « scientiam (nescio quam) causalem agnoscat », « non autem (adjungit) de absolutis decretis praedelerminantibus intelligendam hanc causalitalem esse contendimus ». 2° Quia « *concursum simultaneum* aliqualiter admittimus in actibus

moralibus malis ». 3° Quia etiam expresse ait : « Scientia quaedam media teneri possit aliqua ratione. » Quamvis adhuc non dixerit cujusnam rationis sit, vel utrum haec praescientia sit in primo, aut secundo, aut tertio gradu perfectionis, id est, utrum sit « ad instar telescopii cujusdam », vel « veluti oculus in centro positus », vel « praesen tialitas altioris ordinis », quando sc. « praesentialitas divinae aeternitatis cuivis nunc temporis juxta nunc ipsius aeternitatis concipitur. »

Arg. 3u,n. — Quoniam nulla datur nec dari potest *via media* inter concursum simultaneum et physicam praemotionem ; nec inter scientiam mediam et decreta Dei, quae *praedeterminantia,* id est vera decreta, dicuntur : nec inter gratiam efficacem ex consensu liberi arbitrii creati, et gratiam efficacem ab intrinseco, ex intentione L»ei elllcienlis in ratione causae primae ipsummet nostri liberi arbitrii consensum. Sudent ac laborent, quantum voluerint, omnes Congruistae, tam moderni quam antiqui, nulla datui· via intermedia inter hoc quod Deus sit vera causa prima efficiens, vel non sit; et inter hoc quod liberum arbitrium creatum sit secundum agens, secunda causa efficiens, vel non sit. Liberum namque arbitrium est quidem causa sui motus, et *causa prima* in suo ordine, in genere causae secundae ; sed nequit esse causa prima simpliciter, nec primum principium agendi. Unde aut « Deus ab aeterno determinavit omnes effectus, sed *non ante praevisionem determinationis* causarum secundarum, praesertim contingentium et liberarum » (Bellarminus TV. *De grat. et lib. arb.* cap. 15.) : aut *determinationes ipsae* causarum secundarum, etiam contingentium et liberarum, causantur et efficiuntur immediate immediatione virtutis per ipsum Deum ab aeterno omnes effectus determinantem. Aut Deus determinat hominis voluntatem, aut voluntas hominis determinat Deum, aut determinationes Dei et voluntatis nullam habent ad invicem relationem causae et effectus. Si primum, habebitur *physica praemotio.* Si secundum, voluntas hominis erit

primum determinans simpliciter. Si tertium, voluntas hominis erit primum determinans, a Deo independens ; et habebitur *concursus sinwltaneus.* Si primum, determinatio particularis referenda est, utique, in ipsam voluntatem, sed non in *solam* voluntatem, sed *ipsa media* in voluntatem Dei, a qua efficitur: 1" voluntas; 2° et actio; 3° et egressus actionis a voluntate. Si voro secundum et tertium, determinatio particularis referenda est in ipsam voluntatem *solam,* non in Deum, a quo non III *initium* actionis et ipsius *egressus* a voluntatis polnnlin. Uno verbo: aut *determinatio* voluntatis ad agendum est *aliquid,* aut *nihil.* Si vero aliquid, aut lit a Deo, vel non III. Si nihil, nihil quoque erit *libere agere.* Si aliquid, erit aliquod ens. aliqua entis ratio, quae non ill a Deo. mile per essentiam

Dicendam 3» : Pecci, Satolli, Paquet et reliqui, iixhIIuiii «lain Ingrc dientes, non « genuini Thoniismi », seal genuini ‹ <>iim>'uI»iiil « atenam resumpserunt : atque ideo hujusmodi hclioIii iioii est dicenda Cajetano-Thomisla, sed Bellamiino-Congrnlsfii sl«<· l'oiiKrulMtn-Bellanniniana, ut nomen conformetur rei.

Prima ratio identitatis inter scholam Satolli el etiolam Bellarmini. — *Scientia,* videlicet, *media,* quum nec Bellar minus nec Satolli nec Pecci nec alii volunl appellare *mediam:*

1 Ad rem P. Lemos *Panoplia gratiae* tom. I. tract. /r *scientia media* cap. 13. in finem : « Unde sic formetur argumentum : Vel cognoscitur certo a Deo ante suum decretum, quod neeiimla causa libera, posita sub talibus circumstantiis niornlitor Huiulentibus et concursu Dei concomitante., infallibilitcr operationem dllciei. Vel cognoscitor a Deo in decreto suo. quo vero laciet quod ipsa operetur. »

« Si secundum, vana est illa media scientia, et tota machina, quae in illa fundatur adversus divinam causalitnlrm et gratiam: et vera est divina praedefinitio. »

‹ Si primum, ergo causa secunda libera *determinat* concursum Dei, et ipsa est primum determinationis suae principium : quod damnatur in Cone. Araus. II. can. 3. et 0. »

« Quod si dicatur, quod nec concursus Dei *determinat* secundam

sed Pecci vocat *scientiam possibilium* simul ac *futuribilium;* Bellarminus vocat illam *scientiam mirabilem,* qua Heus *praecidet* omnes vias nostras el nostras cogitationes *de longe,* et praevidet ante omnem actum liberum suae divinae voluntatis; nam : 1" « non esset mirabile Deum omnia praenoscere, si omnia praedeterminaret. Nam et nos facile praescimus et praedicimus, quae facturi sumus: »2° « Deus ab aeterno determinavit omnes effectus, sed *non ante praecisionem·* causarum secundarum, praesertim contingentium et liberarum. » (IV. cap. 15.) Et Satolli, qui *(De operat, dic.* disp. 2. lect. 2.) acriter impugnaverat scientiam mediam Molinae tamquam absurdam et omni prorsus fundamento carentem, postea (disp. 6. lect. 2.) laudat et extollit *scientiam, admirabilem* Bellarmini, et « cum eodem controversistarum Magistro confugit ad circumstantias congruas loci, temporis, personae et propensionum atque ingenii animi ».

Secunda ratio identitatis. — Idem, nempe, modus explicandi influxum Dei, sive naturalem sive supernaturalem, de quo Satolli ait : 1° « non esse physicam praemotionem »; 2° « gratiam actualem et efficacem non distingui ab ipsa virtute gratiae habitualis, ab ipsa virtute naturali, gratia habituali praedita immanenter vel transeunter; sed est illa eadem (ul cum S. Thoipa dicit Bellarminus), quatenus illa Deus utitur ad actionem perficiendam » (disp. 6. lect. 2.); 3° et similiter quantum ad gratiae operantis et coopérants declarationem Satolli et Bellarminus se habent, recedendo nimirum a doctrina D. Thomae et Cajetani, ut recedere possint a doctrina physicae praemotionis. (Bellarminus I. cap. 14.)

Tertia ratio identitatis. — Idem sc. modus se habendi ad doctrinam Molinae et ad doctrinam D. Thomae quantum ad controversiam de causis. In qua re sita sil gratiae efficacia quaerens. Bellarminus *I. De grat. et lib. arb.* cap. 12. *opi-*

causam. nec secunda libera causa concursum Dei ; sed tantum adest ■•ondeterminationi, seu *simul condelerminat,* ut hi auctores dicunt: ergo jam erunt *duo prima principia* actualis illius causalitatis et determinationis : quod Manichaeorum favet errori, ut demonstrat I». Thomas *II. Sent.* dist. 37. a. 2. ›

■*nionem* Molinae (queni lamen non nominat) asserit : 1° esse « Omnino alienam a sententia Scripturarum Divinarum » ; 2° « omnino alienam a mente S. Augustini »; 3° « evertere omnino fundamentum praedestinationis divinae, quam S. Augustinus ex Divinis Litteris solidissime comprobavit ». In hoc verissimum dicit.

Et postea sententiam oppositam physicae praemotionis etiam existimat : 1° « omnino eandem cum errore Calvini, aut parum ab illo distare: » 2n simul follere e medio liborum arbitrium ».

Et deinde ipse Bellarminus 7 Γ. /λ· *yrat.* r/ *lib.arb.* cap. II. scribit : « Voluntatem a Deo inclinari ad aliquid appetendum vel fugiendum, efficienter el physice immediato illam movendo et determinando ad unum » esse modum notatum a S.Thoma De *Verit.* q. 22. a. 8. Et infra IV. cap. HI. ‖ \ltera ratio conciliandi libertatem humanam eum cooperatione divina, et fortasse etiam probabilior, esi juxla sententiam D. Thomae, qui docet cooperationem divinam da concurrere cum secundis causis, etiam liberis, ut non solum eis dederit el conservet virtutes operatrices, sed etiam en moveat el applicet ad opus, ut cognosci potest ex I. q. 105. a. 5.. *ill. C. Gent.* cap. 70. et *De Pot.* q. 3. a. 7. Quae sententia videtur *valde consentanea :* 1° Ium Scripturae, quae dicit nos in Deo *esse, vivere, moveri;* 2" tum etiam rationi el erdini, quem habet prima causa cum secundi»; neque labo randum est in hac sententia, ut ostendamus nihil omnino fieri sine Deo. » Hactenus Bellarminus.

Unde tam Bellarminus quam Satolli, cujus verus dux el magister Bellarminus est : 1° ex una parte impugnant Moli nam, et tamen quoad rem retinent *Moliti isinnm.* eo ipso quod retinent scientiam mediam .Molinae, quam Bellarminus et Satolli baptizaverunt nomine *scientiae adm irabilis ;* et admirabilis, quia *praecedit* decreta Dei, el *sequitur* ad determinationem causarum secundarum. Scientia namque haec admirabilis est *ipsa praevisio* determinationis causarum secundarum, praesertim contingentium et liberarum.

2° *Physicam praemotionem,* quae est valde consentanea

Scripturae, et rationi, et ordini quem habet prima causa cum secundis, el cum qua non est laborandum ut ostendamus nihil omnino fieri sine Deo, dicunt illam : *a)* habere auctorem Bafiezium; *b)* esse omnino alienam a Scriptura; *c)* tollere liberum arbitrium; *d)* parum distare ab errore Calvini, vel esse omnino idem cum illo.

3° Et denique, laborant et sudant, ut ostendant « nihil omnino fieri sine Deo ». Et quomodo ostendunt? Sic :

a) « Tria, inquiunt, considerari possunt, *voluntas, actio ejus,* et *egressus* actionis a voluntate, sive relatio et habitudo actionis tamquam effectus ad voluntatem ut ad causam. Ex his tribus, *voluntas* sine dubio a solo Deo facta; *actio* quoquo fit a Deo, quamvis non solo; denique, *relatio* (egressus) proprie non fit, sed consequitur; tamen, ut est idem re cum actione, ab eo fit, a quo actio ipsa fit. Itaque nihil est quod non fiat a Deo; et tamen non dicitur Deus determinare vel applicare voluntatem ad opus, quia *relatio* illa non refertur ad Deum, sed ad *solam* voluntatem. Referretur autem etiam ad Deum, si ipse *uteretur* voluntate tamquam instrumento ad illam ipsam actionem faciendam. » (ZV. *De grat. et lib. arb.* cap. 15.)

b) « Gratia actualis et efficax non distinguitur ab ipsa virtute naturali, gratia habituali praedita, immanenter vel transeunter; sed est *illa eadem* (ut cum S. Thoma dicit Bellarminus), quatenus illa Deus *utitur* ad actionem perficiendam. » (Satolli *De dic. operat,* disp. 6. lect. 2.)

Fitne, vel non, a Deo *egressus* actionis a voluntate? Estne *egressus* actionis a voluntate *aliquid,* vel non ? Estne veruin quod *relatio* proprie non fit? Estne verum quod *egressus* actionis a voluntate est tantum *relatio* quae consequitur ? Estne verum quod *egressus* iste non refertur ad Deum ? Estne verum quod Deus *utitur* et tamen non *utitur* voluntate ad actionem ipsam faciendam ? Utrumque Bellarminus et Satolli videntur negare et videntur affirmare. Et ecce, quomodo *fructuose* ingressi sunt quandam viam mediam inter Molinam et Bafiez !

VI

Philosophi et Theologi mediam viam ingredientes inter scientiam mediam et physicam praemotionem, non valent gradi nisi declinando vol ad sinistram scientiae mediae, vel ad dexteram physicae praemotionis.

Leibnitius quidem ; quia, licet ad reddendam praescientiae Dei rationem, careri posse tam scientia media quam praede terminatione divini decreti arbitretur, docet tamen Deum cognoscere futura libera et contingentia per scientiam sim plicis intelligentiae antequam illis existenliam dare deero visset. Hoc autem quid aliud est, quoad substantiam rei. nisi *scientiam mediam* tradere?

Pecci vero; nam dum in opusculo, cui lilidie. S. *1'ommaso circa l'influsso divino e lascienza mezza,* attribuit scientiae simplicis intelligentiae cognitionem futurlbiliiini, eo quod decreta divinae voluntatis, utpote non caeca, jam praesupponunt practicam intellectus scientiam de re decreto consliliien dam, id ipsum propugnat, quod omnes Molinistae tradunt, videlicet : *scientiam mediam esse necessariam Deo ad decreta sapienter formanda !* (Vide supra cap. pag. 15(1 et 175.)

Satolli etiam; quoniam dum *De die. operat,* d .p. (i. lecl. 2. affirmat cum Bellarmino, quod « non esso! mirabile Deum omnia praenoscere si omnia praedeterminarel ; et si videret semitas nostras in voluntate sua praedelerminante omnia, non diceretur (Deus) scrutari corda nostra el investigare semitas, sed intueri voluntatem suam ». veram scientiam mediam propugnat atque affirmat. Atque, dum ibidem asserit « Deum videre futuras actiones liberas in seipso, prout comprehenditur humana voluntas, quam *vult Deus ut se electione hac vel illa determinet » :* quid aliud asserit nisi

quod I'ens futuras actiones liberas praedeterminat? Quod enim l'eus in suo velle videt, in suo decreto cognoscit.

Paquet similiter, dum *De Deo uno* disp. 4. q. 1. a. 6. concludit : " igitur, proprie loquendo, non in decretis suis, sed magis in ideis, supposita voluntate, cognoscit Deus futura contingentia » : quid aliud concludit nisi quod Deus cognoscit futura contingentia in decretis suis? Nam Deum cognoscere aliquid in ideis, prout ideae habent adjunctam voluntatem, est in suis divinis decretis cognoscere. Unde ibidem scribit : « Sententia, quam merito dices *Cajetano-Thomisticam,* habet Deum praenoscere futura contingentia in sua essentia, supposito actu divinae voluntatis, ex se, sine ope scientiae mediae, statuentis positive aut permissive quod futurum sit sub debita Dei cooperatione. » Haec itaque sententia merito etiam dici potest *Baheziano-Thomistica :* quoniam est sententia Thoinistica D. Thomae, quem hac in re tam Banez quam Cajetanus similiter interpretantur.

Janssens pariter, dum « concursum siinultaneum aliqualiter admittit in actibus moralibus malis », est *aliqualiter* etiam Molinista. Dum autem de « scientia quadam media, quae aliqua ratione teneri possit » loquitur, etiam est Molinista aliqua ratione. Dum vero tradit Deum « *morali certitudine* fuluribilia in causis, positis adjunctis, videre », esi verus Congruista Sorbonicus. Dum praeterea ait, quod « Deus summus motor debet agere, ut facultas (liberae voluntatis) possit se determinare et se determinet; inde auxilium concursus praevii et simultanei » : tunc videtur esse *Banezianus.* Dum porro « praesentialitatem contingentium futurorum sive eorum aeternitati coexistentiam *unicum medium,* in quo Deus infallibiliter omnia futura contingentia cognoscat ». proclamat : tunc a P. Janssens « praescientia Dei concipitur *neluti oculus in sublimi positus* ». Verumtamen, quoniam cum nec oculus in sublimi positus aliquid valeat revera videre nisi revera in parte inferiori sit etiam aliquid positum, idcirco P. Janssens statim declarat, quomodo praesentia futurorum in aeternitate Dei sit *unicum medium,* ita dicens :

« Non ideo tamen praosentialitatem a divina operatione semovemus. » Sed tunc iterum P. Janssens redit et confugit ad *BaUezianismum* ab ipso Cajetanot raditum I. q. 14. a. 13. sub his verbis : « Dicimus namque, quod aliquid repraesentant (ideae divinae) mere naturaliter, puta *quidditates*rerum ; et aliquid non mere naturaliter, sed naturaliter ex suppositione libera, sc. *existentias* rerum el conjunctiones contingentes. Illa enim repraesentant ante omnem actum voluntatis divinae: ista autem, supposita *libera determinatione* divinae voluntatis ad alteram pariem contradictionis. » Haec Cajetanus.

Terminus itaque hujusmodi viae inediae necessario est vel scientia media vel physica praemotio. Via denique media, quam ingressi sunt Satolli, Paquet cl Janssens, his tribus gradibus seu stationibus constat :

1° *Quoad cognitionem futurorum contingentium.* Paquet *De Deo uno* disp. 4. q. J. a. 7. : « Deum praecognoscere futura contingentia *non ante actum Uberum* divinae voluntatis, ac proinde sine ope scientiae mediae; *nec post actum liberum,* ac proinde sine decretis praedeterminanlibus; sed *cum actu libero* divinae voluntatis. »

9° *Quoad praedestinationem.* — Paquet *De Deo uno* disp. 6. q. 2. a. 3. : « *Non ex praevisis meritis,* aut *post praevisa merita,* neque absolute *ante ipsa,* sed potius *cum meritis* infallibiliter futuris censendus est Deus electos gratuito praedestinare ad gloriam. Prima pars dirigitur contra Molinistas audentiores... Secunda pars, contra temperatiores Molinae asseclas... Tertia pars, contra Banezianos... Quarta pars... quam Cl. Satolli egregie tuetur... et verior habetur, nempe : praedestinationem esse, unico rationis momento objective, gloriae cum meritis infallibiliter futuris sub suavi, at intimo polentissimoque providentiae influxu. »

1 P. Janssens *De Deo uno* q. 23. *De praedest.* a. 5. quaerit : « Nonne potest media teneri doctrina inter praedestinationem antecedentem vel consequentem ad merita praevisa, quatenus simul, in uno eodemque rationis momento Deus praedestinat gloriam cum

3" *Quoad divinam motionem.* — Juxta Satolli, Paquet et Janssons, divina motio, qua Deus movet hominis voluntatem ad agendum, est : *a)* « motio cooperativa intrinsece propriat*, uniuscujusque actioni ; » *b)* « modificatur ex natura causae secundae, *non re,* sed *ratione;* » *c)* « providus influxus... per modum intimae ac de se efficacis cooperationis, quae media sistat inter praedeterminationem physicam et concursum indifferentem scientiae mediae innixum ; » *d)* « efficiens, ut voluntas secundum modum suum se determinet. » Ita Satolli. Paquet et Janssens, ut patet ex dictis supra IV.

Jam vero, movetne Deus voluntatem ex parte potentiae, ea ex parte qua voluntas agens est, modificando active et efficienter ipsam potentiam voluntatis, ita quod actio libera et liberae actionis *initium* sit a Deo, mediante voluntate, an non? Si primum, habetur physica praemotio; si alterum, concursus indifferens scientiae mediae innixus.

Similiter, habetne praedestinatio cum praevisis meritis aliquam rationem ex parte ipsius praedestinati, an non? Si primum, habetur praedestinatio ex praevisis meritis seu post merita praevisa; si alterum, praedestinatio omnino gratuita ante praevisa merita.

Ac pariter, ratio cognoscendi futura cum actu libero divino, estne ipsa libera determinatio divinae voluntatis ad alteram partem contradictionis: vel e contra, libera determinatio ipsius voluntatis humanae ? Si primum, habetur decretum divinum et physica praemotio; si vero alterum, scientia media. Quaecumque igitur sit via, qua theologus ac philosophus ambulare intendat, ad terminum viae cum pervenerit, vel ad scientiam mediam vel ad physicam praedeterminationem recursum habere cogitur.

Campanella fugam capere studet inter utrumque extremum. — *De praedest.* cap. 5. a. 3. : « Ergo nec decretum nec

meritis? Resp. Id quidem propugnant Card. Satolli et Cl. Paquet, vestigia ejusdem fortiter de more premens. Sed in hac sententia nobis distinguendum esse videtur... » Et in uno sensu « non contradicit » ; et in alio, negat. Vide, si libet.

scientia media sunt ad rem... Ex sola coexistentia damus Deo certitudinem scientiae futurorum... Quomodo Deus novit existentias ante decretum? Respondeo : Quod scientia simplicis intelligentiae noscuntur *actualia* et *possibilia,* et quod *eœistentiae* sint *aliquae quidditates.* quas Deus praenoscit; alias proficeret in scientia ex productione rerum. » Unde Campanella ex eo, quod Deus cognoscit *essentias* rerum ante decretum sive ante actum liberum suae voluntatis, infert, quod simili modo cognoscit rerum *eaistentias ;* ne perinde, *actualia* sicut *possibilia* scientia simplicis intolli gentiae noscuntur a Deo. Quare ? Quia *ea-isten/iae* sunt *essentiae,* suntque rerum *quidditates ;* el si Deus eas non praenosceret, ex productione rerum in exislenlia Deus in scientia proficeret: quod est absurdum, Ergo nec decretum nec scientia media sunt necessaria ad reddendam rationem, quare futura contingentia sunt praesentia in speculo aeternitatis.

D. Thomas viam Campanellae intercludit. \<1 haec respondet D. Thomas I Tim. (>. Icci. ;i. ubi declarans illa verba Apostoli : *Qui solus* (Deus) *habet iminortalitaleni et lucem habitat inaccessibilem,* ail : Illud, quo aliquid cognoscitur quocumque modo, dicitur lux. I numquodque. autem cognoscitur per suam formam el secundum quod est actu; unde quantum habet de forma et actu, tantum habet de luce. Res ergo, quae sunt actus quidem, sed non purus, lucentia sunt, sed non lux. Sed divina essentia, quae est actus purus, est ipsa lux. Deus autem habitui apud se. et haec lux est inaccessibilis, id est, non visibilis oculo carnis, sed intelligibilis. El tamen nullus intellectus creatus potest ad eum accedere... Nullus intellectus creatus per propria naturalia attingit ad cognoscendum *id quod est* Deus. Et ratio hujus est, quia nulla potentia potest in aliquid altius suo objecto, sicut visus ad altius colore. Proprium autem objectum intellectus est *quod quid est ;* unde, quod superat *quod quid est,* excedit proportionem omnis intellectus. In Deo autem non est aliud *esse* et *quidditas* ejus. » Et

//. *tient.* cap. 53. : « In quocumque enim inveniuntur *aliqua duo,* quorum unum est complementum alterius, proportio unius ad alterum est sicut proportio potentiae ad actum; nihil enim completur nisi per proprium actum. In substantia autem intellectuali creata inveniuntur *duo,* sc. *substantia ipsa* et *esse* ejus, ut ostensum est cap. 52. : ipsum autem *esse* est complementum substantiae existentis... Ipsum igitur *esse* inest substantiis creatis, ut quidam actus earum. *Id* autem, cui actus inest, *potentia* est... Ex quo relinquitur, quod in qualibet substantia creata sit compositio actus et potentiae. » Et *De Pot.* q. 7. a. 2. : « Oportet ergo esse aliquam causam superiorem omnibus, cujus virtute omnia causent *esse,* et ejus *esse* sit proprius effectus. Et haec causa est Deus. Proprius autem effectus cujuslibet causae procedit ab ipsa secundum similitudinem suae naturae. Oportet ergo quod hoc, quod est *esse,* sit substantia vel natura Dei. »

Ergo in solo Deo non est aliud *esse* et *quidditas* ejus; el hoc quod est *esse,* est substantia vel natura Dei. In omnibus autem praeter Deum inveniuntur duo, quorum aliud est *substantia* ipsa, et aliud est *esse* ejus. Unde in creaturis *esse* non est essentia vel quidditas, nec essentiae pars ; *esse* non est substantia creaturae vel natura ejus, sed est complementum substantiae existentis. et inest substantiis creatis ut quidam actus earum.

Ergo in solo Deo existentia est essentia ; et *quod quid est,* est *esse.* In omnibus vero aliis existentia non est essentia, non est ipsa rerum quidditas ; sed *esse* superat *quod quid est* omniun creaturarum. Creaturae namque sunt actus quidem, sed non purus; lucentia sunt, sed non lux. Divina essentia, utpote ipsum *esse* subsistens, est actus purus, est ipsa lux. Quapropter in solo Deo est necessitas essendi, et sunt idem esse et posse esse, et minime dari potest indifferentia ad non essendum ; quoniam in solo Deo essentia est esse. Ad rem Cardinalis Cajetanus in suis *Commentariis* supra opusc. *De ente et essentia* cap. 5. q. 11. : « Falsum est, quod *esse* sit indifferens ad *esse* et *non esse,* et *essentia* ad *essentiam* el *non essentiam ;* nihil enim est indifferens ad aliqua duo.

quorum alterum sibi determinat in sua definitione; constat autem, quod *esse* est de intellectu *esse,* et *essentia* de intellectu *essentiae.* Quod autem esse rosae in hieme non sit. sed in vere, hoc ideo est quia essentia rosae, rui semper sua praedicata quidditativa adsunt, ad artum essendi non pervenit, et non ideo quia ipsum *esse* sil indifferens. Cum autem addit (Scotus), quod essentia est indifferens ad essentiam et non essentiam, quia non est ab aeterno, non videtur intelligere vocem propriam; ex negatione enim actus essendi ab aeterno bene sequitur, quod rosa sit indifferens ad *esse* el *non esse,* sed non quod sit indifferens ad *rosam* et *non rosam.* Ut enim dicunt Alpharabius, Avicenna, Algazel el Albertus, sive rosa sit sive non sit, semper est *rosa,* el semper est *substan tia corporea,* etc., si in aliquo termino mensurae in his uti licet. »

Ergo ratio *possibilitatis* et *continyentiae* in creaturis oritur ex eo. quod in illis aliud est *esse* et aliud *substantia* vel *natura ;* et nulla natura vel essentia rerum ex sc, vi sui. claudit actum essendi, sed est dumtaxat essendi *potentia,* quae absque essendi actu est *objectiva* seu mera non repu gnantia rei ad existendum ; si vero ad actum essendi jam pervenit, est et dicitur *potentia subjectiva,* cui inest ipsum *esse,* ut quidam actus in linea entis. Etenim id,cui actus inest, potentia est ; ex quo relinquitur, quod in qualibet substantia creata est compositio realis actus et potentiae. Undo essentiae rerum dicuntur *possibiles* per comparationem ad actum essendi, quem, cum non habeant, habere tamen possunt, quoniam essendi sunt *potentiae;* et dicuntur *actuales,* cum jam ad actum essendi, cujus sunt capaces, pervenerunt el habent ; ac tunc in omni substantia creata inveniuntur duo. videlicet, substantia ipsa et esse ejus; ipsa substantia est potentia subjectiva vel realis sub actu essendi : ipsum autem *esse* est complementum substantiae existentis.

Sicut autem ex hoc, quod in omni substantia creata inveniuntur *duo,* nempe substantia ipsa el esse ejus, ideo omnis substantia creata possibilis est esse et non esse : ita ex hoc ipso, quod in omnibus praeter Deum substantia et esse sunt

duo, omnia indigeni causari et ad actum essendi perduci. I nde I). Thomas *I. C. Gent.* cap. 22. : « Omne autem quod convenit alicui, quod non est de essentia ejus, convenit ei per aliquam causam. Ea enim, quae per se non sunt *unum,* si conjunguntur, oportet per aliquam causam uniri. *Esse* igitur convenit illi *quidditati* per aliquam causam. » Ideo realis compositio esse et essentiae in rebus est suprema ratio, quare omnia indigent fieri secundum totam suam entitatem ab uno, qui est Deus, cujus substantia vel natura est *esse.*

Omnia, itaque, praeter Deum indigent, ad hoc quod sint, ul ipsorum *essentia* perducatur ad *esse,* et ul *esse* compleat *essentiam* quae est potentia essendi. Quod passim affirmat ac declarat D. Thomas *I. C. Gent.* càp. 22. : « Omne illud, quod non potest esse nisi concurrentibus pluribus, est compositum : sed nulla res. in qua est aliud essentia et aliud esse, potest esse nisi concurrentibus pluribus, sc. *essentia* et *esse.* Ergo omnis res. in qua est aliud essentia et aliud esse, est composita. » Et *De Pot.* q. 3. a. 5. ad 2. : « Ex hoc ipso, quod quidditati *esse* attribuitur, non solum *esse,* sed ipsa *quidditas* creari dicitur; quia antequam *esse* habeat, nihil est, nisi forte in intellectu creantis, ubi non est creatura, sed creatrix essentia. » Atque ibid, a. 1. ad 17. : « Dicendum, quod Deus, simul dans *esse,* producit *id* quod *esse* recipit; et sic non oportet quod agat ex aliquo praeexistenti. » Ac rursus, 1. q. 44. a. 2. ad 3. : « Licet enim omne creatum sit in actu, non tamen est actus purus. Unde oportet, quod etiam *illud,* quod se habet ex parte *potentiae,* sit creatum, si totum, quod ad *esse* ipsius pertinet, creatum est. » Et iterum *Q.uodl.* 3. a. 1. : « Omne enim quod est actu, vel est ipse actus, vel est potentia participans actum. » Et *Quodl.* 2. a. 3. : « Si ergo in angelo est compositio ex essentia et esse, non tamen est compositio sicut ex partibus substantiae, sed sicut ex *substantia* et ex *eo* quod adhaeret substantiae. »

Non igitur in creatis *existentiae* sunt *quidditat.es;* sed realiler distinguuntur. Nec proprie et in veritate philosophica loquendo, potest dici quod *existentiae* rerum sunt in statu

possibilitatis; nam existentia esi actus essentiae, per quem ipsa essentia redditur actualis ac ponitur in statu aclualitatis. Nec Deus ex productione rerum proficit in scientia; sed Dei scientia, secundum quod habet voluntatem conjunctam, est causa rerum. Sic enim scientia Dei se habet ad omnes res creatas, sicut scientia artificis se habet ad artificiata. Scientia autem artificis est causa artiflciatoruni, eo quod artifex operatur per suum intellectum (I. q. 14. a. 8.)

Ergo ex eo, quod *possibilia* scientia simplicis intelligentiae a Deo noscantur ante decretum suae liberae voluntatis, male inferi Campanella, quod ante decretum noscantur quoque scientia simplicis intelligentiae *actualia.* Nam hoc idem est ac dicere, quod res transeunt de *statu possibilitatis* ad *statum actualitatis* absque libera Dei voluntate. Asserere, quod Deus novit *existentias* rerum ante decretum, sicut cognoscit *essentias* vel *quidditates,* est confundere *ideam,* prout in mente divina ponitur, secundum quod est principium factionis rerum, cum *idea* secundum quod est principium cognoscilivum tantum ; *ideam* secundum quod est rerum exemplar, cum *idea* secundum quod est tantum ratio rerum; et ea quae cognoscit Deus per modum speculationis, cum his quorum Deus habet praeterea cognitionem practicam ; est denique confundere scientiam Dei quae dicitur *necessaria,* cum scientia quae dicitur *libera.* Quod est asserere Deum esse causam efficientem rerum necessariam, et negare quod Deus bonitate sua et omnipotenti virtute, liberrimo consilio suo simul ab initio temporis omnes de nihilo condidit creaturas. (1. q. 14. et q. 15. et q. 19.; Cone. Vat. *De fide cath.* cap. 1. el Canones *De rerum omnium Creatore* can. 5.)

Unde, tam in ordine essendi quam in ordine operandi omnium creaturarum, etiam earum quae libere se determinant ad operandum et libere operantur, oportet reddere rationem, quare ex infinitis possibilibus quaedam sunt in praesentia aeternitatis, et quaedam non sunt ; quaedam vel sunt, vel erunt, vel fuerunt in suo proprio esse, quaedam vero numquam erunt nec ullo tempore lient. Utique,

ex *coexistentia* in speculo aeternitatis damus Deo certitudinem scientiae futurorum ; sed non ex sola coexistentia; quoniam : 1" non omnia *coexistant;* 2° et ipsa quae coexistunl. non nisi Dei voluntate ab omni necessitate libera coexistunl. Quomodo ergo Deus novit *existentias?* Ante decretum vel post decretum? Si ante decretum, oportebit recurrere ad scientiam mediam : si vero post decretum, ad ipsam determinationem liberae Dei voluntatis.

Non datur ergo via media inter scientiam mediam et physicam praemotionem ; ac per quamcumque viam pergant philosophi et theologi, ut rationem reddant eorum quae contingenter eveniunt atque libere fiunt, illos tandem veluti ad *non plus ultra* viae pervenire necesse est : *a)* vel ad liberam determinationem voluntatis creatae ad alteram partem contradictionis ; *b)* vel ad liberam determinationem divinae voluntatis, sub qua omnes causae secundae, etiam liberae, comprehenduntur, et quae est causa universalissima, profundens totum ens et omnes ejus differentias.

Prima est via *scientiae mediae ;* altera vero, via *physicae· praemotionis.*

EPILOGUS

Via physicae praemotionis est vera ac recta philosophiae Christianae via, per quam bonae actiones nostrae liberae in Deum, ut in causam efficientem primam, totaliter reducuntur.

§ 1

Quia per viam scientiae mediae non pervenitur u<l Deum tamquam ad causam primam eflicicntcm.

Ex hactenus dictis non datur via media inter Molinum et D. Thomam, sive inter scientiam mediam el praeimdionem physicam. Jam vero, perviam scientiae mediae ac pur con cursum simultaneum scientiae mediat· innixum pervenitur, veluti ad terminum viae, non quidem ad voluntatem Hei, sed ad ipsam hominis voluntatem sesc determinantem ad alleram contradictionis partem ante omnem liberum divinae volun tatis actum. Per hanc siquidem viam, loco componendi divi nam causalitatem cum rationalis creaturae libertate, corrumpitur potius ac deformatur propria utriuxque essentialis ratio. Scientia enim media ac simultaneus concursus auferunt a Deo rationem causae primae tam in ordine naturae quam in ordine gratiae, et rationem proinde primi liberi, supremumque illius in nostras voluntates dominium ; simul atque inducunt in ordine causarum quoddam Manichaeismi genus, quatenus duo stabiliuntur principia, quorum alterum ad alte-

rum non reducitur, nee sub illo in linea agendi perfecte subordinatin': Deus, videlicet, ac liberum hominis arbitrium. Per hanc quippe viam pervenitur quidem ad Deum *praesciente»).* sed non ad Deum *efficientem;* ac perinde nec ad Deum ut praescientem revera pervenitur, eo ipso quod scientia media tollit certitudinem et perfectionem divinae scientiae. Nam, ut D. Thomas docet 1. q. 14. a. 11. : « In tantum se extendit scientia Dei. in quantum se extendit ejus causalitas. » El iterum ibid. q. 57. a. 2. : « Secundum quod causal, sic et cognoscit; quia scientia ejus est causa rei, ut ostensum est q. 14. a. 8. » Quae quidem omnia aperte liquent ex allegatis et probatis per integram hanc *Partem Tertiam.*

§ 2

Quia <!e ratione causae primae efficientis est quod ab ipsa omnes prorsus causae secundae, etiam liberae, physice ad operandum praemoveantur.

Ad rationem namque essentialem causae primae, qui solus Deus est, pertinet : 1° physice praemovere seu reducere de potentia in actum omnes alias efficientes causas; 2° elevare illas ad operandum per virtutem transeunter communicatam, quemadmodum instrumenta a principali agente, dum moventur, elevantur; 3° sic movendo el elevando omnia agentia per participationem active seu effective determinare, eisque omnibus modum el ordinem imponere; 4° conferre etiam libere agentibus et per proprium judicium actus suos determinantibus *esse,* et *posse,* el *agere,* et *hoc ipsum* quod seipsa ad agendum moveant; 5° efficere immediate immediatione virtutis omne ens quod quocumque modo est, ita quod non solum ea quae fiunt, sed etiam ipse modus fiendi cadat sub efficientia Dei, qui est universalis causa totius entis. Singula haec declarata manent per lotam *Partem Secundam,* praesertim vero in cap. 10. ubi controversia de divino influxu in suas altiores causas seu rationes supremas ex data opera resolvitur.

§ »

Viioniam, sicut es reali compositione potenline et netus iu linea entis omnia indigent causari ut sint, ita cx rcali compositione potentiae et actus in linea operandi omnia indigent physice seu efficienter praemoveri ut operentur.

In linea enim entis omnia constant actu et potentia, praeter unum quod est primus actus, ac proinde actus purus. 1). Thomas *Quodl.* 3. a. 20. : « Omnis enim substantia creata est composita ex potentia et actu; manifestum est enim, quod solus Deus est suum *esse,* quasi essentialiter existons, in quantum sc. suum *esse* est ejus *substantia :* quod de nullo alio dici potesl. *Esse* enim *subsistens* non potest esse nisi unum, sicut nec albedo subsistens non potest esse nisi una. Oportet ergo, quod quaelibet alia res sit ens participative, ita quod aliud sil in eo *substantia* participans *esse.* et aliud ipsum *esse* participatum. Omne autem participans se habet ad participatum sicut potentia ad actum ; unde substantia cujuslibet rei creatae se habet ad suum *esse.* sicut potentia ad actum. Sic ergo omnis substantia creata est composita ex potentia et actu, id est, ex *eo quod est.* et *esse ;* sicut album componitur ex *eo quod est album,* et *albedine...* Dicendum, quod potentia et actus sunt prima principia in genere substantiae : materia autem el forma sunt prima principia in genere substantiae mobilis. » Et *Quodl.* 12. a. 5. : « Primus autem actus est *esse subsistens* per se ; unde completionem unumquodque recipit per hoc, quod participat *esse.* Unde *esse* est complementum omnis formae, quia per hoc completur quod habet *esse,* et habet *esse* cum esi actu : et sic nulla forma est nisi per *esse.* »

Ex reali autem compositione, essentiae et exislentiae, vel substantiae et *esse* quod esi substantiae actus, necesse est quod omnia, quae quocumque modo sunt, sint facta secundum totam suam entitalem a Deo, qui est ens per essentiam : 1° « Quia id quod est per se, est causa eorum quae per se

non snnt. Unde *esse* perse *subsistens* est causa omnis *esse* in alio *recepti.* » *(Quodl. 'I.* a. 1. ad 1.)2° Quia « *esse* per se stans est idem cum substantia aeterni ; *esse* autem creatum non est per se stans, quia est aliud a substantia creati. » (ibid. 10. a. 4.) Et ideo compositum ex substantia et esse· indiget causa componente ac conjungente ista duo, ex quibus, tamquam ex primis principiis, omnia constituuntur in linea entis et in genere substantiae. 3° Quia si ea quae participant. *esse,* et non sunt suum *esse,* non indigerent causari ut essent, jam non essent entia per participationem ; et si non causarentur ab ente per essentiam, non essent *entia ;* nec ens per essentiam, per essentiam esset ens, si aliquod ens dari possit quod ab eo non esset factum. (1. q. 44. a. 1. et q. 61. a. 1.i

Simili quoque modo et propter easdem rationes, in solo Deo, cujus substantia est *esse,* intelligere et velle est ejus substantia; et sicut suum intelligere est suum esse, ita et suum esse est suum velle. Unde solus Deus est ens per essentiam, et agens primo et per se, et actus purus tam in ordine essendi quam operandi. (I. q. 14. a. 2. et q. 19. a. 1.) Cetera omnia indigent causari ut *sint;* indigent physice moveri, ut *operentur.* Nequeunt esse, nisi eorum essentia perducatur ad actum essendi ; et nequeunt operari, nisi eorum operative potentia perducatur ad actum operandi. In linea entis indigent *fieri ;* quia in eis aliud est esse, et aliud essentia quae est potentia essendi. In linea agendi indigent *agi* a primo actu ; quia in eis aliud est operatio, et aliud virtus quae est potentia operandi. Et sicut in linea entis *esse* est- complementum substantiae existentis, ita in linea causae efficientis- physica praemotio est complementum virtutis agentis. Et sicut solus Deus potest propria virtute conjungere in unum essentiam et esse, ex quibus resultat *existens,* sic virtus agentis primi, qui est solus Deus, potest conjungere virtutem causae secundae cum suo proprio effectu et sua operatione, ex quibus resultat *agens* seu *efficiens.* Unde *esse* est proprius effectus Dei, quia in solo Deo substantia vel natura est *esse ;* et physica praemotio nihil aliud est nisi *vis,* qua omnes causae secundae operantur ad *esse,* sicut instrumenta

«ausae primae. Unde D. Thomas I-II. q. 109. a. 1. : « Et ideo, quantumcumque natura aliqua, corporalis vel spiritualis, ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere nisi moveatur a Deo.·»

II

Via physicae praemotionis est via D. Thomae.

§ 1

Hoc patet -ex quinque viis, quibus Deum esse probari potest.

D. Thomas enim 1. q. 2. a. 3. ad 2. : « Cum natura propter determinatum flnem operetur ex directione alien,jus superioris agentis, necesse est ea quae a natura fiunt, etiam in Deum reducere sicut in primam causam. Similiter etiam, •quae ex proposito flunt, oportet reducere in aliquam altiorem causam, quae non sit ratio et voluntas humana ; quia haec mutabilia sunt et defectibilia. Oportet autem omnia mobilia et deficere possibilia, reduci in aliquod primum principium immobile et per se necessarium, sicut ostensum est in cor pore articuli. » Ergo ratio et voluntas humana, sive homo agens per liberum arbitrium, quae est facultas voluntatis el rationis, est revera causa secunda libera, sed causa secunda, causa media, quae collocari debet in prima, secunda, tertia, quarta et quinta via, sub Deo, qui est primum liberum movens immobile, et primum efficiens liberum, et primum liberum omnem contingentiam ac defeclibilitatem excludens, et liberum per se, et *primus intellectus et volens, sub quo ordinantur omnes intellectus et roluntates sicut instrumenta sub principali agente. (III. C. Gent.* cap. 147.) Liberum namque arbitrium creatum : 1" non est actus purus ; 2° habet rationem causae instrumenlalis ; 3° est liberum per participationem; 4° est causa subordinate Deo primo libere volenti ; 5° et ex viribus naturalibus nullam habet potentiam -ad opera supernaluralia vitae aeternae nisi potentiam obe-

dientialom. Quae quidem omnia habentur probata ex dictis in *Parte Secunda* cap. 3. p. 122 sqq. et cap. 10. p. 355, 372 el 375.

§ 2

Patel etiani ex dupliçi modo quo, juxta D. Thomam» Dens movet voluntatem creatam.

Angelicus enim Doctor constanter distinguit duplicem modum divinae motionis; quorum alter dicitur *ab objecto,* per *modum finis, ab exteriori,* per *modum suadentis ;* alter vero dicitur per *modum interioris agentis, ab interiori, ex parte ipsius potentiae,* per *modum* causae efficientis, *perficientis.* Istud duplex divinae motionis genus respectu voluntatis creatae expresse ac conceptis verbis tradit D. Thomas, loquendo ex professo de hac materia, ut videri potest 1. q. 105. a. 4. et q. 106. a. 2. et q. 111. a. 2.; *De Verit.* q. 22. a. 9. et *De Malo* q. 3. a. 3. et alibi. Atque praeterea adnotat S. Doctor, quod quamvis utroque modo proprium sit Dei movere voluntatem, quatenus voluntas, quae moveri potest sicut ab objecto a quocumque bono, non autem sufficienter et efficaciter nisi a Deo ; attamen movere secundo modo voluntatem, interius eam inclinando atque illam intus immutando, est : 1° « maxime proprium Dei ; » 2° « nullo modo potest moveri nisi a Deo ; » 3° « solius Dei est sic immutare voluntatem; » 4° « et sic solus Deus efficaciter potest movere voluntatem. » De hoc secundo modo movendi voluntatem ail D. Thomas *De Verit.* q. 22. a. 9. : » Ex parte quidem voluntatis mutare actum voluntatis non potest nisi quod operatur intra voluntatem ; et hoc est ipsa voluntas et id quod est causa *esse* voluntatis; quod, secundum fidem, solus Deus est. Unde solus Deus potest inclinationem voluntatis, quam et dedit, transferre de uno in aliud, secundum quod vult » El ibid. a. 8. : « Sicut omnis actio naturalis est a Deo, ita *omnis actio* voluntatis, in quantum est *actio,* non solum est a voluntate ut immediate agente, sed a Deo ut a primo agente, qui vehementius imprimit; unde sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita, et multo amplius.

Deus. » Et *De Malo* q. 3. a. 3. : « Relinquitur ergo, quod causa perficiens et propria voluntarii actus sit. solum id, quod operatur interius. Hoc autem nihil aliud esse potest quam ipsa voluntas sicut causa secunda, et Deus sicut causa prima. Cujus ratio est, quia actus voluntatis nihil est aliud quam inclinatio quaedam voluntatis in volitum. sicul el appetitus naturalis nihil est aliud quam inclinatio naturae ad aliquid. Inclinatio autem naturae est et a forma naturali et ab eo quod dedit formam ; unde dicitur, quod motus ignis sursum est ab ejus levitate, et a generante quod talem formam crea vit. Sic ergo motus voluntatis *directe* procedit a voluntati' et a Deo, qui est voluntatis causa, qui solus in voluntate operatur et voluntatem inclinare potest in quodcumque, voluerit. » Haec igitur est *physica, praemotio,* qua voluntas movetur a Deo et a solo Deo, eo modo quo movetur quantum ad exercitium actus, et cujus essentiales characteres et effectus formales in ipsa potentia voluntatis declarantur in *Parte Secunda* cap. 4. et 5.

§ 8

Patet quoque ex huc quod actus humanus habet quod sit liber, tamquam ex prima radice, ex efficacia divinae voluntatis.

Juxta sublimem doctrinam D. Thomae *I. Periher.* lect. 14. : « Intelligere divinum et velle ejus est ipsum *esse* ejus. Unde, sicut *esse* ejus sua virtute comprehendit omne illud quod quocumque modo est, in quantum sc. est per participationem ipsius, ita etiam suum *intelligere* et suum *intelligibile* comprehendit omnem cognitionem el omne cognoscibile: et suum *celle* et suum volitum comprehendit omnem appetitum et omne appetibile, quod est bonum... Nam voluntas divina est intelligenda ut extra ordinem entium existens, velut causa quaedam profundens totum ens et omnes ejus differentias. Sunt autem differentiae entis possibile et necessarium ; et ideo ex ipsa voluntate divina originantur necessitas et contingentia in rebus, et distinctio utriusque secundum rationem proximarum causarum. » Et

I. q. 1!). a. B. : « Gum igitur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea quae Deus vult fieri, sed el quod eo modo fiant quo Deus ea fieri vult. Vult autem quaedam fieri Deus necessario, quaedam contingenter, ut sii ordo in rebus, ad complementum universi... Non igitur propterea effectus voliti a Deo eveniunt contingenter, quia causae proximae sunt contingentes ; sed propterea, quia Deus voluit eos contingenter evenire, contingentes causas ad eos praeparavit. » Unde S. Thomas deducit ex efficacia divinae voluntatis, sicut ex prima radice, nostram actualem libertatem. Ut *actus libere fiat et contingenter,* non provenit solum ex secunda causa libera et contingenti, quia alias talis actus liber eveniret praeter Dei intentionem et voluntatem ; sed provenit primo et principaliter, tamquam ex prima causa, ex ipsa efficacia divinae voluntatis, quae se extendit ad actum et ad modum quo actus fit; quae ob efficaciam suam et vult quod actus a voluntate hominis fiat, et cum omni sua libertati* fiat; et utrumque vult et utrumque causât, et substantiam actus et modum ejus liberum ; et propterea, quia Deus voluit actus creaturae rationalis libere et contingenter evenire, liberas ac contingentes causas ad eos praeparavit. Velle Dei comprehendit omnem voluntatem ; ipse modus libertatis cadit sub motione divina ; et loco destruendi libertatem actus, facit illam ; et quod est mirandum in hac controversia, unde Molina et Molinistae intendunt argumenta instruere contra physicam praemotionem utpote e medio tollentem liberum arbitrium, inde D. Thomas assumit argumentorum solutionem atque fundamentum adversariorum evertit, sic I. q. 19. a. 8. ad 2. dicendo : « Ex hoc ipso, quod nihil voluntati divinae resistit, sequitur, quod non solum fiant ea quae Deus vult fieri, sed quod fiant contingenter vel necessario, quae sic fleri vult. » Et I-II. q. 10. a. 4. ad 1. : « Voluntas divina non solum se extendit ut aliquid flat per rem quam movet, sed ut etiam eo modo flant quo congruit naturae ipsius. Et ideo magis repugnaret divinae motioni, si voluntas ex necessitate moveretur, quod suae naturae non competit, quam si moveretur libere, prout competit suae naturae. *

Et *II. Sent.* dist. 37. q. 2. a. 2. ad 3. : « Deus dicitur causa bonarum operationum non solum quantum ad essentiam actus, sed etiam quantum ad perfectionem secundum quam bonae dicuntur ; utrumque enim agenti influit, et *ut agat,* et *ut bene agat.* » At de bis tracta Ium est in *Parte Secunda.* praecipue in cap. 8. et 9.

§ 4

Patet praeterea ex duplici modo quo liberum arbitrium creatum se habet ad utrum librt.

D. Thomas *1. C. Gent.* cap. 82. : « Ad ulrumlibe.l enim •esse alicui virtuti potest convenir·* dupliciter uno modo, ex *parte sui;* alio modo, ex *parte ejus ad guod dicitur.* Ex parte quidem sui, quando nondum consecuta est .suam perfectionem, per quam *ad unum determinetur ;* unde hoc in imperfectionem virtutis redundat, el ostenditur esse *potentialitas* in ipsa... Ex parte autem ejus nd quod dicitur, invenitur aliqua virtus ad utrumlibet esse, quando perfecta operatio virtutis a neutro dependet, sed tamen utrumque esse potest... Hoc autem ad imperfectionem virtutis non pertinet, sed magis ad ejus eminentiam... Sic autem est in divina voluntate, respectu aliorum a se. » El *///. Gent.* cap. 73. : « Ln rebus autem inanimatis, causarum *eontin gentia* ex imperfectione et defectu est; secundum enim suam naturam sunt *determinatae ad unum effectum...* Quod autem voluntas sit *causa contingens,* ex ipsius perfectione provenit, quia non habet virtutem limitatam ad unum, sed habet in potestate producere bun·· effectum vel illum : propter quod est *contingens ad utrumlibet.* » Si omnia haec cum doctrina tradita a 1). Thoma I. q. 19. a. 8. nd 5. conferantur, aperte liquebit in quo conveniant et in quo differant liberum arbitrium creatum et liborum arbitrium divinum; et quare liberum arbitrium creatum indiget semper physice praemoveri a Deo, qui est primum liberum. Utique, voluntas nostra se habet ad utrumlibet, et voluntas divina etiam se habet ad utrumlibet : et tamen voluntas

divina non potest dici *contingens ad utrumlibet,* sicut dicitur et dici debet voluntas libera creaturae rationalis. Et cur tam varie? Quoniam, licet esse contingens ad utrumlibet ex ipsius voluntatis creatae perfectione proveniat, attamen secum portat illam imperfectionem primi modi esse ad utrum libet. Unde sequitur, quod : 1° in libero arbitrio creato est *potentialitas;* a voluntate autem divina omnis potentialitas excluditur: 2° liberum arbitrium creatum est causa contingens: voluntas autem divina est causa libera, sed non contingens; 3° liberum arbitrium creatum ex se habet carentiam actus et indiget transire de posse eligere ad actum eligendi ; voluntas autem divina semper et ab aeterno est in actu ; 4° ex libero arbitrio creato nulla sequitur actio nisi ab aliquo alio inclinetur ad unum ; voluntas autem divina, quae ex se necessitatem habet, determinat seipsam ad volitum, ad quod habet aptitudinem non necessariam : 5° de ratione voluntatis divinae, cum sit prima causa libera, est, quod a nulla priori causa determinetur ad agendum : de ratione vero liberae voluntatis creatae est, quod a Deo. determinetur ad agendum, ad suum effectum, quia secunda causa libera est; 6° voluntas divina determinat seipsam ad volitum objective et quoad specificationem per suum divinum intellectum, cum quo a parte rei identificatur ; scientia namque Dei est causa rerum prout habet voluntatem adjunctam ; voluntas autem creata determinatur quoad specificationem et objective a suo creato intellectu, a quo realiter distinguitur, et determinatur sic consilio rationis; at intellectus creatus- indiget quoque a Deo moveri ; 7° voluntas divina determinat se, et nullo modo determinatur ab alia, quoad exercitium actus, id est, ad agendum; omnis autem creata voluntas, quantumvis perfecta et libera, indiget moveri ab alio etiam quoad exercitium actus, illo etiam modo quo voluntas se- movet et se applicat ad volendum atque applicat movetque omnes alias potentias. Unde in ipso ordine motionis, in quo libera voluntas creata est primum movens, necesse est ut determinetur seu physice ac efficienter ex parte ipsius potentiae moveatur a Deo, a quo accipit complementum suae

propriae virtutis el hoc ipsum quod seipsam libere moveat et libere se determinet. Quamobrem D. Thomas nusquam negat, quod libera voluntas non determinetur ad unum, sed quod non determinatur ex necessitatil, sicut determinatur natura; hujusmodi autem determinatio non est nisi perfectio liberae voluntatis et corona libertatis creatae. De quibus omnibus factus fuit perpetuus sermo per totam *Partem Secundam.*

§ 5

Patet denique esprofunila ac magnifica doctrina It. Thomae circa gratiam operantem et circa modum quo fit transmutatio liberae voluntatis in opere justilicntionis.

Profunditatem siquidem ac magnificentiam praedictae doctrinae declarare simul atque ponderare ex professo curavimus in *Parte Prima* q. I. a. «». el q. 3. a. 2. el q. 5. a. 8. ; et in *Parte Secunda* cap. Ii. el 7. Haec dumtaxat ad praesens volumus adnotare :

1° Quod agitur « de *motu liberi arbitrii,* per quem, dum justificamur. Dei justitiae consentimus. Ille tamen motus non est causa gratiae, sed effectus ; unde lota operatio pertinet ad gratiam... Et quantum ad istum actum voluntas se habet ut mota, Deus autem ut movens ; et praesertim, cum voluntas incipit bonum velle, quae prius malum volebat ; et ideo, secundum quod Deus movet humanam mentem ad hunc actum, dicitur *gratia operans.* » (I-II. q. 111. a. 2.)

2° Quod « *motus liberi arbitrii,* qui concurrit ad justificationem impii, est *consensus* ad detestandum peccatum et ad accedendum ad Deum ; qui quidem consensus subito fit ». (ibid. q. 113. a. 7. ad 1.) « Dispositio subjecti praecedit susceptionem formae ordine naturae ; sequitur tamen actionem agentis, per quam etiam ipsum subjectum disponitur; et ideo *motus liberi arbitrii* naturae ordine praecedit *consecutionem* gratiae; sequitur autem gratiae *infusionem.* » (ibid. a. 8. ad 2.)

3“ Quod Deus « immutat voluntatem dupliciter : uno modo, movendo lanium, quando sc. voluntatem movet ad aliquid volendum, sine hoc quod aliquam formam imprimat volun lati: sicut sine, appositione alicujus habitus quandoque lacii ut homo velit hoc quod prius non volebat. Alio vero modo, imprimendo aliquam formam in ipsam voluntatem ; sicuti enim ex ipsa natura, quam Deus voluntati dedit, inclinatur voluntas in aliquid volendum, ita ex aliquo superaddito, sicut est gratia vel virtus, inclinatur ulterius ad volendum aliquid aliud, ad quod prius non erat determinata naturali inclinatione. » (De *Verit.* q. 22. a. 8.)

4° Quod agitur de tali immutatione liberae voluntatis, ul ex aversa a Deo, suo ultimo fine, fiat ad Deum per actum fidei ac dilectionis conversa, atque de statu injustitiae anima hominis transmutetur ad statum justitiae. « Unde, cum Spiritus Sanctus sit virluosissimum movens, sic movet ad diligendum, quod etiam habitum caritatis inducit. « (De *Carit,* q. unica a. 1. ad 2.) « Iste autem *motus liberi arbitrii* non solum se habet ad gratiam ut *dispositio,* sed ut *complementum;* operationes enim sunt quaedam completiones habituum ; unde perfectionem agentis attestatur, quod *habitus* inducatur simul cum sua *operatione,* quia perfectio effectus demonstrat perfectionem causae. » *(De Verit.* q. 28. a. 3. ad 20.)

5° Quod agitur etiam de mente S. Augustini ac de vero sensu ipsius doctrinae circa efficaciam divinae gratiae, quam totis viribus propugnabat contra errores Pelagii, quamque diversis modis, figuris, exemplis, miraque verborum varietate conatus est per totam suam vitam ad mortem usque ostendere, demonstrare, in perspicuo ponere. Etenim Angelicus Doctor I-IL q. 111. a. 2. aggreditur a radice declarare altum ac profundum sensum mentemque S. Augustini dicentis *De grat. et lib. arb.* cap. 17. : *Cooperando Deus in nobis perficit quod operando incepit; quia ipse ut velimus ope natur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* » Quapropter luce meridiana est clarius, non solum quod via physicae praemotionis est via quam semper et ab initio cucur-

rit ac frequentor perambulabat 1). Thomas, verum etiam in quam porro intravit S. Augustinus, dum triumphator erroris agebat causam Dei contra Pelagium.

Ill

Via physicae praemotionis est denique via S. Augustini.

§ 1

Hoc patet ex modo quo S. Augustinus ponit quaestionem ile gratia atque sensum controversiae cum Pelagio declarat.

In *Epistola* namque *ad Vitalem*l sic scribit: I" » tte.cognoscis me, ut puto, in his quae nos scire dixi, non omnia, quae ad fidem catholicam pertinent, commemorare voluisse, sed ea tantum quae ad istam quae inter nos agitur *De Dei gratia* quaestionem : *Utrum praecedat haec gratia an subsequatur hominis voluntatem?* Hoc est, ut planius id eloquar : *Utrum ideo nobis detur, quia volumus, an per ipsam Deus etiam hoc efficiat ut velimus?* ›

2° A *Domino enim, gressus hominis diriguntur et viam ejus volet* (Ps. 36, 23). Non dixit : Et viam ejus *discet,* aul *tenebit,* aul *ambulabit,* aut aliquid hujusmodi, quod posses dicere· a Domino quidem dari, sed homini jam volenti; ut sc. beneficium Dei, quo gressus hominis dirigit, ut viam ejus discat, teneat, gradiatur, sua homo voluntate praecedat, et hoc Dei donum praecedente sua voluntate mereatur. Sed ideo dixit : A *Domino gressus hominis diriguntur et viam ejus volet,* ut intelligeremus ipsam voluntatem bonam, qua incipimus velle credere (quoniam Dei via quid est nisi fides recta ?) illius esse donum, qui gressus nostros propterea dirigit primitus ut velimus. Non enim ait Scriptura : A *Domino gressus hominis diriguntur,* quia viam ejus voluit; sed *diriguntur et volet.* Non igitur quia voluit, diriguntur: sed quia diriguntur, volet. ›

1 Epist. 217. edit. Migne. Patrol, lal. loin. 33. opera s. August, vol. 2.

3" « Hic lu rursus fortasse dicturus es : *Hoc fieri a Domino, dum doctrina ejus legitur vel auditur, si homo veritati, quam legit vel audit, sua consentiat voluntate. Si enim lateret eum,* inquis, *doctrina Dei, non dirigerentur gressus ejus, quibus directis vellet viam Dei.* Ac per hoc sic tantum putas a Domino gressus hominis dirigi ad eligendum viam Dei, quia sine doctrina Dei non ei potest innotescere veritas, cui propria voluntate consentiat. *Cui si consentit.* inquis, *(quod in ejus libero arbitrio constitutum est), recte utique dicuntur dirigi gressus ejus, ut viam ejus velit, cujus doctrina, suasione praecedente, subséquente consensione sectatur ; quod libertate naturali, si vult, facit; si non vult, non facit; pro eo quod fecerit, praemium vel supplicium recepturus.* Haec est illa Pelagianorum mala, male diffamata, meritoque reprobata, et ab ipso Pelagio, timente damnari in orientalium episcoporum judicio, damnata sententia, qua dicunt. : *Gratiam· Dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.* Et usque adeo, frater, erimus gravi corde, ut de gratia Dei, immo adversus gratiam Dei, eam Pelagianam sententiam teneamus, quam pectore quidem ficto, sed tamen catholicos judices timens Pelagius ipse damnavit?»

4° « Inaniter igitur et perfunctorie potius quam veraciter pro eis, ut doctrinae, cui adversantur, credendo *consentiant,* Deo fundimus preces, si ad ejus non perlinet gratiam *convertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias voluntates.* Inaniter etiam et perfunctorie potius quam veraciter magnas cum exsultatione agimus Deo gratias, quando aliqui eorum credunt, si *hoc in eis ipse non facit...* Et dum volumus apud homines defendere liberum arbitrium, apud Deum perdamus orationis auxilium, et gratiarum actionem non habeamus veram, dum veram non agnoscimus gratiam... Opus est gratiae, quam qui accipiunt, doctrinae salutari Scripturarum Sanctarum etsi fuerint inimici, *fiunt amici;* non opus ejusdem doctrinae, quam qui audiunt et legunt sine gratia Dei, pejores ejus efficiuntur inimici... Agnoscamus gratiam, *quae facit prodesse doctrinam* /quae gratia si desit.

videmus etiam obesse doctrinam... Oramus, ut voluntas *corrigatur,* doctrinae *consentiatur,* natura *sanetur...* Gratiae Dei est non solum credendi voluntas ab initio, verum etiam perseverandi usque in finem. »

Talis erat *de Dei gratia* quaestio, quae inter Pelagium et 'S. Augustinum agebatur, videlicet : *Gratia Dei. non datur nobis quia volumus, sed e contra, per ipsam gratiam Deus etiam hoc efficit ut velimus.* Quod quidem Pelagius negabat: S. Augustinus vero pro aris et focis adversus Pelagianos in Ecclesia propugnare gloriosissime laborabat. Quomodo mitem et quanam ratione efficit nos Deus ex nolentibus volentes et libere volentes? Per solam motionem trahentem nos tantummodo moraliter, ita quod, si volumus, consentimus; si autem non volumus, non consentimus? Per solam doctrinam quae auditur vel legitur, vel per solam illuminationem mentis, vel etiam per solam *suasionem* voluntatis, ita ut Deus exspectet ipsius voluntatis consensum? Caditne sub reali ac physica efficientia divinae motionis etiam ipsamet voluntatis determinatio ad volendum et ad consentiendum ? S. Augustinus respondet : *Gratiae Dei est non solum credendi voluntas ab initio, verum etiam perseverandi usque in finem.* Nihil in nobis excipitur a causalitate et efficientia divinae gratiae; sed per antecedentem gratiam facit Deus, ut de facto et cum effectu velimus. Velle credere, et credendo consentire : hoc in nobis ipse Deus facit. Gratia Dei facit prodesse doctrinam, et ut ipsi doctrinae consenliatur et ad fidem ipsi fidei contrarias voluntates convertit. In quibus omnibus voluntas nostra abs dubio efficienter λ Deo movetur el physice immutatur.

§ 2

lloc etiam patet ex eo quod Pelagius ipse postremo jam admittebat gratiam quae in motione morali voluntatis fonnaliter consistit.

Ita infertur ex his verbis S. Augustini /. *De gratia Christi : a)* cap. 8. : « Nam gratiam Dei et adjutorium, •quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura et libero

ponil (Pelagius) arbitrio, aut in lege atque doctrina: ut videlicet. cum adjuvat Deus hominem, ut declinet a malo et faciat bonum, *revelando* et *ostendendo* quid fieri debeat, adjuvare credatur ; non etiam cooperando et dilectionem inspirando, ut id, quod faciendum esse cognoverit, faciat. »

b) Gap. 10. : « Et alio quippe in loco... adjunxit (Pelagius) : Operatur Deus in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, et mulorum more animalium tantummodo praesentia diligentes, futurae gloriae magnitudine et praemiorum pollicitatione succendit : dum revelatione sapientiae in desiderium Dei stupentem suscitat voluntatem... Sed nos *eam gratiam* volumus iste (Pelagius) aliquando fateatur, qua futurae gloriae magnitudo non solum *promittitur,* verum etiam *creditur* et *speratur;* non solum *revelatur* sapientia, verum et *amatur; nec solum suadetur* omne quod bonum est. verum el *persuadetur...* Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus.»

c) Cap. 24. : « Fateantur... interna et occulta, mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum non solum *veras revelationes,* sed *bonas etiam voluntates.* »

d) Gap. 47. : « Quantum attinet ad istam de divina gratia et adjutorio quaestionem, tria illa, quae apertissime distinxit |Pelagius), attendite : *posse, velle, agere* ; id est, possibilitatem, voluntatem, actionem. Si ergo concesserit nobis non solum possibilitatem in homine, etiamsi nec velit nec agat bene, sed ipsam quoque voluntatem el actionem, id est, ut bene velimus et bene agamus, quae non sunt in homine nisi quando bene vult et bene agit; si, ut dixi, concesserit etiam ipsam voluntatem et actionem divinitus adjuvari, et sic adjuvari ut sine illo adjutorio nihil bene velimus et agamus : camque esse *gratiam* Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, in qua nos sua, non nostra, justitia justos facit, ut ea sil vera nostra justitia, quae nobis ab illo esi : nihil de adjutorio gratiae Dei, quantum arbitror, inter nos controversiae relinquitur. »

Gralia igitur, quam S. Augustinus propugnabat in contre-

versia cum Pelagio, non solum revelat el ostendit quid Deri debeat; sed id, quod faciendum esse ostendit, etiam facil. Non solum suadet bonum, verum el persuadet. Non tantum operatur in cordibus hominum veras revelationes, sed bonas etiam voluntates interna et occulta, mirabili ac ineffabili potestate; el in qua transmutamur a Deo de statu injustitiae ad statum justitiae, et ad bene volendum et bene agendum in ordine ad vitam aeternam.

§ »

Hoc patet quoque ex eo quod S. Augustinus adhuc his in locis, in quibus videtur solam motionem moralem tradere, indicat semper efficaciam divinae gratiae ex aliquo alio pendere et in alio ultra consistere.

De spiritu et littera cap. 34. : « Voluntas credendi a Deo... Non ideo tantum istam voluntatem divino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est ; verum etiam quod visorum suasionibus agit Deus ut velimus et ut credamus, sive extrinsecus per evangelicas exhortationes, ubi et mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominem infirmitatis suae, ul ad gratiam justificantem credendo confugiat; sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem : sed consentire vel dissentire propriae, voluntatis est. His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat; neque enim credere potest quodlibet libero arbitrio si nulla sit suasio vel vocatio cui credat; profecto el *ipsum velle* credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia ejus praevenit nos; *consentire* autem vocationi Dei vel ab ea *dissentire,* sicut dixi, propriae voluntatis est... .Jam si ad illam profunditatem scrutandam qnisquam nos coarctet : *cur illi ita suadetur ut persuadeatur, illi autem non ita :* duo sola occurrunt inierim, quae respondere milii placeat : *O altitudo divitiarum* (Hom. 11.33)! Et : *Numquid iniquitas aprid Deum* (ibid. 3, 14)? Cui responsio ista displicet, quaerat doctiores : sed caveat, no. inveniat praesumptores. »

Efficacia itaque divinae motionis, .juxta S. Augustinum, non consistit tantummodo in illis interioribus suasionibus, revelationibus, illuminationibus et excitationibus, quae pullant cor tam illorum qui vocationi Dei *consentiunt,* quam illorum qui ab ea *dissentiunt.* Datur ergo aliquid aliud discernens consentientes a dissentientibus.

§ 4

Hoc etiam patet, quia S. Augustinus ultra progrediens appellat ad divinam omnipotentiam, ut efficacia divinae motionis demonstretur.

Inter innumera fere testimonia[1], ex quibus constat S. Augustinum docere supremum Dei dominium supra liberum arbitrium creatum, haec quae sequuntur, adducere nunc sufficiat: *a) De grat. et lib. arb.* cap. 20. : « Satis me disputasse arbitror adversus eos, qui gratiam Dei vehementer oppugnant, qua voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam, et cum bona fuerit, adjuvatur; et sic disputasse, ut non magis ego quam Divina ipsa Scriptura vobiscum locuta sit evidentissimis testimoniis veritatis: quae Scriptura Divina, si diligenter inspiciatur. ostendit bonas hominum voluntates, quas ipse facit ex malis, et a se factas bonas in actus bonos et in aeternam dirigit vitam, verum etiam illas quae conservant saeculi creaturam, *ita esse in Dei potestate,* ut eas quo voluerit, quando voluerit, faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam praestanda vel ad poenas quibusdam ingerendas, sicut ipse judicat, occultissimo quidem judicio, sed, sine ulla dubitatione, justissimo. » *b) De corrept. et grat.* cap. 14. : « In cordibus hominum quod voluerit operatur... Si ergo, cum voluerit reges in terra Deus constituere, *magis habet in potestate voluntates hominum* quam *ipsi suas* : quis alius facit, ut salubris sit correptio, et fiat in correpti corde correptio, ut coelesti constituatur in regno? »

Unde, juxta S. Augustinum, Deus agit et operatur in volun-

1 Vide *Part. Secund,* cap. 3. et 9.

tatem hominis non solum motione morali, ab exteriori, ex parte objecti apprehensi, per modum illuminantis, excitantis et suadentis, verum etiam motione physica, ab interiori, ex parte ipsius potentiae, illo modo, quo voluntas movet seipsam quantum ad exercitium actus. Eandem prorsus doctrinam tradit S. Augustinus locis supra citatis, quam traditi). Thomas, dum 1-Π. q. 3. a. *h.* scribit : « Respondeo dicendum, quod secundum quod voluntas movetur ab objecto, manifestum est, quod moveri potest ab aliquo exteriori. Sed eo modo quo movetur quantum ad exercitium actus, adhuc necesse est ponere voluntatem ab aliquo principio exteriori moveri. » Et ibid. a. 6. : « Sed quod motus voluntarius ejus sit ab aliquo principio extrinseco, quod non est causa voluntatis, est impossibile. Voluntatis autem causa nihil aliud esse potest quam Deus. » Et *De Verit.* q. 22. a. 8. : « Omnis actio voluntatis, in quantum est actio, non solum est a voluntate ut immediate agente, sed a Deo ut a primo agente, qui vehementius imprimit. Unde, sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita. et *multo amplius.* Deus. »

§ 5

Hoc etiam patet ex eo quoti S. Augustina» asserit talem divinam motionem non posse componi vel esse simul cum resistentia et dissensu liberae hominis voluntatis.

Audiamus S. Augustinum loquentem *De correpi, et (jrat.* cap. 12. : « Ac per hoc nec de ipsa perseverantia boni volui! Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari : qui eis non solum dat adjutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare, si velint; sed in eis etiam operatur et velle; ut, quoniam non perseverabunt nisi et possint et velint, perseverandi eis el possibilitas et voluntas divinae gratiae largitate donetur. Tantum quippe Spiritu Sancto accenditur voluntas eorum, ut ideo possint, quia sic volunt ; ideo sic velint, quia Deus operatur ut velint... Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanae, ut

divina gratia *indeclinabiliter eX insuperabiliter* ageretur: d idoo, quamvis infirma, non tamen deficeret neque adversltatc aliqua vinceretur. » El ibid. cap. 14. : « ... dat incrementum Deus ; cui volenti salvum facere nullum hominum resistit, arbitrium. Sic enim velle seu nolle in volentis aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. Etiam de his enim, qui faciunt quae non vult, facit ipse quod vult... Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui in coelo et in terra omnia quaecumque voluit, fecit (Ps. 134, 6), et qui etiam illa quae futura sunt, fecit (Is. 45.), humanas voluntates *non posse resistere,* quominus faciat ipse quod vult ; quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vull, cum vult, facit. »

Haec S. Augustinus. Ergo, posita divina motione, non stat hominem declinare, non stat dissentire ; eum tamen homo semper possit dissentire si velit. Ergo, secundum S. Augustinum. Deus facit, ut homo indeclinabiliter operetur, et non stat quod homo sic motus declinet ad dissensum. « Immo, ut bene observat P. Lemos *. S. Augustinus utitur in hac parte

' Congreg. 42. *De Auxiliis* seu 5. coram Paulo V. In Congreg. 39. sive 2. coram Paulo V. habita in Monte Quirinali 12. oct. disputatum est primo et generatim de gratiae efficacia seu de *physica praede!ermlnalione.* In Congregatione ista ostendit Lemos ex verbis S. Augustini *De grat. Chrisli* cap. 7., 9. et 10. Pelagium in terminis postremo admisisse « omnes interiores excitationes et suasiones morales attrahentes : et tamen non semel luit damnatus per Ecclesiam, sicut veram Christi gratiam negans et efficaciam illius. Ergo efficacia divinae gratiae (concludebat Lemos) non consistit tantum in illis interioribus suasionibus et excitationibus. »

In Congreg. 40. seu 3. coram Paulo V. habita 26. oct. 1605 iterum de praedeterminatione physica est disputatum ; quaesitumque : Num in Scriptura Sacra fundari possit ? In hac Congregatione distinxit Lemos cum D. Thoma duplicem physicam praedeterminationem : alteram nempe per modum naturae, ex necessitate ; alteram vero, non ex necessitate, sed juxta proprium modum humanae libertatis. « Et ista quidem praedeterminatio, quoad rem quidem, de fide videtur (ajebat Lemos), saepe per Concilia et Pontifices definita, ut lute in Congreg. probavi. » Quomodo autem loca Scripturae et PP.

verbis strictioribus quum sit auxilium physice seu efficaciter praedeterminans. Docet enim saepe, quod Deus ex omnipotentia sua et ex dominio, quod habet supra liberas hominum voluntates, ipsas inflectit, inimulal el transfert insuperabiliter et indeclinabiliter, quocumque vult. Quod verbum *inflectit indeclinabiliter* si ego dixissem, quanta PP. Societatis opposuissent ! Docet praeterea S. Augustinus, quod ita

■quae in contra videntur esse, intelligere oporteat, I). Thomas docet *ill. C. Gent.* cap. 90.

In Congreg. 41. seu 4. coram Paulo V. habita 9. nov. 1605, tertio de physica praedeterminatione fuit disputatum, nempe cx auctoritate Conciliorum, Tridentini praecipue et Senonensis. Hic Lemos ajebat : « Gratia praeveniens, quae est efficax, seclusa omni priori scientia media, est physice praedeterminans. Sed Cone. Trid. loquitur de *efficaci gratia praeveniente,* seclusa illa priori *scientia inedia;* ergo loquitur, quoad rem, de auxilio physice praedeterminante. *Major* conceditur a RR. PP. (Jesuitis). *Minor* autem constat : 1° Quia media illa scientia, ut late ostenditur per tres integras Congreg. coram felicis recordat. Clementc VIII. fuit olim Massiliensium inventum ad enervandam efficaciam divinae causalitatis et gratiae ; ergo non fuit cognita a Concilio talis media scientia; 2<* imino ipse Molina fatetur se prius hanc mediam scientiam invenisse; 3° immo, quod majus est, Concilium illam omnino exclusit. Quod sic ostendo : Quia *gratia· praeveniens,* quae fundatur in illa media scientia, ut omnes sui defensores fatentur, est tantum *excitans,* non autem vere *adjuvans.* Sed Concilium expresse determinat, quod gratia praeveniens, qua convertimur, non solum est excitans, sed etiam vere adjuvans. Ergo Concilium, quoad rem et sensum, exclusit omnem illam mediam scientiam. › Exinde procedens ex doctrina D. Thomae ad solvendum fallacias et paralogisrnos, quae ex verbis Concilii solent adversarii conficere, concludebat dicens : « Quod homo velit bene operari, habet ex Deo... Sic ergo, si homo non desit gratiae, gratia non deerit illi ; sed hoc, quod homo non desit gratiae, habet ex auxilio gratiae. »

In Congreg. 42. seu 5. coram Paulo V. habita 22. nov. 1(505, de physica praedeterminatione quarto est disputatum, potissime ex S. Augustino. Hic omni eruditionis genere armatus, P. Lemos ex operibus S. Augustini concludebat : « Non igitur potest dubitari, hanc doctrinam de physica praedeterminatione esse S. Augustini et S. Thomae doctrinam... Quia enim Pelagiani dicebant, per illam *praeoperanlem gratiam* laedi arbitrium, S. Prosper adversus illos petit instrui a S. Augustino, quomodo per illam antecedentem et

transfert indeclinabiliter hominum voluntates Deus, quod ipsas facit ox nolentibus volentes : docens aperte, quod magis sunt in potestate Dei liberae hominum voluntates quam sint in ipsorum hominum potestate. Sed homines ipsi sua potestate *se libere applicant et determinant physice* ad volendum, salva ipsorum libertate. Ergo multo magis poterit Deus hominum voluntates physice praedeterminare, salva

praeoperantem gratiam, seu praedeterminantem, non tolleretur liberum hominis arbitrium. Igitur manifestum est Semipelagiauos negasse illam Dei praedeterminationem, per quam Deus facit ut faciamus id quod divina voluntas per nos vult fieri. »

In Congreg. 43. seu 6. coram Paulo V. habita 14. decemb. 1605, de physica praedeterminatione est quinto disputatum, et potissime ex SS. PP. tam graecis quam latinis. In hac Congreg. notat Lemos, quomodo Massilienses objiciebant olim S. Augustino SS. PP., eo antiquiores, omnes ei contrariam tenere sententiam ; et quomodo S. Augustinus lib. *De praedest. sanet,* cap. 14. manifestavit « SS. PP. inductos nihil adversus efficaciam divinae gratiae egisse, licet non ita ex *professo,* sed transeunter de illa disputarent... Qua enim ratione (addit) pro sua sententia PP. Societatis inducunt Origenem, de quo modo in S. Thoma ostendi, ipsum contra auctoritatem Scripturae defendere liberum hominis arbitrium ? An ignorant, quod S. Hieronymus *Eplst. ad Ctesiph.* de Origene dicat eum loqui cum Pelagio ? Sic enim dicit ipsi Pelagio : *Doctrina tua Origenis ramusculus est.* Si ergo doctrina Pelagii doctrinae Origenis ramusculus est : qua ratione pro se citant PP. RR. Origenem ? Poterant et citare Pelagium ipsum. »

In Congreg. 44. seu 7. coram Paulo V. habita 10. januarii 1606, de physica praedeterminatione seu de gratia per se efficaci sexto disputatum est, ipsam potissime conferendo cum Calvini erroribus. Ait enim P. Lemos, quod P. Vastida S. J. « manu tenens longissimum quoddam scriptum seu potius processum,... incipit illum recitare, legendo primo viginti duas vel plures propositiones, in quibus asserebat Thomistas cum Calvino convenire. » Ac dum ad argumenta respondebat : ‹ Objectum ergo fuit S. Augustino, quod et modo nobis... Omnia ista argumentandi genera, antiqua sunt, et olim S. Augustino fuere objecta..... Pelagianos, qui hanc objectionem ponebant, convictos fuisse, quod libertatem ipsi negabant et cum Manichaeo convenirent. Unde et RR. PP. qui hoc modo objiciunt : I" sine dubio cum Calvino conveniunt, et nostram ipsi auferunt libertatem › ; 2« « cum ergo RR. PP. praedestinationem secundum boni usus *praescientiam...* convincuntur per S. Prosperum con-

ipsorum libertate: quia magis habet in sua potestate hominum voluntates quam ipsi suas. »

Dicant nunc Molinistae et omnia genera congruistarum, quod doctrina S. Augustini identiflcatur cum errore Jansenii et cum errore Calvini, vel quod parum distat ab eo, vel quod non potest cohaerere cum definitione Concilii Tridentini sess. 6. can. 'i. : vel quod Thomistae definitionem Triden-

stituere, Deum praedestinare ad malum sicut ad bonum... » ; 3» « eum Calvino conveniunt, qui asserunt bonam esse illationem et conse quentiam Calvini, asserentes sequi ex efficaci gratia Dei, quod hominis laeditur libertas : in quo Calvinus erravit ; et modo PP. RR. cum illius errore conveniunt; quia probant hanc ejus pessimam consequentiam et illationem » etc. etc. Et cum ad singula responderet, retorquens argumenta in ipsos adversarios, concludit sic P. Lemos : « Fuit ista Congregatio celebris pro gratia, de qua multi mirati sunt quod tot ac tantis, ubi fecerunt summum proelium PP. Societatis, sic ex tempore fuisset responsum. *Sed gratia Dei sum id quod sum.* »

In Congreg. 45. seu 8. coram Paulo V. habita 25. januarii 1606, theologicis praesertim rationibus de physica praedeterminatione septimo est disputatum. Hic P. Lemos dicebat sic : « Iste autem Pater (Vastida, e S. .1.) verbositate sua multa dicit, ut appareat respondere; quia non vult tacere; involviturque quibusdam sophismatibus et intrincationibus, contra quae omnia tandem hoc constituo argumentum : Christus Dominus fuit efficacissime praedeterminatus, ut obediret praecepto Patris de sua morte ; ita quod, stanto tali praecepto, inobedire non poterat : ut veritas docet. Et tamen, secundum fidem catholicam, libere obedivit. Ergo, secundum ca tholicam veritatem, cum efficaci praedeterminatione stat optime humana libertas. Tunc dixit Romanus Pontifex, ut Vastida S. .1. responderet ; et argumentum hoc mutam fecit linguam adversarii, qui nihil aliud dicere valuit nisi quod : Defensores physicae praemotionis ad rem tam difficilem recurrunt!

In Congreg. 46. seu 9. coram Paulo V. habita 15. februarii 1606 in S. Petro, de physica praedeterminatione octavo est. disputatum. Doctoris Angelici praesertim auctoritate. Statim, postquam Vastida S. J. finem fecit, P. Lemos incipit ita loqui : ‹ S. Thomam esse totum in praedicanda et defendenda praevenientis gratiae divinae efficacia, quae independenter ab homine ab efficacissime voluntati! Dei procedit, ita notum est atque manifestum, ut mirandum sit valde, quam in vanum laborent PP. Societatis, contrariam sententiam ex S. Thoma contra S. Thomam fundare, propter testimonia

lini efftigiunl distinctione sensus compositi el sensus divisi! Tridenlinuin quidem Concilium damnavit errorem Calvini ‹4 Lutheranorum, el *praedamnavit* errorem Jansenii; sed non damnavit altam et profundam S. Augustini doctrinam circa efficaciam intrinsecam divinae gratiae. Quod damnavit praeterea, est inferre ex doctrina S. Augustini, sub divina motione sic efficaci, ut ab Augustino traditur, libertatem

modo inducta, sed non recte deducta, uec in veritate, ut expedit, intellecta. » Et ita loqui finiebat : « Itaque, libertas humana duo excludit : et quod voluntas non habeat permanentem virtutem ad unum determinatam, et quod a nulla alia extrinseca causa cogatur; sed non excludit, immo essentialiter praesupponit, influentiam primae causae, a qua voluntas praevie et efficaciter movetur, et applicatur, et ad agendum determinatur. Etsic finita fuit Congregatio, cum per quinque horas et dimidiam durasset. Et de hac Congregatione, utpote S. Thomae, omnes in universum Cardinales et Censores audientes eum Pontifice dixerunt : *Numquam sic loculum fuisse Fratrem Thomam in Congregationibus praecedentibus. Laus Deo.* ›

In Congreg. 47. seu 10. et ultima coram Paulo V. habita 21. februarii 1606, nono et postremo de praedeterminatione physica est disputatum, ex theologorum praesertim auctoritate. Lemos in hac Congreg. arguebat ex testimonio ipsorum PP. Societatis, ex Philosophia Collegii Conimbricensi, ex libro *De ratione studiorum,* et concludebat, quod doctrina *de physica praemotione* « non quomodocumque est opinio S. Thomae, Capreoli, Ferrariensis, sed *celebris* eorum opinio ; et ut *celebris* S. Thomae opinio cognoscitur et publicatur... Sed his omissis, quae, ut dixi, ad hominem ostendunt; veniam jam ad Cajetanum, S. Thomae interpretem optimum, qui totus est in defendenda hac applicatione praevia et praedeterminatione. » Ac percurrens omnia loca, tam aperta quam dubia, concludit : « Quid clarius ? Non solum dicit Cajetanus, quod causa secunda movetur et applicatur a prima ad agendum ; sed dicit, quod a prima recipit *complementum et efficaciam* causalitatis suae. » Et adducit porro illud insigne Cajetani testimonium ex Comment. Evang. Math. cap. 4. ubi Cajetanus loquitur de duplici motione, *invitatoria* et *efficaci.* Et de ista ait : « Tali enim attractioni interni spiritus nullus unquam resistit, nullus etiam resistet unquam; quia efficit voluntarium sectatorem, operarium, martyrem. » Ac P. Lemos his verbis claudens discursum : « Ista fuit ultima (ait) omnium disputationum in ista magna controversia *de Auxiliis divinae gratiae.* Laus Deo et gratiae ipsius. »

lolii, vel minui, vel liberum hominis arbitrium mere passive se habere, vel nihil omnino agere, vel resistere non posse si velit.

Ergo liberum hominis arbitrium potest resistere divinae motioni, et simul resistere ei non potest? Utique : Potest resistere *si velit;* et tamen resistere non potest. Audiamus D. Thomam, verum S. Augustini interpretem ; quoniam via D. Thomae est via lucis el veritatis, ita elongala a Molina et Pelagio sicut a Calvino et Jansenio. D. Thomas enim ait :

a) **III.** q. 112. a. 3. : « Praeparatio hominis ad gratiam... secundum quod est a libero arbitrio, nullam necessitatem habet ad gratiae consecutionem;... secundum quod est a Deo movente, habet necessitatem ad id ad quod ordinatur a Deo. non quidem coactionis, sed infallibilitatis. »

b) De Carit, q. unica a. 12. : « Dico *non posse* ex parte virtutis motivae, quamvis *possit* ex parte vertibilitatis liberi arbitrii... Ex parte Spiritus Sancti moventis animam ad dilectionem Dei el proximi, quantum ad hoc necesse est dicere, quod motio Spiritus Sancti semper est efficax secundum suam intentionem. «

c) 11-11. q. 24. a. 11. : « Ex parte Spiritus Sancti moventis animam ad diligendum Deum : ex hac parte caritas impeccabilitatem habet *ex virtute* Spiritus Sancti, qui infallibiliter operatur quodcumque voluerit. Unde impossibile est *haec duo* simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum caritatis, et quod ipse caritatem amittat peccando. »

d) De Malo q. 6. a. 1. ad 3. : « Deus inovel quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam moventis, quae deficere non potest; sed propter naturam voluntatis motae, quae indifferenter se habet ad diversa, non inducitur neces sitas, sed manet libertas. »

e) De Verit. q. 6. a. 3. : « Si ergo consideremus salutem respectu causae proximae, sc. liberi arbitrii, non habet certitudinem, sed contingentiam ; respectu autem causae primae, quae est praedestinatio, habet certitudinem. » Et ibid, ad 7. : « Cum ergo dicitur : *praedestinatus iste potest*

in peccato mori, si consideretur *potentia* ipsius, verum est; si nutem loquamur de praedestinato secundum ordinem quem habet ad aliud, sc. ad Deum praedestinantem, sic ordo ille *non compatitur* secum *istum eventum,* quamvis compatiatur secum *istam potentiam.* »

Et per haec patet : 1° quid significetur per distinctionem sensus divisi et sensus compositi; 3° qua ratione sit verum, quod *liberum arbitrium a Deo motum potest et non potest resistere;* 3° quomodo doctrina physicae praemotionis tantum distat a Jansenio et a Calvino quantum a Molina et a Pelagio ; et 4° quomodo S. Thomas interpretatus est veram mentem S. Augustini, a cujus sana doctrina aequaliter sunt elongati Molina et Jansenius, Pelagius ac Calvinus; 5° atque doctrina physicae praemotionis nullo modo fuit a Concilio Tridenlino damnata sed e contra, in *Catechismo Concilii Tridentini* I. a. 1. n® 14. fuit in terminis tradita, dum scribitur : « Non solum autem Deus universa quae sunt, providentia sua tuetur atque administrat, verum etiam quae

1 Ad rem ajebat Lemos in *Congreg.* 2. coram Paulo V. : « Quod si PP. RR. (Jesuitae) hanc propositionem absolute prolatam : *Homo non potest resistere divinae voluntati,* reprehendunt, reprehendant etiam illam in Divina Scriptura, in qua expresse habetur, *Esth.* 13, 9 : *Nec est qui tuae possit resistere voluntati.* Quod in aliis Scripturae locis invenitur expresse. Nec ista propositio etiam absolute prolata, est aliquo modo contraria definitioni Concilii Tridentini... Quia resistere, si fiat sermo de *propria resistentia,* nulla creatura potest Deo... Nec in hoc libertas consistit nec consistere potest... Qui enim potest alteri resistere, oportet quod habeat aequales vires cum illo... Sed in omni creatura est potentia obedientialis ad obediendum Deo volenti facere quidquid voluerit in ea » etc. etc. Vide D. Thomam *IV. Sent.* dist. 11. q. 1. a. 3. solut. 3. ad 2. ubi declaratur, quomodo ‹ in operationibus divinis non attenditur difficultas secundum resistentiam ad agentem, sed secundum impedimentum effectus ». Deus namque tollit resistentiam, quae est duritia cordis, infundendo *dilectionem suam,* de qua S. Bernardus serm. 13. in Coena Domini scribit : ‹ Ipsam quam habitat mentem, sic inebriat, ut nihil jam quaerat vel diligat, nec diligere *possit, nec valeat,* praeter eum, qui sic mundum dilexit, ut Filium suum Unigenitum daret. »

moventur et agunt aliquid, intima virtute ad motum atque actionem ita impellit, ut, quamvis secundarum causarum efficientiam non impediat, praeveniat tamen, cum ejus occultissima vis ad singula pertineat, et quemadmodum sapiens testatur Sap. 8, 1 : *attingat a fine usque ad finem fortiter et disponat omnia suaviter.* »

En physica praemotio! Intima virtus, qua Deus efficientiam causarum secundarum : 1° non impedit; 2° praevenit: 3° ad motum atque actionem impellit; 4° singula sua occultissima vi attingit a fine usque ad finem fortiter; 5" et disponit omnia suaviter.

§ «

Hoc etiam patet ex Epistola S. Prosperi ad S. Augustinum : « De reliquiis Pelagianae haereseos in Gallia subolescentibus. »

Magni quidem momenti est hujusmodi epistola ; et propter hoc quod continet praecipua capita erroris Semipelagianorum, et quia in illa S. Prosper postulat ac quaerit a S. Augustino, ut mentem suam magis adhuc declarando manifestet circa doctrinam de qua erat controversia cum Pelagio ; el quia per illam dedit occasionem et causam S. Augustino scribendi ultimum verbum in hac quaestione celeberrima.

a) Quaenam sint praecipua capita erroris Semipelagianorum. — *Caput 1um.* — « Quidam vero horum (scribit S. Prosper) in tantum a Pelagianis semitis non declinant, ut cum ad confitendam eam Christi gratiam, quae omnia praeveniat merita humana, cogantur, ne, si meritis detur, frustra gratia nominetur : ad conditionem hanc velint unius cujusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius meren tem, quia nec existentem, liberi arbitrii et rationalem gratia Creatoris instituat, ut per discretionem boni ac mali et ad cognitionem Dei et ad obedientiam mandatorum ejus possit suam dirigere voluntatem ; atque ad *hanc gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire per naturalem sc. facultatem, petendo, quaerendo, pulsando, ut ideo acci-*

piat, ideo im-filial, ideo introeat, quia bono naturae bene usus, ad istam salvantem gratiam initialis gratiae ope meruerit pervenire. »

Caput 2um. — « Indifferenter universos *velit* (Deus) *salvos /ieri et in agnitionem veritatis venire.* Jam hic proferunt. (Semipelagiani) testimonia, quibus Divinarum Scripturarum cohortatio ad obediendum incitat hominum voluntates, qui ex libero arbitrio aut faciant quae jubentur, aut negligant; el consequenter putant, ut quia praevaricator ideo dicitur non obedisse *quia noluit,* fidei is quoque non dubitetur ob hoc devotus fuisse *quia, voluit;* el quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum ; *parique momento animum se vel ad vitia vel ad virtutes movere,* quem bona appetentem gratia Dei foveat, mala sectantem damnatio justa suscipiat. »

Caput 3um.—« Tales (pueros) ajunt perdi, talesque salvari, quales futuros illos in annis majoribus, si ad activam servarentur aetatem, *scientia divina praeviderit... Hanc* sane de humanis meritis *praescientiam* Dei, secundum quam gratia vocantis operetur, multo sibi rationabilius videntur astruere, cum ad earum nationum contemplationem venitur, quae vel in praeteritis saeculis dimissae sunt ingredi vias suas (Act. 14, 15), vel nunc quoque adhuc in veteris ignorantiae impietate depereunt, nec ulla eis aut Legis aut Evangelii illuminatio coruscavit.... *Praevisos,* inquiunt, a Domino *credituros,* et ad unamquamque gentem, ita dispensata tempora ac ministeria magistrorum, ut exortura erat bonarum credulitas voluntatum. Nec vacillare illud, quod *Deus omnes homines velit salvos fieri et in agnitionem veritatis venire* (1 Tim. 2, 4) ; quandoque inexcusabiles sint, qui et ad unius veri Dei cultum potuerint instrui intelligentia naturali, et *Evangelium ideo non audierint, quia nec fuerint recepturi.* »

Caput 4um.— «Nec acquiescunt, praedestinatum electorum numerum nec augeri posse nec minui, ne locum apud inii deles ac négligentes cohortantium incitamenta non habeant, ac superflua sit industria ac laboris indictio, cujus studium cessante electione frustrandum sit. Ita demum enim posse.

unumquemque ad correctionem ant ad profectum vocari, si se sciat, sua diligentia bonum esse posse, et libertatem suam ob hoc Dei auxilio juvandam, si quod Deus mandat, elegerit. »

Caput 5„Λ·.— « Ac sic eum in his, qui tempus acceperunt liberae voluntatis, *duo* sint, quae humanam operentur salutem, *Dei* se. *gratia* el *hominis obedientiu,* priorem volunt obedientiam esse quam gratiam, ut *initium salutis* ex eo qui salvatur, non ex eo credendum sit stare qui salval : et *voluntas hominis divinae gratiae sibi pariat opem, non gratia sibi humanam subjiciat voluntatem.* »

b) Quaenain sint quae a S. Augustino declaranda S. Prosper quaerit ac postulat. — « Unde (prosequitur S. Prosper» quia in istis Pelagianae pravitatis reliquiis non mediocris virulentiae libra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur : si divinae voluntati impie voluntas humana praefertur ; ut ideo quis adjuvetur, quia voluit; nem ideo quia adjuvatur, velit; si originaliter malus receptionem boni non a summo bono, sed a semetipso *inchoare* male creditur; si aliunde Deo placetur nisi ex eo quod ipse donaverit : tribue nobis in hac causa, papa beatissime, pater optime, quantum donante Domino poles, diligentiam pietatis tuae (obsecro), ut quae in istis quaestionibus obscuriora el ad percipiendum difficiliora sunt, quam lucidissime expose tionibus aperire. »

1„m.— « Ac primum, quia plerique non putant Christianam fidem hae dissensione violari, quantum periculi sil in eorum persuasione, patefacias. »

2°m. — (‹ Deinde, quomodo per istam *praeoperantem* et *coopérantem gratiam* liberum non impediatur arbitrium. »

3nm. — « Tum, utrum *praescientia* Dei ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa, quae sunt proposita, sint accipienda *praescita :* an per genera causarum 'et species personarum ista varientur; ut. quia diversae sunt vocationes, in his qui nihil operaturi salvantur, quasi solum Dei propositum videatur existera : in his autem qui aliquid boni acturi

sunt, per *praescientiam* possit stare propositum : an vero uniformiter, licet dividi *praescientia* a *propositu* temporali distinctione non possit, praescientia tamen quodam ordine sit subnixa proposito ; el sicut nihil sit quorumcumque negotiorum, quod non scientia divina praevenerit, ita nihil sil boni, quod in nostram participationem non Deo auctore defluxerit. »

4uni. — « Postremo, quemadmodum per hanc praedicationem *propositi Dei.* quo fideles fiunt, qui praeordinati sunt ad vitam aeternam, nemo eorum qui cohortandi sunt, impediatur, ne occasionem negligenliae habeant, si se praedestinatos esse desperent. »

5uni. — « Illud etiam qualiter diluatur, quaesumus patienler insipientiam nostram ferendo demonstres, quod retractalis prioribus de hac re opinionibus, pene omnium par invenitur et una sententia, qua propositum et praedestinationem Dei secundum *praescientiam* receperunt, ut ob hoc alios vasa honoris, alios contumeliae fecerit ; quia finem uniuscujusque *praeviderit* et sub ipso gratiae adjutorio, in qua futurus esse voluntate el actione *praescierit.* »

« Quibus omnibus enodatis (concludit S. Prosper) et multis insuper, quae altiore intuitu ad causam hanc pertinentia magis potes videre, decussis, credimus et speramus non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum praesidio roborandam, sed etiam ipsos, quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defecalissirnum lumen gratiae recepturos... Gratia Dei et pax Domini nostri Jesu Christi coronet te in omni tempore, et ambulantem de virtute in virtutem glorificet in aeternum, domine papa, beatissime, ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, praestantissime patrone. » [1].

1 Tam epistola Prosperi quam epistola Hilarii reperiuntur inter epist. Augustinianas 225. et 220. ; et leguntur etiam ante lib. S. August. *De praedest. sanet.* (Edit. Migne t. 44. Patrol, lat.) In epistola Hilarii eadem fere continentur et S. Augustino explicanda offeruntur. « Haec sunt itaque, quae Massiliae vel aliis etiam locis in Gallia ventilantur : *a) Novum* et *inutile esse praedicationi,* quod

c) Epistola S. Prosperi et liber Molinae. — Si enim Molinae librum ac S. Prosperi epistolam ad invicem conferas, •dices abs dubio S. Prosperum ante oculos habuisse librum *Concordiae,* dum suam epistolam ad S. Augustinum scribebat. Omnia illa capita, quae a S. Prospero *Pelagianae pravitatis reliquiae* denominantur, in *Concordia* Molinae fere ad litteram, si attente legas, facile reperies. Etenim, inter plurima alia quae afferri possent, et jam per hanc *Tertiam Part,* allata fuerunt ad hoc comprobandum, (piae subsequuntur indicasse sufficiat.

Caput Iuni. — « Inter *leges* ', quas tam ipse (Christus) quam Pater aeternus statuerunt de auxiliis et donis, quae nobis Christus promeruit, mere gratis conferendis, una eaque rationi maxime consentanea fuit, quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere quod in nobis est, praesto nobis essent auxilia gratiae, quibus ea, ut oportet ad salutem, efficeremus: ut ea ratione, dum essemus in via, sempei

quidam secundum propositum elegi dicantur... Excludi putant omnem praedicandi vigorem...; » *b)* « de compendio putant *rationem reddi electorum vel rejectorum* in eo quod unicuique meritum propriae voluntatis adjungitur; » *c)* « ...Dicunt id *praescientiae* esse *divinae,* ut eo tempore, et ibi, et illis veritas annunciaretur vel annuncietur, quando et ubi *praenoscebatur* esse credenda ; » *d)* ‹ nolunt autem ita hanc perseverantiam praedicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit ; » *e)* ‹ asserunt inutilem exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse -dicatur, quod correptio valeat excitare; » *f)* ‹ deinde molestum ferunt ita *dividi gratiam,* quae vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur...; » *g)* « his verbis sanctitatis tuae ita moventur, ut dicant *quandam desperationem* hominis exhiberi » etc. etc. Animadvertat sapiens lector, quomodo quae Semipelagiani objiciebant S. Augustino, ea ipsa Molina objicit S. Thomae, et Molinistae Thomistis. Quam antiqua est hujuscemodi cantilenal

1 Ad rem Dominicus Soto *II. De nat. el grat.* cap. 4. : « Profecto, si Pelagio largita hoc fuisset olim Ecclesia, credo fuisset contentus ; •quia ipse non contendebat deberi a Deo nobis gratiam propter opera, ut est inter homines aequalitatis debitum, sed quod esset *lex* illa justa Dei, ut bene agentem ex suis naturalibus infallibiliter reciperet in gratiam suam. »

in manu liberi arbitrii nostri posita esset salus nostra. » *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 10.)

Caput 2um. — « Quod si conantibus ex suis naturalibus, facienlibusque quod in se est, vel ut fidem amplectantur vel ut de peccatis doleant, Deus non est semper praesto per auxilia et gratiam praevenientem, ut actus sint quales ad salutem oportet : quanam ratione verum erit *Deum velle omnes homines salvos fieri?* » (ibid. disp. 10.) « Si duo, aequales per omnia in omnibus, conspiciant eandem mulierem pulchram, evenire posse a *sola libertate* arbitrii ntriusque, ut unus consentiat in peccatum eam concupiscendo, alter non item. Eademque est ratio de eodem modo affectis, aequaliterque a Deo ad fidem vocatis : *pro sola* namque *libertate* potest evenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat. » (ibid. disp. 12.)

Caput 3um. — « Cumque Deus *sua scientia praevideat,* quinam ex iis, qui audituri sunt Evangelium, conaturi sunt *ex suis naturalibus* ad assensum eliciendum ut tenentur, et qui non : sane, ut a peccato non excusentur, qui assensum fidei supernaturalem non elicuerint, satis est Deum suo auxilio et gratia praesto esse ad praeveniendum in eodem instanti quoscumque *praeviderit* ex suis naturalibus ad assensum conaturos... » (ibid. disp. 11.)

Caput 4um. — « Quod voluntas creandi eum ordinem rerum, et in eo conferendi haec et non alia auxilia, *rationem praedestinationis* comparatione horum adultorum et non illorum fuerit sortita, pendens fuit ex eo, quod unus potius usus quam alius pro libertate arbitrii eorum esset futurus ; atque 'adeo ex eo, quod Deus futurum eum *praeviderit,* quia pro eorum libertate erat futurus. Atque ex hoc capite diximus dari *rationem* praedestinationis adultorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi. » *(Concord,* q. 23. a. 4. disp. 1. memb. ult.)

Caput 5um. — « Divisio sufficientis auxilii in efficacem et inefficacem, nostra sententia, ab effectu, qui simul ab arbitrii libertate pendet, sumatur; itludque auxilium sufficiens, sive majus sive minus in se sit, *efficax* dicatur, cum quo arbi-

trium pro sua libertate convertitur... Illud vero *ineffica.r* dicatur, cum quo arbitrium pro eadem sua libertate non convertitur... Atque adeo in libera potestate nostra esse, ve! illa *efficacia reddere,* consentiendo el cooperando eum illis ad actus quibus ad justificationem disponimur, vel *inefficacia illa reddere,* continendo consensum et cooperationem nostram, aut eliciendo contrarium dissensum. » *(Concord.* q. 14. a. 13. disp. 40.)1.

Alia praeterea duo oportet notare capita, in quibus Molina convenit cum illis, de quibus loquitur S. Prosper, videlicet : 1» quod Molina recedit a D. Thoma interpretante mentem S. Augustini circa *gratiam operantem,* sicut Semipelagiani a doctrina S. Augustini recedebant, existimantes per istam gratiam liberum hominis impediri arbitrium *(Concord,* q. 14. a. 13. disp. 42.); 2° illa omnia quae Semipelagiani decantabant contra doctrinam S. Augustini circa efficaciam gratiae et praedestinationem ante praevisa merita, omnia ad litteram repetunt, tamquam perpetuam cantilenam. Molina et Molinistae contra doctrinam 1>. Thomae et Thornistarum. (Vide supra p. 55.)

§ 7

Duplex responsio ad Epistolam quam S. Prosper ad S. Augustinum scripserat.

Responsio Molinae. — *Concord,* q. 23. a. 4. et 5. disp. 1. memb. ult. : « Nos pro nostra tenuitate rationem totam conciliaadi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione, quam toto a. 13. q. 14. et a. (i. q. 19. et 22. et tota hac quaestione tradidimus, sequentibus principiis, ex quibus eam deduximus, quaeque variis locis tradidimus, inniti judicamus : quae si data explanataque semper fuissent.

1 Cum istud cap. 5. esset nimis clarum, post 1. edit. *Concordiae, addidit* in q. 23. a. 4. et 5. disp. I. memb. (5. : « Quando audis consensum nostrum *efficacia reddere* auxilia gratiae, non ita id intelligas, quasi arbitrium nostrum *vim aliquam* tribuat auxiliis ipsis ;... sed potius auxilia *vim* et *propensionem* tribuunt ad consensum eliciendum... » Post istam denique additionem supervenit adhuc *Secretum* P. Aquavivae, de quo supra cap. 9.

forte neque Pelagiana haeresis fuisset exorta, neque Lutheran! lam impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum divina gratia, praescientia, et praedestinatione cohaerere non posse; neque ex Augustini opinione concertationibusque cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent; facileque *reliquiae illae* Pelagianorum in Gallia, quarum in *Epistolis* Prosperi et Hilarii fit mentio, fuissent exstinctae : ut patet ex his, in quibus homines illos cum catholicis convenisse et ab eis dissensisse eaedem Epistolae testantur; concertationes denique inter catholicos fuissent compositae. »

Atque ibid. q. 23. disp. 1. memb. 6. Molina jam praemiserat : « Quare dubitandum non est, si ea de re vel Augustinus vel D. Thomas consulerentur, continuo responsuros, luisse nihilominus *praedestinationem* et *reprobationem non sine praevia illa scientia, habitaque consideratione usus liberi arbitrii futuri ;* tametsi non ut pro qualitate illius dona gratiae et praedestinationis a Deo conferrentur; quod sane rigorem atque duritiem, quam alioquin sententia illa sonat ac continet, aufert, hominumque animos sedat. Quocirca, si meum hac de re judicium quicquam ponderis habet, suspicor Augustinum et D. Thomam (qui Augustini vestigia est secutus) sua opinione illud primum solum, quod eum communiori scholasticorum sententia nos libenter amplectimur. *intendisse potissimum ; neque advertisse* ad auferendam duritiem illam aliam, quam minime intenderunt, conduceret additio illa, quam nec negarunt nec negassent, si de ea fuissent consulti : nempe, fuisse nihilominus *praedestinationem* et *reprobationem non sine praescientia* qualitatis usus liberi arbitrii, habitaque consideratione illius, modo explicato et in sequentibus fusius explicando. Interim vero, dum *sub ea quasi caligine* D. Augustinus *ad hoc non attendit,* arbitratus primo aspectu cum sua de praedestinatione opinione esse conjunctum, Deum non velle omnes universim homines salvos fleri, sed solos praedestinatos, in mullis suae doctrinae locis, ita illum locum Pauli I Tim. 2. interpretatus est, ut de solis praedestinatis intelligeretur....

Immo vero, esto hi duo Patres (S. Augustinus et D. Thomas) in eam sententiam inclinassent, salva eorum reverentia, quae illis debetur maxima, quoad illini secundum admittenda non esset. Neque enim miror, opinionem illam, eo pacto intellectam, a multis duram nimis, indignamque divina bonitate •et clementia judicari... Quae enim non dicam bonitas et clementia, sed aequitas patitur, ut *nulla omnino ratione usus liberi arbitrii habita,* eo vel solo vel praecipuo fine Deus certos solum quosdam homines ex aeternitate elegerit et praedestinaverit, reliquos vero pene innumeros non electos et non praedestinatos reliquerit, sciens continuo eo ipso futuros reprobos, ut haberet quos puniret, et in quibus justitiam suam vindicativam commendaret ? Quae item aequitas, bonitas et clementia postulat, ut pro sua tantum voluntate, absque ulla consideratione usus liberi arbitrii cujusque, decreverit, ut hi in particulari essent praedestinati, illi reprobati? Certe, id potius duri, feri et crudelis, quam clementissimi principis, auctorisque totius consolationis, bonitatis ac pietatis esse videtur : eaque ratione potius obscuraretur divina justitia quam commendabilis redderetur. » Talis est responsio, quam Epistolis Prosperi et Hilarii dat Molina in libro *Concordiae.*

Responsio S. Augustini. — *Quoad praedestinationem.* « Dei manifestissimam gratiam, quae maxime apparet in parvulis... Est etiam praeclarissimum lumen praedestina tionis et gratiae ipse Salvator, ipse Mediator Dei el hominum. homo Christus Jesus, qui ut hoc esset, quibus tantum suis vel operuin vel fidei praecedentibus meritis natura humana, quae in illo est, comparavit? Respondeatur quaeso : ille homo, ut a Verbo Patri coaeterno in unitatem personae assumptus, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit? Quod ejus bonum qualecumque praecessit? Quid egit antea? Quid credidit? Quid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret?[1] ... Sicut ergo praedestinatus est ille unus,

[1] Notet lector, quomodo S. Augustinus ex praedestinatione gratuita hominis Christi concludit et infert nostram praedestinationem

nt caput nostrum esset, ita et multi praedestinati sumus, ut membra ejus essemus. Humana hic merita cônticescantr quae perierunt per Adam; et regnet, quae regnat *Dei gratia* per Jesum Christum Dominum nostrum, unicum Dei Filium, unum Dominum. » *(De praedest. sanet,* cap. 14. el 15.> « Haec est praedestinatio manifesta et certa sanctorum, quam postea diligentius et operosius, cum jam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit. Didicimus enim singulas quasque haereses intulisse Ecclesiae proprias quaestiones; contra quas diligentius defenderetur Scriptura Divina quam si nulla talis necessitas cogeret... Ac per hoc praedestinationis hujus fidem, quae contra novos haereticos nova sollicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit... Hoc scio, neminem contra istam praedestinationem, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. » *De dono person.* cap. 19., 20. et 23.i

Quoad divinam praescientiam. — « Cernitisne me sini· praejudicio latentis consilii Dei aliarumque causarum, hoc de *praescientia* Christi dicere voluisse, quod convincendae paganorum infidelitati, qui hanc objecerant quaestionem, sufficere videretur? Quid enim est verius quam *praescisse* Christum, qui et quando et quibus locis in eum fuerant credituri ? Sed utrum, praedicato sibi Christo, a seipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo *cos praescierit,* an etiam *praedestinaverit* Deus : quaerere ac disserere tunc necessarium non putavi... *Praedestinatione quippe Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus.* » *De praedest. sanet.* cap. 9. et 10.) » Haec, est

esse omnino gratuitam ; dum e contra, Molina stabiliens praedestinationem nostram habere *rationem ex parte usus liberi arbitrii praevisi,* existimat « admodum verisimile... Deum animam Christi *praevidisse* melius quam ceteras, pro sua innata libertate, (gratia) usuram suo arbitrio, *eaque ratione* in tantam dignitatem, potius quam ceteras, electam fuisse ». *(Concord.* q. 23. disp. 1. memb. 11.) Vide supra cap. 8.

immobilis veritas praedestinationis et gratiae. Nam quid est, quod ait Apostolus (Eph. 1.i : *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem·?* Quod profecto, si proplerea dictum est, *quia praescidi* Deus credituros, *non quia facturus fuerat* ipse credentes: contra *istam praescientiam* loquitur Filius Dei, dicens : *Non ros me elegistis, sed ego vos elegi;* cum hoc praescierit Deus, quod ipsi eum fuerant electuri, ut ab illo mererentur eligi. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea praedestinatione, in qua Deus sua futura facta praescivit ; electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id. quod praedestinavit, implevit. » (ibid. cap. 17.) « Haec itaque dona Dei, quae dantur electis secundum Dei propositum vocatis (in quibus donis est *incipere* credere et in fide usque ad vitae hujus terminum *perseverare,* sicut tanta rationum atque auctoritatum contestatione probavimus); haec, inquam, Dei dona, si nulla est praedestinatio, quam defendimus, *non praesciuntur* a Deo; praesciuntur autem, haec est igitur praedestinatio quam defendimus. Unde aliquando eadem praedestinatio significatui· etiam nomine *praescientiae.* » *(De dono perser.* cap. 18.)

Quoad divinam gratiam. — 1" « Ut autem praedicato nobis Evangelio *consentiremus,* nostrum esse proprium, et nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum errorem non nulla opuscula mea satis indicant, ante episcopatum meum scripta... Nondum diligentius quaesiveram nec adhuc inve neram, qualis sit electio gratiae... Ac deinde subjunxi : *Quod ergo credimus, nostrum est ; quod autem bonum opere mur, illius est qui credentibus dat Spiritum Sanctum :* profecto non dicerem, si jam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quae dantur in eodem spiritu. *Utrumqueergo nostrum est,* propter arbitrium voluntatis: el *utrumque tamen datum est,* per spiritum fidei el caritatis... Utrumque ipsius (Spiritus Sancti) est, quia ipse praeparat voluntatem : et utrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. » *(De praedest. sanet,* cap. 3.)

2° « Posset quippe dicere homo inflatus adversus alterum ;

discernit me. fides mea, justitia mea, vel si quid aliud. Talibus occurrens cogitationibus bonus doctor : *Quid habes,* inquit, *quod non accepisti?* A quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donavit quod donavit tibi ? *Si autem accepisti?* ait. *quid gloriaris quasi non acceperis?* Numquid, quaeso, agit aliud, nisi ut qui *gloriatur,* in *Domino glorietur?* Nihil autem huic sensui tam contrarium est quam de suis meritis sic quemquam gloriari, tamquam ipse sibi ea fecerit, non gratia Dei; sed gratia, quae bonos discernit a malis, non quae communis bonis et malis. » (ibid. cap. 5.) « Quidquid igitur et antequam in Christum crederet, et cum crederet, et cum credidisset, bene operatus est Cornelius, *totum* [1] *Deo dandum est,* ne forte quis extollatur. » (ibid. cap. 6.)

3° « Nimium gratia ista secreta est; gratiam vero esse quis ambigat? *Haec* itaque *gratia,* quae occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a *nullo duro corde respuitur.* Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. » (ibid. cap. 8.) « Agit quippe Deus, quod vult, in cordibus hominum. » (ibid. cap. 20.) « Asserimus ergo donum Dei esse perseverantiam, qua usque in finem perseveratur in Christo. » *(De dono persev.* cap. 1.) « De illa enim perseverantia loquimur, qua perseveratur usque in finem, quae si data est, perseveratum est usque in finem ; si autem non est perseveratum usque in finem, non est data... Hoc ergo Dei donum *suppliciter* emereri potest: sed cum datum fuerit, amitti contumaciter *non potest.* Cum enim perseveraverit quisque usque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia quae poterat ante finem. Quomodo enim potest amitti, per quod fit, ut non amittatur etiam quod posset amitti ?... At enim voluntate sua quisque deserit Deum, ut merito deseratur a Deo. Quis hoc negaverit? Sed ideo petimus, *ne inferamur in tentationem,* ut hoc non fiat. Et si exaudimur, utique non fit : quia Deus non permittit,

[1] Molina autem ait : « Esto justus de ejusmodi actibus, ea ex parte qua libere quidem... ab ipso emanarunt, gloriaretur..., sane non esset insipiens, sed verum diceret; quoniam gloriatur... de sola cooperatione libera... » *(Concord.* q. 14. a. 13. disp. 12.)

ut fiat. Nihil enim fit. nisi quod aut *ipse facit,* aut fieri *ipse permittit.* Potens ergo est, et a malo in bonum flectere voluntates, et in lapsum pronus convertere, ac dirigere in sibi placitum gressum. » (ibid. cap. 6.) « Ac per hoc sicut operatur (Dei gratia) ul accedamus, sic operatur ne discedamus... Manus igitur Dei est ista, non nostra, ut non discedamus a Deo. » (ibid. cap. 7.) « Voluntate nutem sua cadit, qui cadit; el voluntate Dei stat, qui stat [1]. *Potens est enim Deus statuere illum* (Rom. 14, 4) ; non ergo ipse seipsum, sed Deus... Non itaque in hominum, sed in Dei est potestate, ut habeant homines *potestatem filii Dei fieri...* Sufficientia nostra ex Deo est, in cujus est potestate cor nostrum el cogi lationes nostrae. » (ibid. cap. 8.) « Unde satis dilucide osten ditur, et inchoandi et usque in linem perseverandi gratiam Dei non secundum merita nostra dari; sed dari secundum ipsius secretissimam, eandemque justissimam, beneficentissimam, sapicntissimam voluntatem; quoniam quos praedestinavit, ipsos et vocavit vocatione illa, de qua dictum est (Rom. 8, 30) : *Sine poenitentia dona sunt et vocatio Dei.* » (ibid. cap. 13.)

Quoad Doctores et Patres Ecclesiae [2]*, qui ante S. Augustinum de gratia et praedestinatione locuti fuerant.* — « Certe enim, si de Divinarum Scripturarum tractatoribus, qui fuerunt ante nos, proferrem defensionem hujus sententiae, quam nunc solito diligentius atque copiosius contra novum Pelagianorum defendere urgemur errorem ; hoc, est. gratiam Dei non secundum merita nostra dari, et gratis dari cui datur; quia *neque volentis neque currentis, sed miseren-*

1 Juxta hoc S. Augustini principium oportet intelligere atque interpretari quae ipse S. Augustinus scribit *De correpi. et grat.* cap. 10. et 11. nimirum : *a)* « Angeli quidam, qnorum princeps qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium a Domino Deo refugae facti sunt... Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt; » *b)* « angeli sancti, cadentibus aliis per liberum arbitrium, steterunt ipsi. »

2 Vide Bossuet, *Défense de la tradition et des Saints Pères,* lib. 12. cap. 39.

tis es/ Dei (Rom. 9,16); justo autem judicio non dari, cui non datur, quia non *est iniquitas apud Deum* (ibid. 14.) : si hujus ergo sententiae defensionem ex divinorum eloquiorum nos praecedentibus catholicis tractatoribus promerem, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent ; hoc enim significastis litteris vestris. Quid igitur opus est. ut eorum scrutemur opuscula, qui, priusquam ista haeresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quaestione versari, quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur? Unde factum est, ut *de gratia Dei* quid sentirent, *breviter* quibusdam scriptorum suorum locis et *transeunter* attingerent: immorarentur vero in eis, quae adversus alios inimicos Ecclesiae disputabant, et in exhortationibus ad quasque virtutes, quibus Deo vivo et vero pro adipiscenda vita aeterna et vera felicitate servitur : frequentationibus autem orationum simpliciter apparebat Dei gratia quid valeret; non enim poscerentur a Deo quae praecipit fieri, nisi ab illo donarentur ut fierent. » *(De praedest. sanet.* cap. 14.) Et postea *De dono persev.* cap. 19. adducens testimonia SS. Cypriani, Ambrosii et Gregorii Nazianzeni, scribit : « Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus *Dei praescientiam,* et agitur de vocatione electorum, eandem *praedestinationem* intelligere? Magis autem fortasse voluerunt hoc verbo in ea re uti, quod et facilius intelligitur et non repugnat, immo et congruit veritati, quae de praedestinatione gratiae praedicatur. Hoc scio, neminem contra istam praedestinationem,, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi *errando* disputasse potuisse... Procul dubio noverant praedestinationem, quam per apostolos praedicatam, contra novos haereticos operosius diligentiusque defendimus ; nec tamen eis obedientiam praedicantibus et ad eam sicut quisque poterat ferventer hortantibus, ullo modo recte diceretur : « *Si non vultis obedientiam, ad quam nos accenditis, in nostro corde frigescere, nolite nobis istam gratiam praedicare, qua Deum dare fatemini quae ut nos faciamus hortamini.* «

Quoad praedestinationis mysterium praedicandi utilitatem, et quomodo doctrina de Dei gratia, a S. Augustino tradita, magnae sit animdbus fiduciae, pacis et consolationis. — « 1°Quamobrem, si et apostoli et doctores Ecclesiae, qui eis successerunt eosque imitati sunt, utrumque faciebant ; id est, et Dei gratiam, quae non secundum merita nostra datur, veraciter praedicabant, et piam obedientiam praeceptis salubribus instruebant : quid est quod, invita conclusi violentia veritatis recte se isti *nostri,* dicere existimant : *Et si verum est, quod dicitur de praedestinatione beneficiorum Dei, non est tamen populis praedicandum?* Praedicandum est prorsus, ut *qui habet aures audiendi, audiat.* Quis autem habet, si non accepit ab illo, qui ait (Baruch 2, 31) : *Dabo eis cor cognoscendi me et aures audientes ?* Certe, qui non accepit, rejiciat; dum tamen qui capit, sumat et bibat, bibat et vivat. Sicut enim praedicanda est pietas, ut ab eo *qui habet aures audiendi,* Deus recte colatur; praedicanda est pudicitia, ut ab eo *qui habet aures audiendi,* nihil genitalibus membris illicitum perpetretur; praedicanda est caritas, ut ab eo *qui habet aures audiendi,* Deus et proximus diligatur: ita et praedicanda est ista praedestinatio beneficiorum Dei, ut *qui habet aures audiendi,* non in seipso, sed *in Domino glorietur.* » *(De dono perser.* cap. 20.)

2° « Quae tamen non ita populis praedicanda est, ut apud imperitam vel tardioris intelligentiae multitudinem redargui quodammodo ipsa sua praedicatione videatur, sicut redargui videtur et *praescientia* Dei, quam certe negaro non possunt, si dicatur hominibus : sive curratis sive dormiatis, quod vos *praescivit* qui falli non polest, hoc eritis. Dolosi autem vel imperiti medici est, etiam utile medicamentum se alligare, ut aut non prosit aut obsit; sed dicendum est : *Sic currile, ut comprehendatis* (1 Cor. 9, 24); atque ul ipso cursu vestro ita vos esse praecognitos noveritis, id legitime curratis; et si quo alio modo Dei *praescientia* praedicari potest, ut hominis segnitia repellatur... Illum etiam modum, quo utendum esse in praedestinationis praedicatione nos diximus

loquontl ad populuni non existimo debere sufficere, nisi hoc vel hujusmodi aliquid addat, ut dicat : Vos itaque etiam ipsam obediendi perseverantiam « *Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum* (Jacob. 1, 17), sperare debetis, et quotidianis orationibus poscere, atque hoc faciendo confidere non vos esse a praedestinatione populi ejus alienos, quia etiam hoc, ut faciatis, ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis; quoniam spem vestram in ipso habere jubemini, non in vobis... Hanc spem tenentes, servite Domino in timore et exsultate ei cum tremore; quoniam de vita aeterna, quam filiis promissionis promisit non mendax Deus ante tempora aeterna, nemo potest esse securus nisi cum consummata fuerit ista vita, quia *tentatio est super terram* (Job. 7, 1); sed faciet nos perseverare in se usque in ejus vitae finem, cui quotidie dicimus (Math. 6, 13) : *Ne nos inferas in tentationem.* Haec atque hujusmodi cum dicuntur sive paucis Christianis sive multitudini Ecclesiae : cur metuimus sanctorum praedestinationem et veram Dei gratiam, id est, quae non secundum merita nostra datur, sicut eam Sancta Scriptura praedicat, praedicare? An vero timendum est, ne tunc de se homo desperet, quando spes ejus ponenda demonstratur in Deo : non autem desperaret, si eam in seipso superbissimus et infelicissimus poneret ? » (ibid. cap. 22.)

3° « Miror homines infirmitati suae se malle committere quam firmitati promissionis Dei ! Sed incerta est mihi, inquis, de me ipso voluntas Dei. Quid ergo? Tuane tibi voluntas de teipso certa est, nec times : *Qui videtur stare, videat ne cadat,* (I Cor. 10, 12)? Cum igitur utraque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fidem suam, spem caritatemque committit? » *(De praedest. sanet,* cap. 11.) «Tutiores igitur vivimus, si totum Deo damus; non autem nos illi ex parte, et nobis ex parte committimus.... ut dum praecedit humilis et submissa confessio et datur totum Deo, quicquid suppliciter cum timore Dei petitur, ipsius pietate praestetur. » *(De dono persev.* cap. 6.) « Nos ergo volumus, sed Deus *in nobis operatur et velle;* nos ergo operamur.

sed *Dens in nobis operatur et operari pro bona voluntate.* Hoc nobis expedii et credere et dicere : hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis el submissu confessio, et detur totum Deo. » (ibid. cap. 13.) « *Nemo cenif ad me,* id est, nemo credit in me, *nisi fuerit ei datum a Patre meo* (Joh. 6, 66). Nec rursus, quia vera est definitio, ideo vana esi illa praeceptio : *Credite in Deum et in me credite.* Cur ergo praedicationi, praeceptioni, exhortationi, correptioni, quae omnia frequentat Scriptura Divina, existimamus inutilem definitionem praedestinationis, quam commendat Scriptura Divina? » (ibid. cap. 14.) « Cavendum est igitur, ne dum limemus, ne tepescat hortatio, exstinguatur oratio, accendatur elatio. Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua quaestio ut dicatur impellit, et capiant qui possunt; ne forte cum tacetur propter eos, qui capere non possunt, non solum veritate fraudentur, verum etiam falsi tale capiantur, qui verum capere, quo caveatur falsilas, possunt. Facile est enim, immo et utile, ut taceatur aliquod verum propter incapaces... Quamvis modo quodam dicendi fieri possit, ut id quod dicitur, et parvulis lac. et grandibus esca sit. Sicut : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, el Deus erat Verbum* (.Toh. 1.1), quis Christianus tacere potest ? quis capere? aut quid in doctrina sana potest inveniri grandius? Quod tamen et parvulis non tacetur, et grandibus nec parvulis occultatur. Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum dicendi necessitas. Causas verum tacendi longum est omnes quaerere vel inserere; quarum tamen est et haec una, ne pejores faciamus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligunt facere doctiores ; qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidem non fiunt, sed nec pejores fiunt. » (ibid. cap. 16.) « Sed quid plura? Satis docuisse me existimo, vel potius plus quam satis, dona Dei esse, et *incipere* in Dominum credere et *usque in finem.* in Domino *permanere.* Cetera vero bona ad vitam piam, qua Deus recte colitur, pertinentia, etiam ipsi, propter quos haec agimus. Dei dona esse concedunt. Omnia porro dona sua, et quibus ea fuerat largiturus, Deum praescisse negare

non possunt. Sicut ergo cetera praedicanda sunt, ut qui ea praedicat, obedienter audiatur, ita praedestinatio praedicanda est, ut qui obedienter haec audit, non in homine, ac per hoc nec in seipso, sed in *Domino glorietur,* quia et hoc Dei praeceptum est; et hoc praeceptum obedienter audire, id est, ut qui *gloriatur, in Domino glorietur* (*1.* Cor. 1, 31), similiter ut cetera, Dei donum est. Quod donum qui non. habet, non dubito dicere, alia quaecumque habet, inaniter habet. Hoc *Pelagianis* optamus, ut. habeant ; *istis* autem *nostris,* ut plenius habeant. Non itaque simus in disputationibus prompti, et in orationibus pigri. Oremus, dilectissimi, oremus, ut Deus gratiae det etiam inimicis nostris, maximeque fratribus et dilectoribus nostris, intelligere et confiteri post ingentem et ineffabilem ruinam, qua in uno omnes cecidimus, neminem nisi gratia Dei liberari; eamque non secundum merita accipientium tamquam debitam reddi, sed tamquam veram gratiam nullis meritis praecedentibus gratis dari... Qui legunt haec, si inlelligunt, agant Deo gratias ; qui autem non inlelligunt, orent, ut eorum ille sit doctor interior, a *cujus facie est scientia et intellectus* (Prov. 2, 6). Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam diligenter quae sunt dicta considerent, ne fortassis ipsi errent. » (ibid. cap. 24.) Talis est responsio, quam Epistolis Prosperi et Hilarii dat S. Augustinus in libris *De praedest. sanet,* et *De dono persev.*

Judicium de utraque responsione a Bellarinino allatum. — *a) I. De grat. et lib. arb.* cap. 12. : « Sequitur altera quaestio : Unde sumatur efficacia gratiae... Prima opinio eorum est, qui gratiam efficacem constituunt in assensu et cooperatione humana, ita ut ab eventu dicatur gratia *efficax,* quia videlicet sortitur effectum, quia voluntas humana cooperatur. Itaque existimant hi auctores, in potestate hominis esse, ut gratiam faciant esse efficacem, quae alioquin ex se non esset nisi sufficiens : 1° *Haec opinio aliena est a sententia etiam Scripturarum Divinarum ;* nam s. Augustinus in libro *De praedest. sanet,* cap. 8. dicit gra-

tiam, efficacem videlicet, a nullo duro corde respui, quia ipsa cor emollit; ubi vides, efficaciam tribui gratiae, non voluntati humanae. Et libro *De spiritu et liti.* cap. 34. quaerens, cur Deus uni ita suadet, ut persuadeat, alteri non ita, non respondet : quia unus consentit, alter non consentit; sed exclamat : *O altitudo divitiarum !...* Denique, tam est hoc in operibus Augustini frequens el obvium, ut supervacaneum sit id pluribus confirmare... 2” Denique, *haec opinio evertit omnino fundamentum praedestinationis divinae,* quam S. Augustinus ex Divinis Litteris solidissime comprobavit : inde enim pendet certitudo atque infallibilitas praedestinationis, quod electis Deus efficacem gratiam praeparavit. »

b) II. De grat. et lib. arb. cap. 11. : « S. Augustinus *De dono persev.* cap. 18. : *Hoc,* inquit, *scio, neminem contra, istam praedestinationem·, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse...* His accedit publica Ecclesiae approbatio. Constat enim delatum fuisse ad Apostolicam Sedem, Celestino Pontifice, a Prospero et Hilario querimoniam, quod in Gallia presbyteri quidam doctrinam S. Augustini de praedestinatione reprehenderent. Quid autem Celestinos scripserit, perspicuum est ex *Epistola* ejus *ad Gallos,* in qua inter cetera, posteaquam magnis laudibus S. Augustinum extulit, ita subjunxit : *Unde resistatur talibus, quos male crescere videmus; nefas est haec pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari.*

Et quoniam Galli respondebant, fuisse quidem a Pontifice commendatam S. Augustini doctrinam, sed non approbatos in specie libros illos duos *De praedest. sanet,* et *De dono perseverantiae : Contra* S. Prosper in libro *Collatorem* [1]

[1] S. Prosperi *De gratia Dei et libero arbitrio hominis* liber *contra Collatorem.* In isto opere S. Prosper propugnat doctrinam S. Augustini contra errorem Pelagianorum et praesertim contra *Cassianum,* qui auctor est libri *Collationum,* quique *Collatione XIII.* errorem Semipelagianorum profitetur. S. Prosper autem cap. 3. sic eum

extremo demonstrat Pontificem non potuisse hos libros non approbare, cum Augustini doctrinam probaverit, et hi libri a celeris non dissentiant... Deinde, Celestinus in ea epist. cap. 2. ita laudat Augustinum, ut dicat eum semper habitum n Romana Ecclesia pro magistro optimo, et numquam eum fuisse saltem rumore sinistrae suspicionis aspersum. At quomodo ista dicere potuisset Cefestinus, si Augustinus falso scripsisset fidem praedestinationis in Ecclesia catholica semper fuisse, et contra eam neminem nisi errando disputare potuisse? Nam si Augustini de praedestinatione sententia falsa esset, non posset idem Augustinus ab ingenii temeritate defendi ; quippe qui non solum tam acriter pro falsitate certasset, sed etiam eam pro fide catholica venditare ausus esset. Quomodo igitur Celestinus eos, qui pro hac ipsa re Augustinum temeritatis et erroris damnabant, ita reprehendit, ut dicat nefas esse talia audire, et Augustinum pro magistro optimo semper habitum, nec unquam fuisse saltem rumore sinistrae suspicionis aspersum, nisi hanc ipsam de praedestinatione doctrinam, secundum Augustini sententiam, veram esse credidisset?... Itaque Sedes Apostolica non tantum semel, sed etiam secundo et tertio adversus Pelagianorum reliquias pro defensoribus gratiae et praedestinationis sententiam tulit, ut jam haec sententia non quorumvis Doctorum opinio, sed fides Ecclesiae catholicae dici debeat. » Haec Bellarminus.

Corollaria. — Ergo doctrina Molinae circa gratiam et praedestinationem aliena est a sententia Scripturarum Divinarum, aliena a traditione Ecclesiae, atque e diametro opposita doctrinae S. Augustini et D. Thomae.

Ergo in libro *Concordiae* voluti in sepulcro dealbato

arguebat : « Nec cum haereticis tibi, nec cum catholicis plena concordia est. Illi in omnibus justis hominum operibus liberae voluntatis tuentur exordia ; nos bonarum cogitationum ex Deo semper credimus prodire principia ; tu informe nescio quid terlitini. et utrique parti inconveniens reperisti, quo nec inimicorum consensum acquireres, nec in nostrorum intelligeutia permaneres. »

conditae sunt, Bellarmino teste, *Pelagianorum reliquiae,* ac custodita servantur *ossa Pelagii.*

Ergo de arbitrio libero et gratia Dei quid Romana, hoc est catholica, sequatur et servet Ecclesia, ex variis libris S. Augustini, et maxime in libris duobus *De praedest. sanct.* et *De dono persev.* ad Prosperum et Hilarium, cognosci potest.

Ergo in operibus D. Thomae, qui mentem S. Augustini optime penetravit atque ejus doctrinam de gratia mira profunditate miroque ordine, in *Summa Theologica* praesertim, declaravit, quemque « eodem honore colendum esse affirmant (Romani Pontifices), qui summis Ecclesiae Doctoribus Gregorio, Ambrosio, Augustino et Hieronymo defertur», quaerere oportet in his de gratia et praedestinatione materiis celsam, claram, firmam sententiam. Nam D. Thomae, Romanis Pontificibus testimonium afferentibus, « doctrina prae ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut numquam qui eam tenuerint, inveniantur a veritatis tramite deviasse; et qui eam impugnaverit, semper fuerit de veritate suspectus ». (Leo XIII. Encycl. *Aeterni Patris.)*

Deus autem, qui dives est in misericordia, qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae; in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo; in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiae ejus : det nobis spiritum sapientiae et revelationis, in agnitione ejus; *det nobis, et quae D. Thomas docuit, intellectu conspicere, et quae egit, imitatione complere :* illuminatos oculos cordis nostri, ut sciamus quae sit spes vocationis ejus, et quae divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis. Et consedere nos faciat in coelestibus in Christo Jesu. Amen. (Ephes, cap. 1. et 2.)

APPENDIX

DOCUMENTA INEDITA ET AUTHENTICA

]N QUIBUS AGITUR

DE LIBRO CONCORDIAE

P. LUDOVICI MOLINA S. J.

DOCUMENTA

i

DOCUMENTUM

in quo continetur deliberatio habita a Superiori Fratrum Praedicatorum Prov. Hispaniae cum PP. Consilii Provinciae ad eligendum theologos Doctores qui examinent ac censeant librum Concordiae Molinae.

« En S. Pablo, Valladolid, en 29 de Setiembre de [i5] 94.

Fueron consultados los PP, Maestros, Priores y los nombrados abaxo sobre qué modo se tendra en hazer un tratado que embiar à su Santidad sobre ia materia de gracia y de los auxilios en que an disputado con los Ifiiguistas de la Compama, y sobre otras materias en que se an apartado de la doctrina de Santo Thomâs. Y fué el parecer que se nombren una dozena *6* mâs padres que estudien sobre ello, y éstos embien sus estudios â seys personas que nombre nuestro padre [Provincial], los quales lo estudien particularmente, y de los trabajos de todos se haga una resoluciôn firmada de todos ellos y de alguno otros padres graves de la Provincia, que se aya de embiar â su Santidad para cumplir con su Santo mandato, no obstante que fuera desta resoluciôn se pueden también embiar seys tratados, ô mâs, de las personas que para esto fueren senaladas. Y en esto pareciô que ó se fuessen otros padres cada uno â su Convento y alii estudiase y hyziesse su tratado particular, concluyéndole para el dia que nuestro P. provincia! le serialasse, y después se iuntassen todos seys para que dei estudio de otros â quien esta materia estâ encomendada, y del que cada uno dellos hyzo en su celda, se copilasse un tratado como estâ dicho ; ó los senalasse nuestro padre [Provincial] casa donde estuviessen iuntos ; siendo parecer de la Congregacion que quando se aya de embiar â Roma se den los papeles â su Magestad para que con su mano vayan guiados y autorizados, y si fuere menester vaya un padre grave, docto y de prendas, ô dos iuntos, â tratar el negocio delante de su Santidad, y si

fuesse possible que fuesse en nombre del Rev nuestro Senor, seria de gran importancia para la expedicibn del negocio, que es necessaria para el bien de la Iglesia, desseando todos mucha brebedad en esto.

Ansimesmo fueron de parecer que se procurassen firmas en favor de la verdad desta doctrina de personas graves y doctas del Reyno ansi religiosos de otras ôrdenes como ecclesiasticos y prelados de la santa Iglesia. Ansimesmo se le escriba al Sr. Nuncio que scan todos iguales, y que como no podemos nosotros tratar desta materia, ansi ni mâs ni menos tengan la mesma ley los padres de In Compafiia. ›

Esta copia estâ conforme con el original,

En. J. Cttkavo,

II

Censura seu
Judicium quod septem theologi, ex Ordine Praedicatorum, de libro Concordiae tulerunt.

Por mandado y obediencia de fivo P. Maestro frai Thomas de Guzman, provincial de Espana, de la Orden de Sancto Domingo, nos juntamos en el Colegio de S. Gregorio de Valladolid, â tres dias de octobre del afio de 1594, â calificar très proposiciones infra scriptas tocantes *à* la gracia suficiente y eficaz, ò auxilios suficientes y eficazes, con que Dios sobrenaturalmenle mueveal entendimiento y libre alvedrio del hombre, ansi para creer como para ser justificado y saluarse. Y las proposiciones que al présente calificamos, son tam solamente tres, que en estos tiempos tienen sus asertores y defensores, que son lassiguientes.

Prima propositio.

Fieri potest, ut duorum qui equuli auxilio interius a Deo vocantur, unus pro libertate sui arbitrii convertatur, et alter in infidelitate permaneat.

Item, sepe accidit, ut cum quo auxilio unus non convertitur, alius convertatur.

Item fieri potest, ut aliquis, preventus et vocatus longe majori auxilio, pro sua libertate non convertatur, et alius cum longe minori convertatur.

Item, eodem modo afccli cqualilerquc a Deo ad fidem vocati, pro sola eorum libertate potest evenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eam contemnat.

Hanc propositionem Luoovtcus Molina in sua *Concordia* disp. 12. pag. 52 et 53. Quam etiam alii ejusdem Societatis defendunt.

Secunda propositio.

Cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus unus justificatur et salvatur, alius pro sua libertate non justificatur neque salvatur. Neque dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui multo majoribus auxiliis ad salutem a Deo donati fuerunt, quam multi qui in celo divino conspectu fruuntur. Sed quod ii cum majoribus auxiliis prédestinait et salvati non fuerint, illi vero cum minoribus prédestinait et salvati fuerint, non aliunde fuit, nisi quia illi pro innata libertate noluerunt uti ita suo arbitrio, ut salutem consequerentur, ii vero maxime.

Tertia propositio.

Error est aserere dari auxilium eficax, quod ex modo motionis divinae atque ex Deo ipso habeat eficatiam. Neque hoc, salva fide, potest sustineri.

Hanc habet predictus Molina in sua *Concordia,* p. 425 et 426, et defenditur ab aliis.

Censura primae propositionis.

Prima propositio, ut jacet, quantum ad omnes quatuor partes, praeterquam quod statim male sonat et pias aures offendit, erronea est.

Id quod in primis ostenditur ex illo I Cor. 4. *quis te discernit ?* Cujus loci intelligentia necessaria colligitur ex ipso contextu apostolico, ubi Apostolus intendit in nullo gloriandum nobis esse nisi in Domino et ejus adjutorio, quo in nobis efficit quod a nobis fieri postulat, aut vult fieri. Ergo cum hoc testimonio Apostoli non potest stare in veritate predicta propositio, in quantum ultima ratio discretionis, perquam difert et discernitur is qui credit Deo vocanti, et is qui convertitur in Deum equali vel minori auxilio, ab illo qui non credit neque convertitur, refunditur et reducitur ad libertatem hominis. Imo vero, ut in quarta parte propositionis habet, reducitur hec diferentia ad solam libertatem eorum, quorum alter amplectitur fidem, alter contemnit ; et non videamur nostro cerebro interpretari hoc testimonium, accedat D. Augustinus plurimis in locis. Sed, exempli gratia, citamus illum lib. *De predestinatione sanctorum* cap. 3. et 5. ubi, enarrans locum inductum Apostoli, ait : *Quid habes quod non accepisti ?* a quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donavit, quod donavit tibi? Igitur sentit Augustinus quod hujusmodi discretio et diferentia non potest icduci ad liberum arbitrium hominis, sed in ipsum Deum, qui majori.

auxilio gratiae suae alterum voluit convertere, et efficaciter convertit, atque ita discrevit fidelem ab infideli et justum ab impio, ut is qui •credit et convertitur solum glorietur non in suo libero arbitrio sed in Deo qui sibi donavit quando alteri non dedit. Quae ratio vehementer confirmatur ex eo quod ipse D. Augustinus plurimis in locis, v. g. in Johannem 26. inscrutabile et incomprehensibile judicat inquirere causam quare unus trahitur a patre celesti, et alter non trahitur. Hoc ipsum sepe docet Augustinus lib. *De predestinatione sanctorum,* et lib. *De bono perseverantiae* ex D. Cipriano. Hoc docet Ambrosius lib. 1. *De vocatione gentium* ubi cum in cap. 1. q. 3. moverit de gratiae et liberi arbitrii concordia, concludit cap. 9. post plurima sacrarum litterarum testimonia, quibus confirmat auxilia Dei ellicatla non omnibus dari, concludit (inquam) in fine capitis contra omnem cici · tionem de libero arbitrio gloriantem illam reniti sententiam dicentis Apostoli : *quis enim te discernit ?* Igitur profunditas illius questionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitcmm , per liberi arbitrii velle et nolle non solvitur, quia licet insit homini bonum nolle, hi nisi donatum non habent bonum velle. Hactenus Ambrosius.

At vero, si vera sunt que in prima propositione dicuntur, frustra <t ignoranter admirarentur sancti pre [dicti], imo et Apostolus, inscrutabilia esse juditia Dei. Siquidem isti assertores novae concordiae apertissimam rationem proferunt, dum queritur quare unus convertitur et alter non convertitur, videlicet, quia pro sola libertate arbitrii quibuslibet auxiliis concesis a Deo unus illorum bene utitur illis et convertitur, et alter non vult uti, et ideo non convertitur.

Item ad idem confirmandum est egregium testimonium Ezech. 36. ubi Dominus promittit : *ego faciam, ut in preceptis meis ambuletis, et juditia mea custodiatis, et operemini.* Quem locum D. Augustinus sic explicat lib. *De grat. et lib. arb.* cap. 16. inquiens : Certum est nos velle cum volumus; sed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum est (quod paulo ante posuerat) *preparatur voluntas a Domino, et a Domino gressus hominis diriguntur, et viam ejus volet.* De quo etiam •dictum est : *qui operatur in nobis et velle et operari.* Certum quidem est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, prebendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit : *Faciam ut in justificationibus meis ambuletis et juditia mea observetis et faciatis.* Hec Augustinus. Si autem doctrina predictae propositionis esset vera, non preberet Deus voluntati humane vires efficacissimas, sed potius humana voluntas bene utendo divinis auxiliis faceret illa eficacia ad faciendum quod Deus promisit se facturum in humana voluntate. Quod etiam est contra illud V, Celestini primi in *Epistola ad episcopos Galiae,* videlicet : Deus agit in nobis ut quod vult et velimus et agamus, quo utique auxilio et munere Dei non aufert liberum arbitrium, sed liberat,

ut fiai de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente providum. Hec ille. Ecce, quomodo non in nostram providentiam et libertatem, sed in Dei munus et auxilium reducit Celestinus, quod nos velimus et agamus quod ipse Deus vult nos velle et agere.

Accedit in confirmationem predictae censurae egregium testimonium Concilii Arausicani 2. canone 4. ubi sic definitur : S/ *quis, ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari vellimus per Spiritus Sancti infusionem et operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti : preparatur voluntas a Domino, et Apostoli salubriter predicant! : Deus est qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate.* Item, can. 9. : *Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum ut operemur operatur.* Et can. 20. id ipsum definitur.

Ex quibus definitionibus plane colligitur, nisi quis vellit cecutire, errorem esse asserere pro sola libertate hominum evenire posse, ut unus amplectatur fidem, alter vero eam contemnat, et similiter erit error aserere ea quae in 1. et 2. et 3. parte propositionis aseruntur. Etenim, si illa vera essent, expectaret Deus datis illis auxiliis majoribus, vel minoribus, vel equalibus, humanam voluntatem ut vellet purgari a ipso Deo. Neque verificaretur, quod ipse Deus efficeret hunc effectum ut voluntas vellit purgari : quin potius ipsa voluntas pro sua libertate naturali antecedenti eficatiam divini auxilii, et non esset pedisequa in actu credendi divinae voluntati, sed vice versa, divina voluntas esset pedisequa humanae voluntati. Quod est contra doctrinam celeberrimam Augustini, epistola 106. quae est ad Bonifacium : ubi humanam voluntatem in bonis operibus et actionibus ad salutem pertinentibus semper pedisequam esse affirmat respectu divinae gratiae et voluntatis. Denique, confer censura. Bonus usus liberi arbitrii, quo bene utitur divino auxilio cum de facto convertitur, est speciale donum Dei ; quod nemo catholicus negabit. Sed hoc donum non habet qui persistit in infidelitate et peccato. Ergo semper qui credit vel qui convertitur, habet speciale auxilium, quod non recipit ille qui contemnit fidem vel manet in peccato. Haec videtur nobis demonstratio theologica. Nisi forte quis audeat negare majorem esse certam secundum fidem. Hactenus de censura primae propositionis.

Censura secundae propositionis.

Secunda propositio censetur a nobis erronea, sicut et précédons, imo magis propinqua heresi pelagianorum, magisque aggravat erroneum sensum precedentis, in eo quod aserit non aliunde provenire quam ab innata libertate eorum qui salvi facti sunt, et eorum qui damnati sunt,

quod cum majoribus auxiliis quidam predestinati et salvati non fuerunt, et quidam alii cum minoribus auxiliis predestinati et salvati fuerint. Et ratio hujus censurae est eadem atque precedentis. Sed insuper est alia specialis ratio, proptereaque hec propositio errorem addit supra alterum errorem. Etenim, plane colligitur donum perseverantiae vel non esse effectum divinae praedestinationis specialem, sed viribus liberi superadditis ad illa auxilia perseverare eos qui salvi facti sunt : vel si speciale donum gratiae est donum perseverantiae, et specialis effectus divinae praedestinationis, necesse est ut illi qui salvi facti sunt, illud donum gratiae receperint speciale, quod non receperunt qui damnati sunt. Ergo error est dicere, quod non aliunde provenit nisi a libera voluntate quod quidam predestinati et salvi facti sunt. Si autem respondeant assertores, quod etiam qui non predestinati et salvati luerunt, receperunt illud donum quo potuissent perseverare st voluissent, hec responsio peior est, vel non minus erronea quam ipsa assertio, nam donum perseverantiae non solum est auxilium quo possit homo perseverare, sed quo de facto perseverat. De quo dono dicitur in Cone. Trid. sess. 6. can. 16. de justificatione : *Si quis magnum illud usque in Anent perseverantiae donum se certo habiturum absoluta et infialibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali revelatione dixerit, anathema sit.*

Unde infertur, quod donum perseverantiae magnum donum est, quod non omnes, qui justificantur, recipiunt : siquidem parvuli justificantur baptismo, nec hi omnes recipiunt illud. Multo autem minus receperunt illud qui damnantur. Quomodo ergo velificabunt assertores hujus propositionis quod quidam damnati, equalibus vel majoribus auxiliis gratiae receptis quam illi qui salvantur, torquentur in inferno ? Siquidem donum perseverantiae est maximum donum, quod hi non receperunt.

Item, can. 22. : St' *quis dixerit justificatum vel sine speciali dono Dei in accepta justitia perseverare posse, anathema sit. Ecce* Concilium definit, quod speciali auxilio Dei perseverat justus. Ergo aliunde provenit quam ab innata libertate [quod] illi multi qui in caelo divino conspectu fruuntur, predestinati et salvati fuerunt. Hactenus de secunda censura.

Censura tertiae propositionis.

Tertia propositio erronea est, et valde injuriosa catholicis ductoribus, presertim Augustinianis et Thomistis, imo et ipsi D. Augustino et D. Thomae. Probatur hec censura quoad priorem partem, quoniam lia tertia propositio catholicam propositionem erroneam censet, nec salva fide sustineri posse. Ceterum, quod illa propositio quam damnat, sit catholica, sic ostenditur. Quia predestinatio certa est omnino et infallibilis respectu effectus predestinationis. Ergo ad hujusmodi

effectus predestinates (sic) utitur Deus motionibus efficacibus prout procedunt ab ipsa divina predestinatione et proposito voluntatis s -»e. Ile, consequentia manifesta est, quia aliter divina predestinatio non esset certa et infalibilis in se. Cons, autem probatur apertissimo testimonio Sacrae Scripturae, Isaiae : *Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet.* Sed divina predestinatio et providentia ex consilio et voluntate Dei effectum habet : ergo tam infalibilis est predestinatio et prescientia Dei quam consilium et voluntas ipsius. Ergo non pendet divina predestinatio a libero hominis arbitrio tanquam ab eficiente causa ipsius divinae motionis quantum ad eficatiam ipsius. Igitur divina motio, ut procedit ab ipso Deo prédestinante, eficacissima est ipsius effectus, qui est consensus liberi arbitrii. Ex quo etiam patet consequentia predicta, et quod non solum salva fide asseritur divinum auxilium efficax ex modo motionis divinae, et quod ex Deo ipso habeat efficatiam, sed etiam quod sit necessarium ita asserere secundum fidem catholicam.

Item probatur efficatia divinae motionis prout est a Deo, ex illo Joannis 6. : *nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.* In cujus explicatione D. Augustinus, lib. /. *Contra duas epistolas pellagianorum* cap. 19. expendit illud verbum, *traxerit,* advertens quod non dixit, *duxerit,* quod est volentis prius, sed dixit, *traxerit,* quod est nolentis, ut ostenderet voluntatem nostram non ante motionem Dei, sed e converso, concluditque : trahitur ergo homo miris modis, ut velit, ab illo qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

Praeterea probatur nostra censura ex legitima intelligentia illius loci ad Rom. 9. : *Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Super quem locum D. Augustinus in *Enchiridione* cap. 32. movet quaestionem talem : Quomodo dicit Apostolus non esse volentis neque currentis, sed miserentis Dei, cum procul dubio, si homo ejus etatis est ut ratione jam utatur, non possit credere et operari nisi velit et nisi voluntate cucurrerit? Et respondet Augustinus refutans quandam falsam volutionem, videlicet, quod propterea dicit non esse volentis neque currentis, ac si diceret : non sufficit sola voluntas hominis si non sit etiam misericordia Dei, quia ex utroque fit. Sed Augustinus replicat : Cur non *e* contrario recte dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia sola non implet ? Et tandem concludit Augustinus : Propterea recte dictum, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et préparât adjuvandam, et adjuvat preparatam. Hec Augustinus. Ecce, quomodo necessarium est asserere divinum auxilium, quo quis de facto justificatur, habere eficatiam ab ipso Deo miserente, et prout ab ejus misericordia venit, et non a libero

ar'-':'rio, quando tali auxilio movetur, ut efficaciter et libere consentiat Deo efficaciter vocanti et miserenti. Et in hoc est punctus difficultatis, quam nolentes omnino comprehendere, negant quod necessarium est concedere secundum fidem catholicam, contra documentum Augustini, lib. *De bono perseverantiae* cap. 14. ubi ait : Cur autem illi habeant aures audiendi, illi non habeant, hoc est cur illis datum sit a patre ut veniant ad filium, illis autem non sit datum. *{luis cognovit sensum Domini, aut quis ejus consiliariusfuit ?* Nunquid ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendi non potest quod oculttim est ? Nunquid, inquam, propterea dicturi sumus, non ita esse quod ita esse perspicimus, quoniam cur ita sit non possumus invenire ? Ilee Augustinus. Ad hunc modum assertores praedictae propositionis, quia dicunt se non posse intelligere quo modo homo libere credat, si Deus sua motione et eficaci auxilio, prout procedit a divino consilio, movet hominem ad credendum, et elicit quod credat, negant quod secundum fidem certissimum est, imo et secundum naturalem rationem, Dei providentiam et consilium atingere firmiter et elicaciter ad actum bonum liberi arbitrii, cum tamen, vice versa, minus intelligibile est quo modo ipse sit Deus, et ejus providentia summe perfecta, si libe rum arbitrium hominis sit primum deliberans atque definiens proprium actum bonum, quem Deus non predifinivit fieri eo modo quo fit ab homine, et infalibiliter assequatur quod sua voluntate et consilio providit ita fieri sicut fit. Nos igitur utrumque certissimum profitemur, et quod Deus firmiter et eficaciter movet liberum arbitrium ad bene operandum, et nichilominus propter suam omnipotentiam ita suaviter movet, ut liberum arbitrium non solum non cogatur et violentiam patiatur, sed potius in sua libertate et exercitio illius maxime tunc perficiatur, quando divinae gratiae eficatia penetratur, quia tunc maxime assimilatur libero arbitrio ipsius Dei, qui hominem fecit ad imaginem et similitudinem suam.

Praeterea, D. Augustinus lib. *De predestinatione sanctorum* cap. to. et ii. enarrans illud Gen. 17. : *Patrem inultarum gentium posui te,* et illud Apostoli ad Rom. : *Ideo exfide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini,* ait, hoc non de nostrae voluntatis potestate, sed de sua predestinatione promisit. Promisit enim, quod ipse facturus fuerat, non quod homines; quia et si faciunt homines bona que pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant quod precipit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit. Alioquin, ut Dei promissa compleantur, non in Dei sed in hominum est potestate, et quod a Domino promissum est, ab ipsis gentibus redditur Abrahae. Denique, ipse Augustinus explicans legitime illud. Ps. 113. *omnia quaecumque voluitfecit,* inquit in *Enchiridions* cap. g5. et 96. : hoc utique non est verum, si aliqua voluit et non fecit, et quod est indignius, ideo non fecit quia ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impedivit. Et paulo post

ita censet esse necessarium, ut credamus voluntatem humanam non. posse impedire effectum divinae voluntatis, vel id quod Deus vult ut fiat, vel promittit se facturum, ut in hec verba prorrumpat Augustinus : Hoc nisi credamus, periclitatur ipsum nostrae fidei confessionis initium, qua nos in Deum patrem omnipotentem credere confitemur. Hec ille. Advertant hec, qui tam facile asserunt liberum nostrum arbitrium divinam motionem, secundum quod a voluntate Dei absoluta et ejus proposito et promissione procedit, posse impedire et inefficacem et casam relinquere. Nos autem, qui D. Thomae et D. Augustini vestigia sequimur, sicut existimamus catholica fide tenendum, suficientiam nostram ex Deo efficaciter esse, ita pariter judicamus efficatiam nostri liberi arbitrii ad credendum et diligendum Deum ex ipso Deo et ejus motione efficaciter nobis provenire. Hactenus de praedictis censuris.

Porro, non latet nos quam varie et quam multipliciter predictarum propositionum assertores et defensores eas explicare contendant, ut nostram censuram subterfugiant, nosque precipitationis in censendo, vel certe ignorantie, atque utinam non emulationis nota condemnent. Verumtamen, illae eorum explicationes insufficientes esse, favente Domino, qui nostrae intentionis est testis, propediem, cum meliorem opportunitatem nacti fuerimus, copiosiore tractatu nos ostensuros fore promittimus. Interim tamen, instanti obedientiae Patris nostri [Provincialis] paucis satisfecimus. Quocirca présentes censuras nostro testimonio, subscriptisque nominibus, confirmamus. Valisoleti, quarta die Octobris, anni Domini 1594.

Fr. Joannis de la Fuente, *>nag>'.*
Fr. D. Banez, *magr-*
Fr. Didacus de Yanguas, *magr·*
Fr. Christophorus Rodriguez, *praesentus.*
Fr. Pedro de Ledesma, *present».*
Fr. Raphael de la Torre, *present».*
Fr. Diego Alvarez.

El documento anterior estâ escrito de pufio y letra del P. M,r°. Fr. Diego de Yanguas, como se ve per su firma, y estâ conforme con el original, que obra en mi poder.

Madrid, 2 Noviembre 1906.

Fr. Justo Cuervo, O. P.

FAC-SIMILE

SUBSCRIPTIONUM ΛκITEACTI DOCIJMENTI

111

DOCUMENTUM (ineditum)

Supremo Consilio Hispanicae Inquisitionis oblatum, in quo fidelis fit relatio eorum omnium quae in prima editione libri *Concordiae* acciderunt. De hoc etiam documento fidem facit P. J. Cuervo, qui tale documentum ex archiviis Supremae Inquisitionis procedens propriis oculis legit ac vidit : ut in sequenti epistola ad me missa ipse testatur :

R. P. Fr. N. dei Prado

Valladolid y Mar-o ta/tgo3.

Muy estimado Padre,

El P. Ferreira examino la Concordia de Molina muy disgustado porque no le diô la obra entera, sino que conforme se iba imprimiendo, le iba dando un pliego, pero recogiendo el anterior.

Ferreira se quejô d los otros Padres Dominicos, los cuales reprobaron la conducta capciosa de Molina, hnpresa la obra, el Inquisidor general de Portugal prohibit) la venta por tres meses, y al fin de este tiempo, después de muchas sùplicas,permitiô la venta.

Esta es la historia sencilla de la Concordia, segun las carias originales que vi en Madrid, pero delas cuales no saque' copia, esperando el descubrimiento de nids documentas. Y no puedo decir le mds ; pero respondo delo dicho.

De V. afmo. **J** *Quervo.*

En nunc fideliter jam translatum illud ineditum documentum ex Inquisitionis Hispanicae mandato a P. Joanne de las Cuevas, Provinc. Ord. Praed. scriptum et Supremo Consilio Inquisitionis oblatum :

« Ilustrisimo Senor,

Respondiendo â lo que V. S. I. me mandô cerea de la impresiôn y aprobaciôn que en Portugal se hizo de un libro del P. Luis de Molina de la Compaûia de Jcsùs, cuyo titulo es : *Concordia liberi*

arbitrii em» gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione ad nonnullos Primae Partis D. Thomae articulos, digo que lo que de esto sé es lo siguiente :

Queriendo cl dicho P. Luis de Molina imprimir el sobredicho libro, diô una peticion en el Supremo Consejo de la Inquisiciôn de Portugal, que reside en la ciudad de Lisboa, en que decia cômo queria imprimir este libro y pedia licencia para ello (porque en Portugal el dar licencia para imprimir libros nuevos toca al Supremo Consejo de la Inquisicion), y el Consejo, conforme al estilo comun que en estos casos tiene. remitiô la peticidn al P. F. Bartolomé Ferreira, de la Orden de Santo Domingo, que es diputado de la Inquisiciôn ordinaria de Lisboa y reveedor y examinador de todos los libros, asi de los que se imprimen de nuevo, como los que vienen impresos de otras partes. Y el dicho Fray Bartolomé Ferreira, comenzando â ver el libro y hallando en él algunas cosas que le hacian duda y dificultad, comunicâbalas con los lectores de Teologia dei convento de Santo Domingo de Lisboa, adonde él residia, y ellos, especialmente uno que se llama Fr. Juan de Portugal, hijo dei conde Bimioso, acudiô â mi, escandalizândose asi de este libro y de su doctrina, porque decia que estaban en él unas proposiciones de que él tenia noticia que se habian sustentado en un acto de Teologia que defendiô en Salamanca un Padre de la Companiâ [1] el aûo i58a, y le parecia mala doctrina ; como también *del modo* como se iba viendo y examinando aquel libro. Porque me certificaba que se iba dando cuaderno a cuaderno, y que el P. Luis de Molina no le diô todo junto al P. Fr. Bartolomé Ferreira, mas que se *le iba dando cuaderno á cuaderno,* dandole el segundo, y tomândole el primero, y asi consiguientemente ; que era modo particular, y que no se solia usât en estos negocios. Y de todo esto se escandalizaban estos Padres y otros que lo sabian, y me pedian mucho que yo hablase sobre esto al senor Cardenal archiduque, para que, como Inquisidor general, lo remediase. Y esto fué algunas veces;mas yo, por consideraciones particulares, no me quise meter en este negocio, sino dije â este Padre y â los demas que me hablaban, que ellos podian acudir â su Alteza ô al Consejo de Inquisiciôn. aunque creo cierto que no lo hicieron ; y asi, finalmente, aprobando el P. Fr. Bartolomé Ferreira cl libro, el Consejo diô licencia para que se imprimiese, y consiguientemente la diô su Alteza, no porque él hiciese particular examen dei libro ni diese particular comisiôn ni aprobaciôn, sino sôlo la que el Consejo diô; y asi me lo ha dicho su Alteza, preguntândoselo yo en particular.

Despues de publicado el libro, creciô mâs el escândalo en los Padres

[1] Vide supra pag. 334 ·η nota.

arriba dichos, y volvieron à hablarme y ponerme escrûpulo de que yo no habiase sobre ello â su Alteza, y entonces yo me determine de hacerlo, y hablé *à* su Alteza, representàndole lo que me habian dicho, porque aün hasta entonces yo no habia visio el libro. Y preguntândome su Alteza mi parecer, le dije que debia su Alteza escribir â V. S. 1., pidiendo que le enviase relaciôn de aquellas proposiciones de Salamanca, para verificar si se contenian en aquel libro. Su Alteza lo hizo, y escribiô â V. S. 1., y V. S. 1. le respondiô y enviô una relaciôn de lo que habia cerca de aquellas proposiciones, la citai creo que su Alteza tiene todavia entre sus papeles.

Entonces su Alteza mandô al Maestro Cano, clérigo, teôlogo docto, que despues fué obispo de Algarbe, que viese si aquellas proposiciones de que le diô copia, se hallaban en aquel libro del P. luis de Molina. El Maestro Cano viô todo el libro, y respondiô que era vcrdad que aquellas proposiciones estaban en aquel libro : unas formalmente, y otras en el mismo sentido, aunque por diferentes palabras. Y visto esto, *su Altéra mandô que no se vendiese el libro,* sino que se detuviese hasta que su Alteza mandase otra cosa. Y asi estuvo el libro detenido *très meses,* que no se pudo vender.

En este tiempo el P. Luis de Molina se quejaba mucho de su Alteza, que le hacia agravio en esto, y que les dcshonraba ;i él y ή la Compaôia. Y â mi me hablô algunas voces sobre este négocie», é inquiriendo la causa porque se detenia su libro, vino à entender, aunque no claramente, que era por decir que contenta aquellas proposiciones de Salamanca. Y entonces hizo un *apindiee,* ά manent de apologia, que despues imprimiô y anda al principio de algunos de estos libros. Y aunque su Alteza se detuvo de no dar licencia para que se vendiese, aunque fué muy importunado, al fin la vino dur, parcciendole no habia mucho inconveniente en que se vendiese. Y que, si le hubiese, se podria remediar adelante; mas no fué esto porque por parte de su Alteza ni de otra persona alguna se hiciese nuevo examen, ni hubiese nueva aprobaciôn dei libro, sino sôlo aquella permisiôn de que se vendiese, ya que estaba impreso.

Esto es lo que sé de este negocio, y enitendo que todo lo que aqui digo es verdad, y asi lo firmo de mi nombre en el Convento de Santo Tomâs, n de Mayo de tSgq. — *Fr. Juan de las Cuevas.* »

Ex hoc documento habet prudens lector, quomodo oporteat *intelligere* quae a P. Schneemann S. J. *Controversiarum de div. grat. lib. arb. concord, initia ct progressus* pag. 289 et sqq. enarrantur, v. g. ; « Typis igitur impressum primum exemplum Molina *magna et laetitia et securitate* Archiduci Alberto, generali Lusitaniae Inquisitori, obtulit... Rem rescierat Baiïez, atque

ad opprimendum librum nihil non moliebatur. Amico suo et in religione socio, Patri de las Cuevas, Magni Inquisitoris confessario, litteras dedit; ostendit ea quae Jesuitae in Hispania docerent, sine dubio in illo libro contineri ; cujus doctrinae i3 propositiones se apud Inquisitionis Castellanae tribunal denuntiasse : vetitum esse illas interea defendi, dum rite recognitae essent; quare librum, in quo inessent, vulgari non d.ebere. Persuasit Cuevae, hic Inquisitori : illud exemplum ad Banezium missum est, qui id perspiceret diligenterqué notaret, ubi illae propositiones invenirentur. Decem reperit in *Concordia* inesse, quas notatas ad P. de las Cuevas remisit » etc. etc. Et pag. 241 : « Exceptus est Molinae liber per totam Hispaniam perhonorifice. Sed hoc et repulsa lata a Quaesitoribus Lusitaniae Banezii studium inflammavit. Librum ad Inquisitores Castellanos detulit : nihil profecit. » Et id genus alia plurima, quae a P. Schneemann referuntur. Itane scribitur historia? De qua tamen Melchior Cano *XI. De Locis Theol.* cap. 2. : « *Historia quippe, ut Cicero verissime dixit, cum magistra vitae est, tum lux etiam veritatis.* »

INDEX

CAPUT PRIMUM

Quot et qualia sint fundamenta Concordiae Molinae.

CAPUT SECUNDUM

Urum Concordia Molinae concordet cum doctrina 1). Thomae.

CAPUT TERTIUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Primum principium Concordiae : CONCURSUS SIMULTANEUS.

CAPUT QUARTUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Secundum principium Concordiae : INFLUXUS DEI SPECIALIS.

CAPUT QUINTUM

Utrum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Tertium principium Concordiae : SCIENTIA MEDIA.

CAPUT SEXTUM

Urum Concordia Molinae concordet cum recta ratione.

Quartum principium Concordiae :

PRAEDESTINATIO HABENS RATIONEM EX PARTE IPSIUS PRAEDESTINATI.

CAPI T SEPTIMUM

Utrum Concordia Molinae revera conciliet liberum hominis arbitrium cum Dei praescientia, providentia, praedestinatione reprobatione et motione divina tam in ordine naturae quam gratiae.

CAPUT OCTAVUM

Itnini Concordia Molinae sil quid novum a nemine, quern Molina viderit, anlea traditum.

CAPUT NONUM

((rum Concordia Molinae, dealbata per Congruisniiim Bellarmini et Snarezii, mutaverit speciem suam.

CAPUT DECIMUM

litrum Congruismus Sorbonicus, qui etiam Congruismus Touruely dicitur, revera a Molinismo recedat.

CAPUT UNDECIMUM

Itriiiu Bannezianismus sit vera comoedia a Molinistis inventa.

CAPUT DUODECIMUM

Urum detur via media inter Molinam et I). Thomam seu inter scientiam mediam et physicam praemotionem.

EPILOGUS

Via physicae praemotionis est vera ac recta philosophiae Christianae via, per quam bonae actiones nostrae liberae in Deum, ut in causam efficientem primam, totaliter reducuntur :

Via physicae praemotionis est via D. Thomae. Quod patet :

Via physicae praemotionis est denique via S. .Augustini. Quod patet :

r

APPENDIX

Friburgi Helvetiorum. — Ex Typis Consociationis Sancti Pauli.